I

LIBER MAXIMI VALERIJ

p libraria artistaz legatus p magistrum Iohne
de Ostrowatzym pfessore i theo

N. Inw. 541

541.

Valerius Maximus.

Rękopis i jego oprawę wyrestaurowano w zakładzie introligatorskim Roberta Jahody w r. 1934.

DD VIII
9

sup
et
parti
ut p
sit p

expect
confessio
et
rec.

bus
Com.
ad

et
ad
pra

dig
ut
et
ad
prae

Sub
In a
In a
In
A
Col

[illegible] de [illegible]

[illegible] v [illegible]

In [illegible] xvj [illegible]

In [illegible] ij marce

In [illegible] viij [illegible]

In [illegible] iiij xij [illegible]

[illegible] i [illegible]

In [illegible]

in [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] ff

[illegible] vj

[illegible] vj

[illegible] vj

[illegible] ij

[illegible] vj [illegible]

[illegible] iij ff

[illegible] viij ff.

Valen[illegible]

[illegible] vj

Dalc[illegible]

[illegible] iij

[illegible] x [illegible]

[illegible] ij

[illegible]

[illegible]

In [illegible]

[illegible]

[illegible] x [illegible]

[illegible] vj [illegible]

Annius florus

Iulius florus

Annius gre

Domine beatissime pater vidimus [illegible]

Judicium satis clare et prudenter in proxime vestro teneri nostre religionis [illegible] est

ex quo absistentibus multis causarum nitorem splendore [illegible] nostre [illegible]

decrevistis. Pro argumentis victorem veritatis legibus [illegible] et [illegible]

nostris dare dulcia comoda semper paratum. Satis faciens [illegible]

ex quo sic omnium nostre est [illegible] attendens cura et [illegible]

nostrorum [illegible] auctoritas firmat [illegible] in quibus [illegible]

[illegible] solvit [illegible]

restitue attollere [illegible]

[illegible]

[illegible] fuissent [illegible]

[illegible]

[illegible]

judicium [illegible]

et nostre et [illegible]

[illegible] rite [illegible]

Multum exigit in sic prosecutore vestro certissime amore vinculis pax [illegible]

vobis ex antecedente affectu [illegible]

et [illegible] studio [illegible]

esse affectus

D VIII
9

1029

Expositiones librorum Valerii maximi secundum dionisium fratrem ordinis heremitarum Sancti Augustini de Burgo sancti sepulcri. ad dominum Johannem de Columpna cardinalem. Incipiunt.

Adsit sancti spiritus divina gratia. in nomine patris. +. filii +. et spiritus sancti. + amen.

REVERENDISSIMO in christo patri et domino spetiali suo domino Johanni de Columna Sancti Angeli divina providentia dyacono Cardinali. Frater dyonisius de Burgo sancti Sepulcri de ordine heremitarum Sancti Augustini cum omni reverentia, et subiectione se totum. moralium philosophorum attestante sententia ad vite humane precavendas insidias et hominum versutias discernendas Virtus que prudentia nominatur noscitur pre ceteris virtutibus conditionibus necessaria. Ea siquidem clementissime pater falli non potest, fallere non vult, prudens qua via egredi debeat, et cito agenda diiudicat. hinc preterita memorantur. dispensantur presentia. providentur futura. Vt vera tali virtute doctus sit oculis plenum corpus insidiis intrinsecus et extrinsecus ante et retro per totum prophetica visio, et Johannis revelatio manifestant. Sane librum Valerii Maximi pro sua brevitate modernis obscurum temporibus in quo virtutum relucent exempla, et quedammodo singulari prudentia ipsa refulget declarandum assumpsi, ut legentibus clarum fiat quod difficile penitus apparebat. hoc autem nullatenus facere potuissem, nisi gesta romanorum et alienigena per antiquos auctores diversis locis narrata sepe perlegissem, que ipse Valerius breviter diffuse narravit ac plene. Quos ideo hic annotare curavi, ut operi certior fides detur. non labor videatur minor, tantorum testimonio comprobatur. Sed et predicti auctores quos necessario oportuit intueri. Titus livius principaliter. et egregii doctores. Augustinus. Gregorius. Ambrosius. Jeronimus. quorum dicta maxime Augustini libro de civitate dei. Jeronimi in Cronicis et in epistolis fuerunt plerumque necessaria. quamvis et de Biblia. et a magistro hystoriarum. acceptum de decreto. et de Johanne Crisostomo aliqua pro maiori parte confirmandi sunt accepta. preterea hec insita de Vgone libro de sacramentis. de ysidoro ethimologiarum de papia. de Vguccione. de prisciano. de Josepho libro hystoriarum antiquitatum. de Orosio. de lactantio. de Macrobio libro de Somno Scipionis. de policrato. de Suetonio. de Boetio. de Sedulio de Cassiodoro libro variarum hystoriarum. de Seneca. de Tullio. de platone. de aristotile. de Averroy. de avicenna libro naturalium. de Varrone. de iure civili. de Vegetio. de Solino. de plinio. de frontino de vita philosophorum. de rhetorica Tullii. de Computo. de Fabio hystoriaco. de Salustio. de paulo longobardorum hystoriographo. de Justino. de Jusefloro. Sicut et necesse respice. Virgilium. lucanum. horatium. persium. Ovidium. Juvenalem. Eustachium, et Musium qui sub nomine poete introducitur et planctus ytalie narratur. Julium Cesarem et poetas. et Alexandri hystoriam, tam metrice quam prosaice. Insuper oportuit Cronicas innumeras videlicet Cronicas intueri. videlicet Cronicam Claudii. Cronicam atheniensium, hyspanorum et Gallorum accepi annalia romanorum quorum auctorem non habeo, et Cronicam petri urbevetanis que pantheon nominatur. ac plures alias gestorum narrationes. Conclusio igitur prefatum opus prius revolvendo vestro ingenio corrigendum summitto, ut qui origine urbis, dignitate orbis princeps existitis virtutisque gemmis vestri examinis discreto iudicio discernatis ac ex varietate preterita presentia ordinando possitis futurorum notitia arbitrari et tandem felicis vite viti illius datur in premium laborantibus ascet laboris virtutum et conservationis fine possitis gloriose potiri.

Urbis rome, etc. Vallerius huic operi suo prohemium ponit in quo suum propositum ostendens facit auditores benivolos. Secundo tractatum prosequitur, in quo que in prohemio promiserat per ordinem declarat ibi Reges etc. Circa primam partem intelligendum est sciendum quod consuetudo scribentium ut in pluribus est prohemia pretermittere, prohemium autem dicitur, id est primum, et si componatur cum pro vel prothos quod est primum dicitur prohemium quasi primus sermo. Sed secundum ethimologiam vero dicitur premium quasi premulsio factum. Invidia namque nonnulli homines moti scriptoribus et auditoribus detrahebant et ea que preter intentionem erant auctoribus interserentes. Vt igitur addi vel minui nichil posset in opere, moti sunt autores intentionem in prohemio premittere ut etiam ex hoc possint adversariorum maledicta ac etiam invidiam obviare. Tangitur autem in hoc prohemio causa quadruplex. videlicet Efficiens, ipse Vallerius qui hunc librum effectualiter edidit. Causa materialis. scilicet facta et dicta romanorum et aliarum gentium et universaliter virtutes et vitia de quibus ut ipse testatur in toto processu est dicturus. Causa formalis est duplex. scilicet forma tractandi, et forma tractatus. Forma tractandi est diffinitiva, divisiva. Forma tractatus est divisio libri in partes vel in partiales libros, et libros dividere in capitula et hec in partes. Causa finalis est homines inducere ad virtutes et a vitiis removere. Nam hoc intendit in toto opere. Ex hiis sequitur quod liber iste supponitur ethice, que est virtutes cognoscere et de vitiis dare scientiam tradere. Quare sicut loquimur de subiecto libri ethicorum quam vita per omnia de huius libri subiecto loquendum est. Sed quia opus quod videlicet. Vallerius inchoans, id est causa naturali et subiectiva inchoat dicens. Urbis rome facta simulac dicta memoratu. scilicet memoria digna urbis rome, principaliter, exterarum. scilicet aliarum gentium extra romam secundario. quia apud alios autores latius diffusa sunt. scilicet plurime que, subaudi facta et dicta, apud alios autores delegere. scilicet diligenter eligere constitui, ego scripta que ad eam materiam subaudi, in quo causa efficiens tangitur. et hoc ab illustribus autoribus electa quia solum ea intendit narrare que viri illustres et autores sollempnes in scriptis posuere, sed breviter et sub compendio subaudi. ut brevius cognosci possint. Ecce causa formalis tractandi quia ut breviter cognosci possint. Namque tradita sunt, in quo benivolos reddit auditores huius operis. Et quia in agendis diuntur faciliter capiuntur et audiens tenentur. Subdit causam finalem. Vt documenta in proposito semper finis intenditur. Subdit causam finalem ut volentibus sumere documentum, id est omnia hec que dicta sunt proposui facere, ut volentibus sumere documenta et se exercitare ad virtutes exemplis bonorum et removere, id est vitia. labor longe inquisitionis absit quia exemplum sufficientia sumatur et habebunt parata. Nec michi etc. In hoc opere sine labore habebunt parata. Nec michi etc. In hac parte Respondet tacite inquisitioni que est ab adversario facta posset, et dicit per quod dictum est. sed tamen dicti assignat ibi. quis est. dicit sic. nec in cupido incessit. scilicet non me provocavit appetitus et desiderium ut vellem omnia ab autoribus scripta hic tradere. ideo subdit complectendi cuncta, et loquitur secundum similitudinem. Nam proprie loquendo ille complectitur rem qui utrisque brachiis eam cingit et totam tangit. quod in hoc opere Valerius non intendit, in quo solum memoria et recordatione digna, ut dictum est ponere intendit. Sed quo fiat ab adversario quasi non omnia gesta romanorum et aliarum gentium narrat Valerius. pro quo est responsio, et addit scilicet quis quia ad hoc cum non provocavit in responsione vocem. pro quo sumitur ex mente. Vnde dicit sic assignat duplicem vocem, id est hoc sumitur ex mente. est etc. Vnde dicit sic assignat duplicem rationem. Cum intendit breviter librum et opus studiosum facere non posset dicere omnia que in autoribus sunt diffuse scripta sed ego intendo brevem librum facere et breviter narrare ut dictum est, hac ratione non possum omnia diffuse ab autoribus scripta narrare, hac ratione ergo non possum omnia diffuse ab autoribus comprehendere. scilicet comprehendere potest. modico numero voluminum comprehendere tangit. quasi dicat. nullus. quod est plurima et diffusa brevi volumine comprehendere non est possibile. Nota quod super illam partem Cui quod Evi. et quia est secundum duas tamen autor utitur ipso in hoc libro, Evum est spatium. scilicet annorum secundum quam significationem ipse librum Valerius in multis locis dicit. evum est seculum sive mundus et sic dicitur quandam eternitatem in quadam duratione et secundum hanc significationem accipitur quia brevitas voluminis non patitur dicere omnia evi. scilicet totius seculi gesta. Secunda materia, sumitur commatica operis que talis est que sunt ab aliis sufficienter narrata non debent a me iterato tractari, sed ad laborem insistendum solum illa que sunt memoria digna facta et dicta romana et aliarum gentium per alios sunt diffuse narrata et sufficienter tractata, sed ad laborem vitandum solum illa omnia non debent a me tractari, sed ad laborem vitandum solum illa que sunt memoria digna aliis superfluis que non faciunt ad virtutem et que sunt memoria digna aliis superfluis quod non faciunt ad virtutem. Aut quis compos mentis medie reservatis hanc vocem tangit et est dicit. Ille dicitur compos qui est sui voti assecutor. et tunc est sensus quis intendit assequi quod intendit seriem. scilicet ordinem et modum. hystorie domestice scilicet familiaris per quod intelligit dicta et facta romana, peregrine que, extranee per quod intelligit dicta et facta aliarum gentium stilo superiori.

Urbis. Rome exterarumque gentium facta simulac dicta memoratu digna que apud alios latius diffusa sunt quam ut breviter agnosci possint ab illustribus electa auctoribus deligere constitui. ut documenta sumere volentibus longe inquisitionis labor absit. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Quis enim omnis evi gesta modico voluminum numero comprehenderit. aut quis compos mentis domestice peregrineque hystorie seriem felici superiorum stilo conditam vel attentiori cura vel prestantiori facundia traditurum se speraverit. Te igitur huic cepto penes quem hominum deorumque consensus maris ac terre regimen esse voluit certissima

salus patrie cesar invocto/cui celesti providentia virtute
sque quibus dicturus sum benignissime fovet vicia severissime
vindicat. Nam si prisci oratores a ioue optimo maximo bene
orsi sunt si excellentissimi vates a numine aliquo prin
cipia traxere mea parvitas eo iustius ad favorem
tuum decurrerit quo cetera divinitas opinione
colligitur tua presenti fide paterno avito que sideri
par videtur. quorum eximio fulgore multum cerimo
niis nostris inclite claritatis accessit. Reliquos enim
deos accepimus cesares dedimus. Et quoniam initium a cul
tu deorum petere in animo est de condicione eius summa
tim disseram.

Maiores nostri statas sollempnesque cerimonias
pontificum scientia bene gerendarum rerum aucto
ritate augurum observatione apollinis predicatione
vatum libris portentorum depulsis etrusca disci
plina explicari voluerunt.

Prisco etiam instituto rebus divinis opera da
tur cum aliquid commendandum est precatione cum
exposcendum voto cum solvendum gratulatione
cum inquirendum vel extis vel sortibus impartito cum
sollempni ritu peragendum sacrificio quo etiam ostentorum
ac fulgurum denuntiationes procurantur.

Tantum autem studium antiquis non solum servande

ſꝫ etiã amplificande religiõis fuit: ut florẽtiſſima tunc op-
ulentiſſima ciuitate decẽ principũ filij ſenatus õſulto ſingulis
ꝑplis etrurie percipiende ſacroꝝ diſcipline grã traderetur.

Cereri quoqꝫ quaꝫ more greco uenerari inſtituerãt ſacer-
dotẽ a uelia cũ id oppidũ nõ dũ ciuitatis ac-
cepiſſet nomẽ calitanã peterẽt ul ut alij dñt calphe-
naꝫ ne deẽ uetuſtis ritibꝫ perita deeẽt antiſtes. Cu-
ius in urbe pulcerrimũ tẽplũ hrẽnt greco ritu moitẽ ex
libris ſibillinis ut uetuſtiſſimaꝫ cereꝛeꝫ placaret her-
naꝫ quã ſacra ei uite certa credebat. xv. uiros ad eam
ꝓpitiandaꝫ miſerunt. nõ̃ imꝑatores nr̃i compotes

Iterũ matri deũ ſepe uictoriaꝝ ſuſcepta uota perſſi-
mutẽ profecti ſoluerũt. Poſtumum õſulẽ

Metellus nõ pontifex maximus eundẽ qꝫ flamineꝫ
martialeꝫ ad bellũ gerẽdũ africaꝫ petenteꝫ
ne a ſacris diſcederet multa dicta urbẽ egredi paſſus
nõ ẽ. Religioniqꝫ ſummũ imꝑiũ ceſſit. quõ tuto poſt
inmus martio certamini õmittit nõ uidebat ceremonijs
martis deſtitũ. Duodecim faſcium religioſa obſequi

Laudabile laudabilior quattuor et uiginti in
õſimili re obedientia. A tiberio eñ graccho ad
collegiũ augurũ lrĩs a prouincia miſſis quibꝫ ſignifica-
bat ſe cũ libros ad ſacra ꝑpli ꝑtinẽtes legeret animad̃uertiſſe
uitio tabernaclm captũ comitijs õſularibꝫ que ipſe fe-
ciſſet eaqꝫ re ab auguribꝫ ad ſenatũ relata iuſſu eius g.
lius ẽ gallia. ꝑ ſcipio naſica et corſica romã reuerti
et ſe õſulatu abdicauerunt. cornelius nero. cetheg.

Conſimili rõne celius. marcus. Gladius ꝑpt extã-

… erat summum imperium. Primum autem dictator fuit Lartius. In ista dignitate Fabius Maximus in[illegible] qui concentus audierat in templo ea fuit privatus dicit autor occentu sorices quia occentus est sonus contrarius sinister. nulla enim melodia et nullus sonus in templo esse debebat nisi ad laudem deorum quod ipse vocat occentum i. cantum sinistrum dictum sorices quia sic dicitur ingenio. Sorex vel sorix est a garrulus argumentorum philosophorum et ipsa est questio parva que erat in medio tractata fuit quas cum in templo dictator audiret dictaturam perdidit. Tertium … est hoc quod eadem causa magisterium equitum Gaio accepit. dicit ergo autor occentus quia i. cantus monstruosus soricas questionem parvam et multo fortius si fuisset magna audita in templo causam Fabio deponendi dictaturam et Gaio magisterium equitum dedit sine permittit dictator habebat sub se senescalcum.

… consulatus in quo maioris auctoritatis ostenditur votis nuncupatis i. promissis omnibus a se factis. templum honori et virtuti clastidio post deinde Siracusis potitus consecrare simul vellet a collegio pontificum impeditus est negante ipso collegio unam cellam duobus dyis recte dicari i. consecrari. enim i. quia si quid prodigii futurum in ea cella accidisset ne discerneretur utri i. cui deorum rem divinam fieri oporteret i. discerni posset quis illorum deorum illud prodigium faceret nec duobus nisi certis dyis una i. simul sacrificari solere ea pontificum admonitione effectum est ut Marcellus separatis edibus i. templis et domibus honoris ac virtutis simulacra statueret respondit autor neque autem collegio pontificum auctoritas amplissimi viri aut Marcello adiectio i. additio expensarum sive impense impedimento fuit quominus i. pro quadam religionibus suis tenor suaque observatio redderetur.

Adiciendum hys. In templo dee veste … cum ordine et successive virgines templo dictante sua nocte custodiebant summa diligentia servabatur cum ergo quadam nocte virgo vestalis quedam illum ignem conservando vigilaret obdormivit vel negligens fuit propter quod ignis extinctus fuit ob quam negligentiam per summum sacerdotem templi veste … verberata fuit. dicit ergo Val. hys exemplis supradictis addiciendum est quod sequitur post predictum factum quia virgo vestalis i. in templo dee veste serviens quadam nocte parum diligens custos fuisset ignis ille non debebat extingui. licinio pontifici maximo digna visa est que flagello vel flagro amoneretur i. ab igne. Nota quod dea vesta est dea terre quia ipsa est … et carbonibus vestitur in huius templo [illegible] virgines ponebantur sub virginitatis perpetue voto tempore ipso quo ignis continuus servabatur in eo petitur i. signum virginitatis quia inde servabatur … nam sicut ignis calore accensus sine fugidi amixtione consumit ita virginitas calorem ad venena aptum sine corruptione admixtione portat qui si ferrea non potest consilio apostoli. melius est nubere quam uri. ista autem virgo fustigata fuit.

Maxime vero. In eodem dee veste templo erat quedam virgo nomine Emilia admodum pulcherrima que per negligentiam satis de qua dicitur est ignem videns extinctum deam vestam adoravit et statim oratione completa volumen quod in capite portabat foculo imposito ignis emicuit que res templo dee veste eam dignam reddidit. Et hic Val. tangit … i. magistras ac divinitas dee veste disciplinam Emilie virginis qua igne extincto fuit maxime ab omni reprehensione tutam prestitit qua scilicet Emilia adorante eum carbasum i. pannum de lino candidissimo factum quem pro velo habebat. foculo i. foculari in quo fit focus vel foculo i. parvo foco imposuisset statim ignis emicuit i. resplenduit. nam ignis erat extinctus sed quedam reliquie remanserunt que per carbasi appositionem accense in flammam statim fuerunt.

Non mir. In hac parte autor exponit deos quasi conferendo concludit romanorum sollicitudinem et dicit fortius ostendit quod dei multo urbem et eius imperium dilexerunt ex quo ipsa ita fuit sollicita de ipsorum reverentia. Et hoc idem probat per unam causam i. in qua dicit ergo … ex quo romani sic visum est circa religiones fuerunt solliciti non mirum si protinus eorum deorum indulgentia semper presto romano imperio augendo atque custodiendo excubuit i. vigilavit precia i. quia scrupulosa i. aspera et vivaci cura parvula quoque momenta religionis examinari videntur. Sensus est quod nullus debet admirari quod dy fuerunt sic solliciti romanum augere imperium quia ipsum romanum imperium et parva que non videntur consideranda ad religionem pertinentia examinabat. Quia nostra civitas romana numquam existimanda est ab exactissima ceremoniarum cultu oculos habuisse remotos.

Inqua cum mar. Prosequitur confirmando quod dixit hystoriam talem ponens. Marcellus quintum consulatum gerens dum iret ad Siracusas capiendas et esset in quodam oppido vocato Clastidium insulam prope Siracusas venit deo honoris et virtutis [illegible] si victoriam potiretur templum hedificaret. postmodum Siracusa capta voluit promissum servare ipsis dyis unum templum fundare quod a sacerdotibus prohibitum negantibus unam domum duobus dyis recte dicari eorum non posset cognosci quis deorum in ipsa domo prodigia demonstraret qui sacerdotibus obedivit ut patet in littera. In qua scilicet civitate romana cum Marcellus quintum consulatum gerens i. quinta vice …

Pari curiose admota aris deorum immortalium variis temporibus bellisque diversis flamminio abire iussi sunt coactique etiam. At sulpitio inter sacrificandum e capite apex prolapsus eidem sacerdotium abstulit. Occentusque soricis auditus Fabio maximo dictaturam Gaio flamminio magisterium equitum deponendi causam prebuit. Adiciendum his quod P. Licinio pontifici maximo virgo vestalis quia nocte parum diligens eterni ignis custos fuisset digna visa est que flagro admoneretur. Maxime non virginis Emilie discipulam extincto igne tutam ab omni reprehensione veste numen prestitit. qua adorante cum carbasum quem optimum habebat foculo imposuisset subito ignis emicuit. Non mirum igitur si pro eo imperio augendo custodiendoque pertinax deorum indulgentia semper excubuit quo tam scrupulosa cura parvula quoque momenta religionis examinari videntur. Quia nunquam remotos ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos habuisse nostra civitas existimanda est. In qua cum Marcellus quintum consulatum gerens templum honori et virtuti clastidio prius deinde siracusis potitus nuncupatis debitum votis consecrare vellet a collegio pontificum impeditus est negante unam cellam duobus dyis recte dicari. futurum enim si quid prodigii in ea accidisset ne dinosceretur utri rem divinam fieri oporteret. nec duobus nisi certis dyis una sacrificari solere. Ea pontificum admonitione effectum est ut Marcellus separatis edibus honoris ac virtutis simulacra statueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas amplissimi viri aut Marcello adiectio impense impedimento fuit quominus religionibus suus tenor suaque observatio redderetur. Obruitur etiam tot illustribus consulatibus L. furius bibaculus exemplique …

Obruitur etc. Quidam nomine lucius furius bibaculus pretor existens sic dictus quasi … in manitate sive quia torquebat tormentis et malos puniebat ut pretor a pretorio in quo … reddebantur. iussus fuit a patre suo qui erat martis sacerdotum magister ut per litores ancilia i. brevia scuta et rotunda portaret qui pretorio officio non obstante sibi ad honorem reputans obedivit quod Val. tangens dicit. et lucius furius bibaculus tot illustribus consularibus de quibus dictum est obruitur exemplo quia locum vix i. fere et cum difficultate post Marcellum invenit quia et si vir illustris fuit non tamen Marcello equalis … sibi comparandus ideo dicit autem vix i. fere. Aliqui volunt dicere quod vix stat pro vice et tunc est sensus quod iste pretor sua vice post Marcellum invenit sed littera sequens prima expositioni magis consonat … quod dicitur … iste pretor … post Marcellum locum inveniat non est tamen a nostra narratione abiciendus. ideo dicit sed pii simul ac religiosi cum laude … non est. qui pretor existens a suo patre collegii saliorum magistro iussus sex litoribus precedentibus arma ancilia tulit quamvis vacationem huius officii honoris beneficio haberet. Nota super illam partem saliorum quod salii erant sacerdotes martis sic dicti quia saltando ei sacrificabant quorum dux et magister erat huius pretoris pater. Nota etiam quod litor habet multas significationes sed hic accipitur pro illo qui ex officio gladium portabat quo malos puniebat et sic litor dicitur quia litat i. mactat reos. mos ergo sacerdotum martis in sacrificando erat ut essent litores ibi gladios tenentes et alii scuta portantes et sacerdotes ante aram saltantes. unde Lucanus dicit. Et salius leto portans ancilia collo …

(obruitur) i. minus … obscuratur quod dicitur per minus quod est respectu consularium predictorum.

Omnia namque etc. hic Val. commendat sollicitudinem romanorum circa divinum cultum et dicit quod … veritate proponit … subdit ibi quapropter. dicit ergo primo. namque nostra civitas omnia post religionem ponenda semper duxit et elegit. et illa in quibus decus summe maiestatis vel consulatus conspici voluit quapropter i. propter ista non dubitaverunt imperia i. summi magistratus sacris servire quia non dedignantur leges sacros canones imitari ita se humanarum rerum regere existimantia si divine potentie bene atque constanter fuisset famulata … non … de cura gerere quod aliqui habuit futurum regimen. Et est sensus ita se futura imperia regimenti humanarum rerum existimantia nam ita se credebant futura imperia possidere si fuisset divine potentie famulata. Credidit … in pectoribus quorum primatorum hominum versatum est quia non solum homines in dignitatibus positi set etiam persone speciales ut patebit in sequentibus circa divinum cultum fuerunt solliciti.

Nota quod Gabina fuit ciuitas extra romam cuius ciues iam per tempora habitauerunt in urbe / de qua ciuitate fuit fabia gens ... sacrificandi Gabinum in roma tenebant ut dicit ritu gabino qui erat ut sacerdos totum pallium sacerdotale super humeros eiceret. quod fecit Fabius de quo more ... Dur[a] minor sequitur ritu succincta gabino :·

locum uix post Marcellum inuenit. Ergo pariter similiter ac religiosi animi

laude fraudandus non est, cum praetor apud suum collegium Salio-

rum magis iussus sex lictoribus praecedentibus arma ancilia tulit,

quamuis uacationem huius officii honoris beneficio haberet. Omnia

namque post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiam

in quibus summae maiestatis conspici decus uoluit. Quapropter

non dubitauerunt sacris imperia seruire, ita se humanarum rerum

futura regimen existimantia si diuinae potentiae bene atque con-

stanter fuissent famulata. Quod animi iudicium in priuatis

etiam pectoribus uersatum est. Cum flamen quirinalis uirginesque

Urbe enim a gallis capta uestales sacra onere partito fer-

rent, easque pontem sublicium transgressas et cliuum

qui ducit ad ianiculum descendere incipientes L. Albanius

plaustro coniugem et liberos uehens aspexisset, propior publicae reli-

gioni quam priuatae caritati suis ut plaustro descenderent im-

perauit atque in id uirgines et sacra imposita omisso cepto iti-

nere ceretem oppidum peruexit, ubi cum summa ueneratione re-

cepta grata memoria ad hoc usque tempus hospitalem hu-

manitatem testatur. Inde enim institutum est sacra cerimo-

nias uocari, quia ceretani ea infracto rei publicae statu perinde

ac florente antea coluerunt. Quorum agreste illud et sordidum

plaustrum tempestiue pariter capax cuiuslibet fulgentissimi

triumphalis currus uel aequauerit gloriam uel antecesserit.

Eadem rei publicae tempestate C. Fabius Dorso suo me-

morabile exemplum seruandae religionis dedit.

Namque gallis capitolium obsidentibus, ne statum Fabiae

gentis sacrificium interrumperetur, gabino ritu cinctus manibus

humerisque sacra gerens per medias hostium stationes in quiri-

nalem collem peruenit. Ubi omnibus sollempni more peractis

Sacerdotes martis uocabantur salii a salta-
do quia sacrificiis dicti dei ibant cum saltis
ad colla salliendo / pater quorum Bibaculi fuit
principalis sacerdos martis.

Ita dicit quod romani ob sollicitudinem et co-
tinuacionem sacrificiorum expectabant se futuros
rectores totius orbis non plus quam se et alia
...

Gabino ritu. Gabini fuerunt ...

Magna ... Narrat Valerius quod tempore P.
Cornelii et Bebii pamphili Consulum fuerunt
due arche reperte ...

in agro lucii petilii scribe ... sub ianiculo monte ...

Nota q numa pompili⁹ fuit rex romanoꝝ gloriosus romuli successor i regimie. qui multu rem publicam auxit. de quo multa ac pulcra narrat tit⁹ li⁹ in p° ab urbe circa principiu. Nam leges romanis moresq3 ostituit, qui belloꝝ osuetudine iam latrones ac semi barbari uidebantur. Annum q3 descripsit i menses decem, prius sin aliqua oputatoe ofusu. Et ideo sic ptoz p3 sup parag. Obruit. Victimarios. dr uictimarius qui uictima parabat et sacrificia. Notandum q gens que mi⁹ curauit de sacrificiys de cerimonys deoꝝ fuerunt greci qui

per se atrocissimis et uigilando pime. Narrat aut Aug⁹ clari hui⁹ rei hystoria q̄ sequit. Nã M. Marc⁹ regulus impator romani ppli captiuus ap cartaginenses fuit, cu sibi mallent a romanis suos reddi q̃ eoꝝ tenere captiuos ad hoc impetrandu etiam istum precipue regulu cu legatis suis roma miserunt prius iuratoe constrictu, si qd uolebat minime peregisset, redditurum esse cartaginem. ille namq3 atq3 in senatu oira persuasit quia non arbitrabatur esse utile romane rei publice mutare captiuos ...

in capitoliu3 po dinaz ueneratoez uictriciu armoꝝ pinde uictoꝝ rediyt. Magna osuande religiois i publio cornelio i bebio pamphilo osulib3 ap maiores nros acta cura est. Siq dez in agro lucy petily scribe sb ianiculo cultoib3 terraz alti uersantib3 duab3 arcis lapideis repertis quaz in altera scriptura corpus Nume pompilij fuisse in altera libri reconditi erant latini .vij. de iure pontificu totidemq3 greci de disciplina sapie latinos mag diligntia asseruandos curauerut. grecos q2 aliqua ex pte ad soluendam religioez ptinere extimabant. Q. petilius ptoz urban ex auctoitate senat p uictiarios fcto igni i conspectu populi cremauit. Tarquini aut rex .M. tulliu duiuiru q librũ secreta ciuiliu sacroꝝ otinetez custodie sue comissu corrupt ptonio sabino destribendu dedisset culleo insutu i mare abici iussit. Id q3 supplicij genus mlto po paricidis lege irrogatu est. Iustissime quidez. q2 pari uindicta parentu ac deorum uiolatio expianda esset. Sed q ad custodia religionis attinet nescio an cos. M. attili⁹ Regulus pcessit. Qui ex uictore speciosissio insidijs Astrubalis et Xancipi lacedemonij ducis ad miserabile captiui fortuna deduct ac miss⁹ ad senatum p. q3. r. legat⁹ ut ex se et uno et sene coples penoꝝ iuuenes pensarentur in contrariu dato osilio cartaginem petiyt. n q igr⁹ ad q3 crudeles qq mito s infestos deos reuerteretur. Veru q2 hys iurauat si captiui eoꝝ redditi no foret ad eos se rediturũ. Potuert profecto dij imortales efferata mitigare seuitia. Cetez quo claiꝝ eet attily glia cartaginenses utimo rib3 suis passi st tertio punico bello religiosissimi ips ta crudelit uexati urbis initiu uista exacturi piacula. Quanto nre ciuitatis senat⁹ uenerabilioz in deos qui post cannesez clade decreuit ne matrone ult tricesimu diez luct⁹ suos extenderet ut ab ys sacra cereis peragi posset. q2 maiore pene romanaz uiriu parte inexecrabili ac diro solo iacente nulli penates expertes meroris erant. Itaq3 matres ac filie ouiuges et sorores nup interfectoꝝ abstersis lacrimis depositisq3 doloris insignib3

Obreditum est. In capitulo precedenti ostendit Val. cultum divinum esse servandum eorum exemplis qui circa ipsum solliciti fuerunt. In hoc vero ostendit hoc idem per exempla illorum qui ab ipso defecerunt et multas hystorias. Ad intelligentiam premittendum nota quod cum Anibal post multas Romanorum strages in Apuliam descendisset ut ipsos acrius impugnaret, missi sunt contra eum duo consules scilicet Lucius Emilius Paulus et Publius Terentius Varro, de quo Varrone loquitur in prima huius capituli parte Val. dicens: Creditum est Varronem consulem apud Cannas, burgum in Apulia prope Barolum, cum Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse quod ibi turpiter victus fuit ob iram Iunonis, et quia Iuno fuerat contra ipsum irata subdit causam ire: quod cum ludos circenses edilis ipse Varro faceret in templo Iovis optimi maximi puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset, quod factum post aliquot annos memoria repetitum sacrificiis expiatum est. Et nota ad litere intellectum quod quidam ludi annales vel in templo Iovis cuius uxor vocatur Iuno fiebant qui vocabantur circenses sic dicti quia in circuitu enses positi erant, unde ex una parte erant enses, ex alia parte aqua, in medio vero circenses quasi circa enses. Et isti ludi erant multum sollempnes, dum quolibet semel fierent. Varro quemdam puerum venustum et facie pulcrum ad vigilias tenendas ut artem suam exerceret in templo posuit, quod Iunoni uxori displicuit, propter quod per eum creditum fuit ut ipsa Varroni irata tam miserabiliter ipsum confligi permisit, quod Romani attendentes post ipsam expiaverunt ac sacrificiis purgaverunt. Dicitur autem secundum fabulas Iuno uxor Iovis, ergo Iupiter filius Saturni Iunonem sororem suam in coniugem accepit. Sed in rei veritate Iupiter est aer superior, Iuno aer inferior; non quod accipimus hic Iupiter pro planeta Saturno contiguo post quem Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna, sed pro aere superiori. Iste autem Varro erat tunc edilis. Dicitur autem edilis ab ede, unde edes dicitur domus eorum primus ad edendum facta fuit, vel edilis custos edis, et sic iste Varro dicebatur edilis quia custodiebat erarium vel camerarium imperatoris, ad quem pertinebat officium hos ludos circenses ordinare, in quibus ludis imposuit puerum pulcritudinis excellentis, non quia ystrio tamen sed ut quedam cronica dicit ad malum agendum, propter quod Iuno femina uxor Iovis turbata fuit. Nam isto contra naturam peccato multum peccaverunt Romani. Non enim videbatur congruum quod puer excubias id est vigilias de nocte teneret in tam ludo sollempni, ad quem convenire debebant Romani patres et antiqui.

Acer et sui etc. Carthagine a Romanis oppressa et tandem per Scipionem posteriorem deleta, Apollo Carthaginensium deus aurea veste coopertus in urbis excidio a nonnullis Romanis nudatus fuit, qui sue iniurie zelator cum sua divina potentia ut manus ipsum expoliantium subito nulla opum operatione inter sua vestimenta abscise apparerent effecit. Propter quod miraculum Romani perterriti ipsum Romam deportantes reverenter coluerunt. Et hanc hystoriam tangens Val. dicit: non solum Iuno et Hercules dii predicti contra religionem negligentes sevierunt, sed et Apollo deus Carthaginensium sui numinis id est sue maiestatis ac deitatis acer vindex id est rigidus vindicator fuit. Nam acer dicitur fortis crudelis amarus, ut dicit Hugutio. Quia Apollo Carthagine a Romanis oppressa veste aurea a Romanis quibusdam nudatus id egit ut manus sacrilege, id est ut manus que sacram vestem sacram tetigerunt vel sibi abstulerunt, et ideo sacrilegi sunt illi qui violentiam publicam vel occultam sacris et deo dicatis inferunt, unde sacrilegi quasi sacra legentes et tollentes, inter fragmenta vestimentorum eius abscise invenirentur. Accipe autem hic fragmenta pro scissuris illa vestimentorum que fiunt causa ornatus cum inferiori parte, quo ornatu maiore utuntur florentinorum iuvenes et pueri. Hunc vero exemplo quod viri pagano et ab ydolo demone facto in sancta fide catholica inter tam homines simulacrum, nam sancti suas iniurias ut homines ferre contrectantur quod dum dicerat et statuit. Nam vidi ego hominem qui sanctum Augustinum turpiter blasfemavit, mox emissa blasfemia os et linguam eversam habens mutus fuit.

candidam induere veste et aris thura dare coacte sunt. Qua quidem constantia optinende religionis magnus celestibus iniectus est rubor ulterius ad vices eam seviendi gentem que ne truculenta quidem acerbitate ab eorum cultu absterreri potuerit.

De neglecta religione

Obreditum est Varronem consulem apud Cannas cum Carthaginiensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Iunonis quod cum ludos circenses edilis faceret Iovis optimi maximi in templo eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset. Quod factum post aliquos annos memorie repetitum sacrificiis expiatum est. Hercules quoque detracte religionis sue et gravem et manifestam penam exegisse dicitur. Nam cum Potitii sacrorum eius ritum quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum velud hereditarium obtinuerant auctore Appio censore ad humile servorum ministerium transtulissent, omnes qui erant numero super xxx puberes intra annum extincti sunt, nomenque Potitium in xii familias divisum prope interiit. Appius vero luminibus captus est. Acer et sui numinis vindex Apollo qui Carthagine a Romanis oppressa veste aurea nudatus id egit ut sacrilege manus inter fragmenta eius abscise invenirentur. Brennus Gallorum dux Delphis Apollinis templum ingressus dei voluntate in se manum vertit. Nec minus efficax ultor contempte religionis filius quoque eius Esculapius, qui consectum templo suo lucum a Turullo prefecto Antonii ad naves ei faciendas magna ex parte succisum inter ipsum nepharium ministerium devictis partibus Antonii imperio Cesaris morti destinatum Turullum manifestis numinis sui viribus in eum locum quem violaverat traxit, effecitque ut ibi potissimum a militibus Cesarianis occisus eodem exitio et evectis iam arboribus penas lueret et adhuc superantibus impunitatem consiliis iniurie pareret, suamque venerationem quam apud colentes maximam semper habuerat dedit multiplicavit.

Quintus vero Fulvius Flaccus impune non tulit quod in censura tegulas marmoreas ex Iunonis Lacinie templo in edem Fortune

Herculesque etc. Ad intellectum huius hystorie quam hic tangit Val. attende quod sic dicit Titus Livius primo ab urbe condita: Potitii et Pinarii fuerunt antiquissime Romanorum familie. Potitii igitur magnam reverentiam ad deum Herculem habebant et quasi hereditario modo sibi iugiter sacrificabant. Temporis vero in processu Appius qui erat censor ipsis Potitiis consentientibus hunc ritum permutavit, scilicet ut non domini sed proceres Potitiorum sed humiles et servi ipsi deo Herculi servirent. Qua de causa Hercules iratus familiam Potitiorum destruxit et quasi in nichil redegit, Appium vero lumine privavit. Dicit ergo Val. quod etiam Hercules filius Iovis detracte religionis sue gravem et manifestam penam exegisse traditur. Nam cum Potitii ritum sacrorum eius, quem ritum pro dono genti eorum ab ipso Hercule assignatum velut hereditarium obtinuerant, Appio censore auctore et factore ad humile ministerium servorum transtulissent, omnes qui erant numero super xxx puberes intra annum extincti sunt. Nomen quoque Potitium in xii familias divisum prope interiit quia pauci remanserunt. Appius vero luminibus captus id est cecatus est. Erat autem iste Appius censor sic dictus a censeo, quod idem est iudicare, ideo proprie censor iudex qui de moribus iudicat, quod officium habebat Appius.

Nec minus etc. Esculapius deus in silva sibi numini consecrata colebatur, quam Turullus prefectus Antonii, cum quo Octavianus Cesar corporale bellum exercuerat et Cleopatram reginam Egipti elegerat et in uxorem receperat, bellum gerebat. Remoto atque neglecto Esculapii cultu ad naves faciendas pro parte fecit incidi, ob quam causam auctor dicit deum dedisse operam ut Antonius Cesaris adversarius vinceretur et Turullus in eadem silva caperetur. Quam hystoriam tangens auctor dicit quod id est sed Esculapius filius eius scilicet Apollinis non minus efficax ultor contempte religionis fuit, qui Esculapius habebat lucum suo templo consecratum. Dicitur autem lucus locus carens luce et densitas arborum ibi solis lucem tollens, sed hic sumitur pro silva licet non lucente, tamen luce candele. Mos enim dei Esculapii erat ut de nocte sibi fieret sacrificium in silva, et quia erat obscura id in ipso sacrificio circa arcem ardebantur ac candele, propterea dicebatur lucus deo consecratus. Quem lucum a Turullo prefecto Antonii ad naves eius faciendas, id est propter naves faciendas, magna ex parte habuit succisum inter ipsum nepharium ministerium, id est dum hec ministeria illicita faceret et silvam subscindi faceret, partibus Antonii devictis Turullum supplicium ipso Cesare Octaviano morti destinatum manifestis viribus sui numinis id est sue deitatis, quasi dicit deitas sua potenter fuit operata, in eum locum ut puta ad eamdem silvam quem locum violaverat arbores incidendo traxit, et effecit deus iste ut ibi potissime et maxime a militibus Cesarianis occisus eodem exitio id est pena ac tormento, sicut arbores inciderant, ita fuit ipse occisus seu incisus et eversus id est incisis iam arboribus lueret id est penam sustineret et persolveret, et adhuc superantibus arboribus impunitatem consiliis iniurie pareret, quod dicit arbores que superaverunt deinceps similem iniuriam pati non potuerunt, suamque venerationem quam apud colentes semper habuerat dedit multiplicavit.

Quintus vero etc. Quidam nomine Flaccus censor existens a quodam templo quod erat in civitate quadam Calabrie tegulas marmoreas fecit removeri et Romam in suam domum portari, propter quam causam demens fuit effectus. Insuper duos filios perdidit. Quod factum postmodum senatus retexuit et emendavit tegulas reportari ad templum unde. Ad huius ergo hystorie intellectum ac litteram lege sic: autem id est sed Quintus Fulvius Flaccus impune non tulit id est sine pena non fuit quod cum in censura id est censor existens tegulas a tego quia dictas quod edes tegebant marmoreas et preciosiores ex Iunonis Lacinie templo id est a templo illo Lacinio in edem id est templum

[illegible] et [illegible] et [illegible] ut iste [illegible]
[illegible]

Affert causam quare ...

[Commentary, upper left:] et domum fortune equestris, in qua sedentes quam Rome faciebat ... transtulit. Nota hic quod laconis ... Et ... ex templo ... quod ... in honore ... dee de qua ... huius capituli ... est ... Iunonis ... templum lacinium ... ut dicit Varro ... [illegible]

[Commentary, upper right:] Locrorum quidem etc. Ad intellectum huius paragraphi nota quod Tarentum Apulie ... tunc ... maxima civitas et opulentissima fuit ... studium valde digna ... cum ... Romani subsidium ... Tarentinorum ... Pirrus rex Epiri qui ex Achillis genere originem ... potenter advenit et tunc primo cum transmarino hoste dimicavit Roma. Hic Pirrus Locris civitati Calabrie in qua Proserpine templum manebat ... ad thesaurum templi sibi ... in navibus portaret tempestate subita vehementi naufragium ...

equestris quam Rome faciebat transtulit. Negatur enim post hec in mente constitisse. Qui etiam per summam egritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis in Illirico militantibus alterum decessisse, alterum audisset affectum. Cuius casu motus senatus tegulas Locris reportandas curavit, decretique circumspectissima sanctione impium opus censoris retexuit. Tam me hercule quam Q. Pleminii legati Scipionis in thesauro Proserpine spoliando sceleratam avaritiam iusta animadversione vindicavit. Nam cum eum vinctum Romam pertrahi iussisset, ante dictionem cause in carcere tetrimo genere morbi consumptus est. Pecuniam dea custodem senatus imperio et quidem summam duplicando recuperavit. Que a Publio Leminio facinus punitum bene a patribus conscriptis vindicata, quod molestiam regis Pirri sordes attinuerat (?), se ipsam potenter atque efficaciter defendit. Coactis enim Locrensibus ex thesauro eius magnam illi pecuniam dare, cum onustus nepharia preda navigaret, in subite tempestatis toti cum classe vicinis dee littoribus appulsus est. In quibus pecunia incolumis reperta sanctissimi thesauri custodie restituta est. At non similiter Masinissa rex, cuius prefectus classis Melitam appulisset et ex fano Iunonis dentes eburneos eximie magnitudinis sublatos ad eum pro dono attulisset, ut comperit unde essent adducti, quinqueremi reportandos Melitam ignorantem eos accepisse libenter de reddidisse. Facturumque templo Iunonis collocandos curavit, insculptos gentis sue litteris significantibus regem ignorantem eos accepisse libenter reddidisse. Factum Masinisse animo quam punico sanguini legium alienum restituit. Siracusis genitus Dionisius tot sacrilegia commenta. Quamquam quid attinet mores nationis perpendere. In media barbaria ortus sacrilegium alienum

[Commentary, right margin:] exhibit ... At non similiter etc. Masinissa rex ... [illegible]

[Commentary, left margin:] [illegible]

[Commentary, lower left:] [illegible]

[Commentary, lower right:] collocandos curavit, litteris sue gentis et sue lingue insculptos ... ventes eos accepisse libenter dee reddidisse significantibus ... Erant autem dentes ... esse quod ex ore elephantis trahuntur, unde ebur ... Factum masinisse etc. Valerius multum huius regis commendans factum dicit ... [illegible]

Siracusis sic. In parte ista usque ad primum Inquam ponit val. sacrilegia diversa que dyonisius rex sicilie dixit et fecit. inter que ponit .v. quorum primum est in dicto et facto quia cum templum proserpine expoliasset et in sicilia thesaurum reportaret flante prospero vento sic dixit. quod sacrilegis tempus quietum dabatur. lege sic. Dyonisius sicilie rex sive tirampnus siracusis nobili civitati sicilie natus sive genitus tot sacrilegia sua quot iam in presenti capitulo recognoscimus cum narrando iocosis dictis voluptatis id est vane delectationis loco prosequi duxit et cetera. quia fano id est templo proserpine de locris de quibus dictum est eodem paragrapho quod ad violentias. spoliato cum per altum id est per mare secundo vento id est prospero et tranquillo ...

Idem sic. ponit val. ... Ad quod sciendum more barbarorum talem consuetudinem fuisse ... quibus bona precamur porrigentibus nolle sumere ... patera vero dicitur cuppa ut dicit Ugucio.

Dyonisius de quo scribit Justinus libro xx et plura de filio eius dyonisio libro xxi.

restituit. Siracusis genitus dionisius tot sacrilegia sua quot iam recognoscimus iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit. fano enim proserpine spoliato locris cum per altum secundo vento classe veheretur ridens amicis videtis ne ait quam bona navigatio ab ipsis dijs immortalibus sacrilegis tribuitur. Detracto etiam iovi olimpio magni ponderis aureo amiculo quo eum tirampnus hiero e manubijs cartaginensium ornaverat iniectoque ei laneo pallio dixit estate grave esse aureum amiculum yeme frigidum laneum autem ad utrumque tempus aptius. Idem epidauri esculapio barbam auream demi iussit quod affirmaret non convenire patrem apollinem imberbem ipsum barbatum conspici. Idem mensas argenteas atque aureas e fanis sustulit. Quodque in his more grecie scriptum erat bonorum deorum eas esse uti bonitate eorum se predicavit. Item victorias aureas et pateras et coronas que simulacrorum porrectis manibus sustinebantur tollebat et eas se accipere non auferre dicebat per quam stultum esse argumentando a quibus bona precamur ab hijs porrigentibus nolle sumere. Qui tametsi debita supplicia non exsolvit dedecore tamen filii mortuus penas rependit quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira tarditatemque vindicte supplicii gravitate compensat.

Inquam ne incideret thimasitheus liparitanorum princeps consilio sibi gloriam atque universe patrie utili providit. Exceptam namque a civibus suis piraticam exercentibus magni ponderis auream crateram quam romani phithio apollini decimarum nomine dicaverant concitato ad eam perrapiendam populo ut comperit ea delphos reportandam [curavit].

Deiotaro vero regi omnia fere auspicato gerenti cavavit salutaris aquile conspectus fuit. qua visa abstinuit se.

Cap. 2m de ominibus

Cuitam sic. In parte ista auctor gravat huius dyonisii sacrilegia. Ad quod intelligendum notandum quod iste dyonisius habuit filium sui nominis qui sibi successit in regno et tandem miserie vitam finivit ... Item notandum quod dyonisius pro suis sceleribus nunquam pena non habuit ... mortuus penas rependit quas vivus effugerat ...

Inquam sic. Ultima pars capituli huius partis quod thimasitheus liparitanorum princeps ... depredati fuerant ... ut patet ex dictis ...

Idem sic. ponit tertium sacrilegium dyonisii ad intellectum notandum quod deus apollo iuvenis et imberbis pingitur ... esculapius vero ... filius ... cum barba pingitur ...

Idem sic. ponit quartum sacrilegium. lege sic. idem dyonisius omnia vasa mensas argenteas atque aureas e fanis id est deorum templis sustulit ...

... apollinis templum perferendam curavit. id est nota omnia ... magni ponderis aurea ... Nota hic quod cratera dicitur calix argenteus vel aureus ... phitio loco erat in delphis in quo dei Apollinis templum erat ... et sic prima pars capituli libri primi ... terminatur.

Et de eo q(uod) accepit viri [illegible]

De ominibus [illegible] ... In isto tertio capitulo q(uo)d est secunda pars libri primi tractat Val(erius) de omine. Et q(uia) om(en) prodigiu(m) portentu(m) et miraculum inter se multum uident(ur) conexa io autor de ipsis tractat et sequenter ab omine incipiens tamq(uam) ab uniuersali. Nam o(mn)e prodigiu(m) potest dici omen s(ed) no(n) (con)u(er)so. Et ne materia primi libri uideatur dissuta et inconexa duo s(un)t uidenda. primo quid sit omen. s(ecund)o quomo(do) se h(ab)eat ad cultum diuinu(m). Est di cendum ad primu(m) q(uod) omen est queda(m) augurii spes et dicitur omen quasi orimen q(ui)a fit ore augurantis de quo in Canone bibie pars scribitur q(uod) solum s(ecund)o regum c(apitulo) [illegible]. Vn(de) dicit accepere omen et festinanter rapuerunt uerbu(m) [illegible] namq(ue) loque(n)do de omine. omen (con)sistit circa uerba quando uerba audita in aliud q(uam) sit intentio dicentis retorquemus ut patebit. Ad secundu(m) dicim(us) q(uod) omen s(ecundu)m antiquoru(m) morem deoru(m) ordinatione esse dicebatur. Nam credebant antiqui q(uod) ille maxim(e) diligeretur a deo cui talia omina occurrebant ergo bene se h(abe)t de omine q(uo)d est signu(m) diuinu(m) post deoru(m) cultum tractare. Incipit g(o) absolute ab hystoria quadam. s(ecund)o ostendit q(uod) talia diuina prouidentia eueniunt ibi Ominu(m) et(iam) etc. dicit g(o) p(rimo) q(uod) quida(m) rex erat in grecia qui sine auspitio(rum) et omne agebat. du(m) g(o) die quadam super palatij tectu(m) conspiceret aquilam uidit et quia res noua f(ui)t illud palatiu(m) no(n) intrare deliberauit et nocte sequente palatiu(m) cecidit et t(er)re equatum fuit. u(er)u(m) t(ame)n Val(erius) om(en) in hoc s(ecundu)m acc(e)p(i)t q(uod) omen penes uerba et aures no(n) penes uisum (con)sistit ut doctores dicunt. lege sic. Iteram. Regi deiotaro fere omnia auspicata gerenti [illegible] aquile conspectu et eius uisio salutis fuit qua uisa ab usu eius tecti abstinuit q(uo)d in sequenti die nocte ruina i(d est) destructio(n)e solo eq(ua)t(um) i(d est) terre equi(paratum).

abei tecti usu q(uo)d nocte insequenti ruina solo equatu(m)
e(st). Ominu(m) etia(m) obs(er)uatio aliquo religio(n)is inexa e(st) q(uonia)m
no(n) fortuito motu s(ed) diuina p(ro)uidentia constare creditur.
Que effecit ut urbe a gall(is) disiecta deliberantib(us) patrib(us)
conscriptis utru(m) ueios migrarent an sua menia restitu
erent forte eo t(em)p(o)re ex p(re)sidio cohortib(us) redeuntib(us) centurio
i(n) comitio exclamaret: Signifer statue signu(m) hic optime ma
nebim(us). Ea eni(m) uoce audita senatus se accipere omen
r(espo)ndit e uestigio q(ue) ueios transeundi co(n)siliu(m) omisit.
Q(uam) paucis uerbis de domicilio futuri imp(er)ij su(m)mi co(n)fir
mati co(n)ditio. credo indignu(m) dijs existimantib(us) pro
sperrimis auspitijs romanu(m) nom(en) ortu(m) ueientane
urbis appellatione mutari. Incliteq(ue) uictorie decus
in abiecte urb(is) ruinis infundi. Hui(us) tam p(re)clari
op(er)is auctor camill(us) cu(m) e(ss)et p(re)cat(us) ut si cui deor(um) nimia
felicitas p. r. uideret(ur) ei i(n)uidia suo aliquo i(n)co(m)mo
do satiaretur subito lapsu decidit. q(uo)d omen ad dap
natione(m) qua postea oppressus e(st) p(er)tinuisse uisu(m) e(st). Me
rito q(ui)d(em) de laude inter se uictoria et pia precatio amplissi
mi uiri certauerunt. Eque eni(m) uirtutis et patrie bona
auxisse et mala i(n) se transferri uoluisse. Quid illud e(st)
q(uod) l. paulo cons(uli) euenit q(uam) memorable ac ei sorte eue

Ominu(m) et(iam) etc. No(n) adhuc litere intelli(gun)tur et(iam) i(n)telligentiam q(uod) roma fuit preter capitolum a gallis destructa. [illegible] quod deliberauerant romani locum et situm romanum relinquere et ad ueios ciuitatem se transferre et cu(m) inter patres huiusmodi esset excitatio. furi(us) camillus de quo sup(ra) dictum est capitulo primo longa exortatio(n)e a tali p(ro)posito reuocare curauit. u(er)u(m) q(uo)d uolebat obsequi no(n) potuiss(e)t nisi omne superuenire. Nam dum hoc tractarent. Centurio cu(m) militia forte uenit et cu(m) fuit i(n) comitio exclamauit. Signifer statue signum hic optime manebimus. dixerat aut(em) hec ut suam militiam ordinaret s(ed) p(at)res acceperunt ad aliud significatum ut p(atet) hic i(d est) i(n) isto loco sumus situati optime manebimus et statim de (con)structio(n)e ciuitatis cogitaverunt et ad ueios transire omiserunt. lege g(o) sic. Ominum obseruatio est etiam aliquo (con)tactu religioni inexa etia(m) intrinsecus colligatur. et subdit ro(n)e(m) q(uonia)m taliu(m) ominu(m) obseruatio no(n) est fortuito a(ut) casuali motu s(ed) creditur diuina constare p(ro)uidentia que p(ro)uidentia ul(tra) quam ominu(m) obs(er)uatio effecit ne roma dimitteretur. Vn(de) subdit. Urbe a gallis disiecta i(d est) destructa et dissipata patrib(us) (con)scriptis deliberantibus utru(m) ueios ciuitatem quam paulo an(te) destruxerat migrarent an sua menia a gallis destructa restituerent forte eo t(em)p(o)re quo (con)siliu(m) fiebat cohortib(us) p(re)sidio i(d est) a p(re)sidio dando amicis redeuntib(us) centurio (con)tra(ri)taneus centu(m) militum in comitio i(d est) loco in quo (con)sules eligebantur exclamaret signifer i(d est) signa ferens statue i(d est) firma signum hic optime manebimus. senatus ea uoce audita accipere se omen respondit et e uestigio i(d est) statim ueios transeundi (con)silium omisit.

Deinde cu(m) dicit Quam etc. exclamando in honorem ominum ait. Q(uam) paucis uerbis de domicilio su(m)mi imperij futuri (con)firmata est (con)ditio. Nam dijs extimantibus credo indignum romanum nomen prosperrimis auspitijs ortum ueientane urbis appellatio(n)e mutari et decus incliti i(d est) gloriose uictorie quam de gallis camillus habuerat modo i(d est) paruo an(te) t(em)p(us) quo (con)siliu(m) fiebat abiecte urbis ruinis infundi. Nam ut dicit titus liuius in fine p(rimi) ab urbe. Camillus qui longa ore patres reuocabat ne roma(m) dimitterent fuit ille qui ueios ciuitatem destruxerat. dij g(o) no(n) extimabant dignum romanos ueios transire io eoru(m) prouidentia dato omine et (con)silio eius cessauerunt.

Hui(us) tam etc. Furius camillus de quo dictum est in ex(emplo) precede(n)ti et sup(ra) c(apitulo) p(rimo) fuit ap(ud) romanos inclitus ymo quasi p(at)rie conditor fuit s(ecund)o romulus appellatus. h(ic) camillus tam preclari operis i(d est) ne roma dimitteretur autor fuit cu(m) esset precatus ut si cui deoru(m) felicitas p(o)p(u)li romani nimia uideretur eius inuidia suo aliquo incomodo satiaretur subito lapsu cecidit q(uo)d omen ad dap(n)atio(n)e(m) qua postea oppressus est pertinuisse uisum est. Nam subitus eius ad terram casus om(en) fuit q(uod) subito de ciuitate debebat expelli et sic euenit ut patet infra c(apitulo) de ingratis l(ibro) q(ui)nto parag(rapho) hunc ingratum. Quod etiam ponit aug(ustinus) l(ibro) p(rimo) de ciu(itate) dei c(apitulo) 18.

Ex deoru(m) q(uia) no(n) m(u)lto p(ost) ipse camill(us) qui fuit ualde bon(us) ciuis [illegible] dando salubria (con)silia exortando p(er) sua ad o(mn)ia oportuna et [illegible] (con)plurate ueios ciuitas superata fuerat ut promittit no(n) [illegible] aliquib(us) b(e)n(e) gestis suis cu(m) p(at)ris a p(at)ria relegatu(s). Vn(de) dic(itur) ac q(uonia)m camill(us) cecidit i(n) t(er)ra fuit om(en) de malo sibi p(ro)xime uenturo.

Deinde cu(m) dicit Merito. Comendat camillum dicens pia precatio(n)e amplissimi et uictoria quam ex inimicis habuit merito inter se de laude certauerunt. et probat Eque eni(m) uirtutis e(st) et bona p(at)rie auxisse q(uo)d fuit per uictoriam et mala p(at)rie in se transferre uoluisse q(uo)d fecit Camilli oratio. Ad quod nota militis ac ducis officiu(m) esse prius pati uelle q(uam) patria(m) deficere [illegible] pro om(n)ib(us) perire.

Quid illud etc. hec l(itte)ra in textu est clara et suplectio(n)e no(n) eget. Nam lucius paulus pro omine accepit dictum filie q(uia) dixerat per sam mortuam [illegible] q(uia) ipsa dixerat de catello. ipse retorsit i(n) regem persam (con)tra quem in macedoniam uadens et certam spem in omine ponens ipsum rege(m) superauit. dicit aut(em) sorte euenisse q(uia) ut i(nfra) patebit (con)sules prouintias sortib(us) diuidebant et p(er) sortes distribuebant.

At cecilia &c. Ad intellectum huius litere nota quod apud antiquos consuetudo maritandarum virginum fuit ut proximior consanguinea vir-
ginis maritande cum ipsa virgine ad templum deducta nocte insimul
vigilaret quatinus mediantibus vocibus auditis in templo deus
de bono sponso disponeret. Erat autem cecilia uxor metelli femina
nobilis cui erat una neptis sue sororis filia virgoque pulcher-
rima quam ad templum adduxit
et ibidem cum ea vigilavit. At cum
puella quia nimium erat fatigata
ex longa standi mora fatigata
fuisset ceciliam rogat ut sibi locum
sedendi concedat. tunc inquit cecilia
libenter tibi mea sede cedo
quod verbum puella pro omine acce-
pit ut sicut sibi cessit in sede
in loco ita sibi cederet in me-
telli matrimonio et sic evenit quia
post paucos dies cecilia fuit mortua
et puella metello in matrimonio
copulata. lege literam intelligendo
quia clara est. dicit autem
excubia vigilias nuptiales que
more prisco id est antiquo fie-
bant. Sacellum autem notat templum
parvum vel oratorium in quo
gratia orationis sistitur ut videtur.

nisset ut bellum cum rege perse gereret et domum
vesperum regressus, filiolam suam nomine terciam que tum erat admo-
dum parvula obsculatus est admodum tristem animadvertit
interrogavit quid ita eo vultu esset que respondit persam
perisse decesserat autem catellus quem puella in deliciis habuerat
nomine persa. Arripuit igitur omen paulus exque fortuito dicto
casu certam spem clarissimi triumphi animo presumpsit. At
cecilia metelli dum sororis filie adulte etatis virginis
more prisco nocte concubia nuptialia petit omen ipsa fecit
Nam cum in sacello quodam ei rei gratia aliquamdiu persedisset
nec aliqua vox proposito congruens esset audita fessa longa
standi mora puella rogavit materteram ut sibi paulis-
per locum residendi accommodaret. Cui illa ego vero inquit
libenter tibi mea sede cedo. quod dictum ab indulgentia pro-
fectum ad certi ominis processit eventum quoniam metellus
non multo post mortua cecilia virginem de qua loquor
in matrimonium duxit. Gaio autem mario observatio ominis
procul dubio saluti fuit. quo tempore hostis a senatu iudicatus
in domum fannie minturnis custodiendus deductus est. animad-
vertit enim asellum cum ei pabulum obiceretur neglecto eo adaquam
procurrentem. Quo spectaculo deorum providentia quod
sequeretur oblatum ratus mox a multitudine que ad opem illi fe-
rendam
aliquin est in spetiendarum religionum peritissimus

a. tempore marci qui prius cum casu palacia tempore erat doctissimus expertus consuetudine omnia et auctoria

Contigit enim ipsa medium tempus prius. Capto omine a paulo quia ipse tempore victoriam obtinuit et ipsam regem cum filiis devicit.

Gaio autem &c. Marius potentissi-
mus bellum civile cum silla habuit cuius
potentia a senatu rei publice hostis
est iudicatus qui dum fugeret ad quandam
civitatem prope romam que vocabatur min-
turnis pervenit cum in domum fannie
matrone custodie causa ductus esset procul
dubio omnis observatio saluti fuit immo-
nui sequutur animadvertit enim asellum cum
ei pabulum obiceretur id est comestio daretur.
eo id est quia pabulo neglecto et derelicto ad
aquam procurrentem pabulum namque re-
nuit et ad aquam cum festinantia acurre-
ret quo spectaculo id est qua inspectione con-
siderationem intentionem quia spectaculum dicitur
quod spectatur que inspicitur considera-tur attente
dicitur commotus marius providentia deorum ratus

id est certus oblatum esse quod sequeretur id est quid sibi agendum esset aliquin id est sine hoc
aliquin id est alias religionum et deorum cultum interpretandarum peritissimus extimavit
ibidem non manere ymmo a multitudine amicorum romanorum que ad opem illi feren-
dam confluxerat ut ad mare perduceretur impetravit ac protinus sine mora navi-
culam ascendit eaque in affricam pervectus arma sille victricia effugit. Sic quod omen
a progressu aselli ad aquam accepit.

ostenderat maxi petierunt ut mare produceret. nec protinus navalia eius ascendit iactatus periculis arma ille

Pompeius vero magnus iacere victus effugit Pharsalica motus a cesare fuga querens salutem cursu insulam cyprum ut aliquid virium contraheret classem direxit appellensque ad oppidum paphum conspexit in litore speciosum hedificium gubernatoremque interrogavit quod nomen esset ei. qui venit cacobasilea vocari quae vox spem eius quantulacumque restabat comminuit neque id dissimulanter tulit. avertit enim oculos ab illis tectis ac dolorem quem ex diro omine ceperat gemitu patefecit.

Marci vero bruti ammisso parricidio eventus omine designatus est. Siquidem post illud nepharium opus natale suum celebrans cum greci versum exprimere vellet ad illud pontificum potissimum omen mentem referendum quia ~~telesinorum ... est se tacere noluit.~~ qui deus philippensi acie a cesare et antonio signo datus tela in eum convertit. Iactum est. Cassii autem fortuna perculit que orantibus rodiis ne ab eo

Consentanee vocis ictu est cassii autem fortuna perculit que orantibus rodiis ne ab eo cunctis deorum simulacris spoliarentur solem a se relinqui respondit. ut rapacissimi victoris insolentia victi timore preheret. abiectum quoque macedonica pugna non effigiem solis quam tamen supplicibus cesserat sed ipsum solem revera relinquere coegit. Annotatu dignum illud quoque omen sub quo petilius consul in liguria bellum gereret

Adici nostris etc. In principio fuit prosecutus omina romanorum, sed in parte ista prosequitur omina extraneorum et sunt duo ibi secundum neque apolloniate. dicit ergo duo exempla alienigena id est extranea eiusdem generis id est de omine nostris narratis supra non absurde adici possunt. Primum est quod samii id est populi insule sami de qua pitagoras philosophus fuit prienensibus id est populis civitatis prienensium de qua Bias philosophus fuit ut patet in libro 7 capitulo 2 de sapienter dictis. auxilium adversus caras civitatem a [illegible] prope babiloniam implorantibus cum cum illis bellum haberet arrogantia instincti id est superbia et despectu moti ipsos samios despicientes vel adiutorium ipsorum pro classe et exercitu lembum [illegible] id est naviculam parvam derisus gratia miserunt. Nam sicut vegetius lembus est navis parva a le[illegible] descendens idem dicit [illegible] in Solino de mirabilibus mundi ubi loquitur de india. Sed illi samii non pro despectu sed pro omine acceperunt unde subdit. quam illi velud [illegible] datum interpretati [illegible] veram predictionem victorie habuerunt.

Nec apollo etc. Secundum exemplum ponit dicens neque apolloniate cives de apollonia vel apollonie civitatis [illegible] egerunt penitentiam de infrascriptis [illegible] id est illirici [illegible] de sclavonia bello pressi cum epidamnios ut sibi opem ferrent orassent et illi [illegible] Flumen nomine eantem in eorum adiutorium se mittere dixissent [illegible] acciperent [illegible] primum locum in acie [illegible] ex insperato hostibus superatis suum successum omini referentes [illegible] flumini ut deo immolaverunt et deinceps duce uti omnibus preliis instituerunt. In quo terminat summa capituli de ominibus.

Explicit capitulum [illegible]

Capitulum XIII de prodigiis

Prodigiorum quoque etc. Capitulo isto determinat de prodigiis. Ad cuius intellectum sciendum quod prodigium proprie de significatione nominis [illegible] significationis sed hic accipitur pro monstro simpliciter quod [illegible] aliquid eveniunt id est quod insueta et contra [illegible] sicut [illegible] alia bruta loqui [illegible] ut patebit ex dicendis in loquendo de prodigiis primo continuat se ad dicenda et exequitur de intento ibi Servio etc. dicit ergo sed prodigiorum quoque aut secunda id est prospera et bene significantia aut adversa et male significantia in urbe vel extra acciderunt proposito nostro debita id est conveniens relatio est.

†al' sibilla. muliere una de decem sibillis que de samos fuit, vocata fuit sibilla samia.

occidit nam cum morte cui leto cognomine erat oppugnaret, inter ipsam adhortationem militum dixisset hodie ego letum utique capiam inconsiderantis plausu fortuitum iactum vocis leto suo confirmavit.

Adici nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Samii prienensibus auxilium adversus caras implorantibus arrogantia instincti pro classe et exercitu sibillam eis derisus gratia miserunt. quam illi velut divinitus datum presidium interpretati recepta vera fatorum predictione victorie ducem habuerunt. Nec apolloniate quidem penitentiam egerunt quod cum bello illirico pressi epidamnios ut sibi opem ferrent orassent et illi flumen menibus suis vicinum nomine eantem in adiutorium eorum sese mittere dixissent accipimus quod datur responderunt. eique primum in acie locum pretoris ac duci assignarunt. ex insperato enim superatis hostibus successum suum omine acceptum referentes et tunc eanti ut deo immolaverunt et deinceps omnibus preliis duce uti instituerunt.

Prodigium monstrum id est proprie vel ad iustandum prodigium [illegible] ut ait ugutio. Capitulum de prodigiis.

Prodigiorum quoque que aut secunda aut adversa acciderunt debita proposito nostro relatio est. Servio tulio etiam tum puerulo dormienti circa capud flammam emicuisse domestici oculi annotaverunt quod prodigium anci regis marci uxor tanaquil admirata servum ex serva natum in modum filii educavit et ad regium

Servio etc. Prosequitur exempla primo romana secundo extranea ibi attigit [illegible] tangit autem primum exemplum servii tullii de quo titus livius in primo ab urbe loquitur. ad cuius intellectum nota quod tanaquil nobilis domina de tarquinus civitate nata uxor regis [illegible] in cuius domo accidit hoc prodigium evenire pueri enim dormientis circa caput flamma emicuit quod tanaquil considerans puerum tamquam aliquid magnificum existimans nutrivit. Fecit enim ipsa flamma quod romanorum rex esset futurus signum enim fuit. Ait ergo. Servio tullio sic dicto quia cum matre erat ex captivis servus ut dicit titus livius. et tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuisse domestici oculi et familiares annotaverunt quod prodigium Tanaquil anci regis marci uxor admirata servum tullium servum in modum filii educavit et tempore in processu sibi filiam suam in uxorem iunxit et tandem ad regum fastigium ac dignitatem ut dicit titus livius erexit et sublevavit. [illegible] Non est sine admiratione quod hic valerius ait in minimis quod tanaquil fuit anci regis uxor qui fuit quartus rex romanorum et oppositum aperte ponit titus livius in primo ab urbe condita quod tanaquil fuit uxor lucumonis tarquinii qui fuit quintus romanorum rex et due istas in aliud differt non debet nisi in tantum quod de meritis assignat idem titus livius in primo sexti libri ab urbe condita quod nunquam gesta fuerunt ab urbe usque ad eandem urbem captam incensa urbe libris pontificum dextrictis interierunt. ideo et ipsa diversi sententur auctores vel dicamus quod fieri potuit quod tanaquil duos viros habuit ancum et lucumonem sive tarquinium sed primum non vocavit cuius uxor fuit suo nomine quod ingenio ipse servius tullius fuit sextus romanorum rex postmodum [illegible] operatione a genero interfectus ut tangitur in libro nono capitulo de dictis et factis sceleratis et per augustinum 3° de civitate dei c.

[illegible]

Capitulum XIIII de prodigiis

fastigium evexit. Eque felicis eventus illa flamma que ex L. Marcii ducis duorum exercituum quos interitus publii et gnei Scipionum in Hispania debilitaverat in capite concionantis eluxit. Namque eius aspectu pavidi milites pristinam receperunt fortitudinem, admoniti octuaginta milibus sto hostium cesis magno in numero in potestatem redacto, bina castra punicis opibus referta ceperunt.

Iste autem bello acri et diutino veientes a romanis intra menia compulsi capi non possent, eaque mora non minus obsidentibus quam obsessis intollerabilis videretur, exoptate victorie iter mirando prodigio dii immortales patefecerunt. Subito enim albanus lacus nec celestibus auctus imbribus nec inundatione ulli amnis adiutus solitum stagni modum excessit. Cui rei explorande gratia legati ad delphicum oraculum missi rettulerunt precipi sortibus ut aquam eius lacus emissam per agros diffunderent. Sic enim veios in potestatem populi romani fore. Quod prius quam legati renuntiaret, aruspex veientium a milite nostro quia domestici interpretes deerant raptus in castra perlaturum futurum direxerat. Ergo senatus duplici predicatione monitus, eodem tempore pene et religioni paruit et hostium urbe potitus est.

Nec par prosperi successus quod sequitur. L. Sylla consul sociali bello cum in agro nolano ante pretorium immolaret, subito ab ima parte are prolapsam anguem prospexit. Qua visa postumii aruspicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit ac fortissima samnitum

Precipue etc. prosequitur varia prodigia mio decem que per parte tit. li. tertio libro circa principium ponit et alii auctores ea ponunt. primum in hoc consistit quod bos humano sermone locutus fuit. vii. d. Illa et prodigia que gaio volupnio sermo sulpitio consulibus inter initia motusque bellorum in urbe nra acciderunt. precipue admirationis supple sunt. Bos namque mugitu suo in sermone humanum converso novitate monstri audientium animos exterruit. Carnis etc.

de quo tactu est super cap. p. aquas mixtas sanguine fluxisse. Bello et punico secundo consistit. i. manifestum fuit Gneo domitio bone dixisse Caue tibi roma. De hys ponit multa tit. li. in toto suo libro. precipue de bello macedonico in quo multa prodigia invenies ab ipso narrata. Gaius aut etc. Tangit mis prodigium insabile romanorum adventum iuxta lacum perusinum denotantia. d. Gaius aut flamineus sic vocatus quia de sacerdotum genere erat inauspicato i. sine auspitio consul contra hanibalem creatus cum apud lacum trasimenum i. lacum hodie perusinum a monte unino aquo aqua iussibilit trasmeat sic vocatus cum hanibale conflicturus et pugnaturus esset convelli signa iussisset equo lapso super cap eius dederit cum convelli signa iussit. eodem prodigio inhibitus inde ...

castra cepit. Que victione future ei amplissime potentie gradum ...

Precipue admirationis etiam illa prodigia. que G. volupnio sermo sulpicio consulibus in urbe nostra inter initia motus que bellorum acciderunt. Bos namque mugitu suo in sermonem humanum converso novitate monstri audientium animos exterruit. Carnis etiam in modum nimbi dissipate partes ceciderunt quarum maiorem numerum prepetes diripuerunt aves reliquum humi per aliquot dies neque odore tetro neque deformi aspectu mutatum iacuit. Eiusdem generis monstra alio tumultu conita sunt puerum infantem semestrem in foro boario locutum triumphum clamasse natum. in piceno lapides pluvisse. in gallia lupum vigili e vagina gladium abstulisse. in sicilia scuta duo sanguinem sudasse et metentibus cruentas spicas in corbem decidisse. Ceretes aquas sanguine mixtas fluxisse. Bello etiam punico secundo constitit. Gneo domitio bovem dixisse. Cave tibi roma. Ga. autem flamineus inauspicato consul creatus cum apud lacum trasimenum cum annibale conflicturo convelli signa iussisset lapso equo super caput eius humi prostratus est. nichil que eo prodigio inhibitus. signiferis negantibus signa moveri sua sede posse penam malum ea continuo effodisset minatus est. Verum huius temeritatis utinam sua tantum non etiam populus romanum maria clades penas pependisset. ita namque atie quod ...

[Marginal glosses, left and right, too fragmentary to transcribe reliably]

Flaminij etc. Prosequitur Mancini imperia et memoriam facit aug. li. 3o. d. c. d. ... et ponit multa prodigia dicens. Flaminij de quo dicit hystoria precedens. precipitem audaciam quia audacia precipitauit se et romanum exercitum in ipso fuit imperium. uesana perseuerantia et pertinaciam hostilem mancinus subsequitur cum mancino consuli in yspania contra numantinos ituro angues ... ipse iret hec que sequuntur prodigia acciderunt. cum lauinij i. ciuitate lauinia quam hedificauit eneas ex nomine uxoris sue que lauinia uocabatur sic dicitur ... ab urbe.

milia romanorum cesa. vj. milia capta. decem milia fugata sunt. Consul obtruncati corpus ad funerandum corpus ab annibale quesitum qui quantum in ipso fuerat romanum sepellierat imperium. Flaminij autem precipitem audatiam. C. consulis mancini uesana perseuerantia subsequitur. Cum consuli in yspaniam ituro hec prodigia acciderunt. Cum lauinij sacrificium facere uellet pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt. summaque diligentia quesiti reperiri nequiuerunt. Cum ab herculis portu quo pedibus peruenerat nauem conscenderet talis uox sine ullo auctore ad aures eius peruenit. Mancine mane. qua territus cum itinere conuerso ianuam petisset ubi scapham conscendisset ingressus anguis eximie magnitudinis uisus e conspectu abijt. Ergo prodigiorum numerum numerus calamitatum equauit infelici pugna turpi federe deditione funesta. Quin mirum in homine parum considerato temeritatem. Tiberij Gracchi grauissimi ciuis tristis exitus et prodigio denuntiatus et euitatus consilio fac. Consul enim cum in lucanis sacrificasset angues duo ex occulto prolapsi repente hostie quam immolauerat adeso iecinore in easdem se latebras retulerunt. Ob id deinde instaurato sacrificio idem prodigij euenit. Tertia quoque cesa uictima diligentiusque obseruatis extis neque elapsum serpentium accessum neque fugam impedire potuit. Et quamuis aruspices ad salutem imperatoris pertinere dixissent Gracchus tamen

Consulatus etc. Marcus Marcellus sive ut alii eum dicunt Claudius Marcellus de quo supra capitulo primo non mirum Siracusam Sicilie civitatem occupasset et Hanibalem Nole civitatis Campanie menibus fugasset animo intente proposuit ex hiis alterum facere videlicet aut exercitum Carthaginensium in Ytalia sterneret aut saltem de Ytalia pelleret et quia cultum deorum prompto corde servabat ut patet voluit suum propositum divine voluntati conformare et ut voluntatem perquireret attentius sacrificium obtulit in quo sacrificium mirabile prodigium evenit nam cum animal sacrificaretur occisum capite iecur fuit inventum non sine suffusione mactatum duplici capite iecur visum ex quibus interrogatus aruspex dedit responsum tamen non sibi intestina placere ... ne temere aliquid attemptaret quia sibi cavere non potuit cum nocte quadam inimicos gratia cum paucis ... fuit ab hostibus circumventus. Quam historiam Valerius conformiter ... bello punico ... consulatus etc. ... terroris societas et par genus mortis a Tiberio Graccho de quo precedens dicit historia ad Marcelli memoriam me trahit contra Tiberium ... Marcello sicut in Graccho nam fuit consul et ... periit et par genus ... habuit ... ab inimicis ... Unde sequitur Marcellus gloria captarum Siracusarum et Hanibalis Nolane menia a se primum fugere coacti ... manus ... civitatis ... gloria inflamatus ... et subsequentes victorias ... cum summo studio ... exercitum Penorum ... aut in Ytalia sterneret ... ut penitus subiugaret aut in Ytalia pelleret sollempnique sacrificio voluntates deorum exploraret ... quod fit sacrificium sollempne supra capitulo primo ... que ante foculum i. ignem vel ignis locum cecidit hoc monstrum prodigium habuit ... cum sit animal intestina ... sine capite ... pro intestino principalius quibus inspectis aruspices dixit vultu tristi exta i. intestina sibi non placere dixerunt quia prima exta trunca essent capite et alia leta i. letata et mortificata sive mortifera nam lz leta non potest stare pro iocunda cum per ipsum ... gaudiosum vel iocundum signabatur non enim convenire ... cum prima defuerit et monstruosa apparuissent. Monitus ita Marcellus ... talibus signis et verbis aruspicis ne quid temere conatur vitare ipsorum significata non valuit. In sequenti namque nocte speculandi gratia cum paucis egressus a multitudine hostium in Bruttiis i. loco Calabrie

est non proviencie circumventus eque magnum dolorem ac detrimentum sicut Graccus interitu suo patrie attulit.

Nam Octa etc. hic Octavius consul exiens dux Romanus et ... quod sit omen casu precedente hic quemadmodum timuit vitare non potuit. Et simulacro enim Apollinis per se nullo alio operam adhibente abrupto i. diviso capite ita humi i. terre infixo ut avelli i. removeri nequiret cum collega suo Cinna armis dissidens presumpsit animo ea re suum exitum significari nam cum iste Octavius cum suo collega armis dissentire pararet et illud mirabile de Apollinis capite vidisset timuit suam mortem per hoc significari in quo Octavius augurii metus et timor suum triste vite medium et sibi quod timuit evenit quia interfectus fuit eo non mortuo tamen demum dei caput immobile quod a terra removeri non potuit terra refigi i. evelli potuit.

Non sinit etc. Aristomius Eumenis non de uxore sed de concubina filius bellum gerit contra Romanos in Asia movit contra quem Crassus ... cum multorum regum auxilia a senatu missus fuit eodemque tempore reges Bithinie et Ponthi et multarum gentium aliarum ut cronica dicit pro plurimum iuvabant senatumque Romanum. Hic ergo Crassus finem miserum habuit quia ab Aristomio victus fuit quem exitum prodigia demonstrant ut hic narrat autor dicens Marcus Publius Licinius Crassus qui numerandus est inter gravissimas Romani imperii iacturas numerandus hoc loco et in hoc capitulo non sinit nos de se silentium agere quia tam fuerunt manifesta eius prodigia quod silentio transiri non debent. Unde subdit ante tantam ruinam quam rei publice attulit plurimis et evidentissimis ictibus monstrorum atque prodigiorum pulsatus quibus doceri potuit ut a bello desisteret. Nam ducturus erat exercitum a Carris civitate Assirie ut dictum est supra capitulo precedenti paragrapho penultimo i. est civitas Mesopotamie Babiloniam adversus Parthos cum quibus pugnare debebat. Ei paludamentum traditum est pullum cum exeuntibus in prelium album aut purpureum dari soleat. Nota quod paludamentum est insigne pallium ducum vel imperatorum ex concho vel purpura factum sic dictum quod eo induti palam faciunt bellum iste vero fuit datum pullum i. nigrum nam pullus dicimus a polluo ... quod pullum milites attendentes mesti et taciti cum silentio ad principium i. ad pretorium convenerant qui clamore alacri debebant accurrere. Iste fuit primum prodigium.

non cavit. nec prospicio hospitis sui Flavii insidiis ieum locum decipientis in quo Penorum dux Mago cum armata manu delituerat inermis occideret. Consulatus collegium terroris societas et par genus mortis a Tiberio Gracco ad Marcelli memoriam me trahit. Is enim captarum Siracusarum et Anibalis ante Nolana menia a se primum fugere coacti gloria inflammatus cum summo studio niteretur ut Penorum exercitum aut in Ytalia prosterneret aut Italia pelleret sollempnique sacrificio voluntates deorum exploraret que prima hostia ante foculum cecidit eius iecur sine capite inventum est prima caput iecoris duplex habuit quibus inspectis aruspex non placere sibi exta tristi vultu quia prima trunca secunda leta apparuissent respondit. Ita monitus Marcus Marcellus ne quid temere conaretur insequenti nocte speculandi gratia cum paucis egredi ausus a multitudine hostium in Bruttiis circumventus eque magnum dolorem ac detrimentum patrie interitu suo attulit. Eque Octavius consul dirum omen quem admodum timuit vitare non potuit. E simulacro enim Appollinis per se abrupto capite ita in terra fixo humi ut avelli nequiret armis cum collega suo Cinna dissidens presumpsit animo ea re significari exitum suum in quem metus augurii tristi fine vite incidit actum demum immobile dei caput terra refigi potuit.

Non sinit nos Marcus Crassus inter gravissimas Romani imperii iacturas numerandus hoc loco de se silentium agere plurimis et evidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus. Ducturus erat adversus Parthos exercitum pullum ei traditum est paludamentum cum in prelium exeuntibus album aut purpureum dari soleat.

[Interlinear glosses: M. Papirius; scilicet n. dux; latuerat occultus; consul; Marcellus; Anibalis; occisa cecidit; i. secunda; mortificata; inimicos; ita al. mutilis; quod caput non moveri ab alio; capite apollinis; removeri; iste Cinna fuit Marius multa mala fecit Rome et Romanis; Octavius; augurii; Apollinis; removeri; dux; quam rei publice attulit; prodigiorum; ut a bello desisteret; ingerit; dux; vestis]

mesti ac taciti milites ad principia convenerunt qui veteri instituto cum clamore alacri accurrere debebant. Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit. Altera egre admodum extracta in contrariam quam efferebatur partem se ipsam convertit. Magna hec prodigia set et ille clades aliquanto maiores, tot pulcherrimarum legionum excitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum romane militie decus barbarorum obtritum equitatu, optime indolis filii cruore paterni respersi oculis, corpus imperatoris inter permixtiones cadaverum strues avium ferarumque laniantibus obiectum. Vellem quidem placationis, sed quod relatum verum est. Sic dii spreti vocem pro monitis erga descunt, sic humana consilia castigantur ubi se celestibus preferunt.

Gneum et Pompeium Iupiter omnipotens abunde monuerat ne cum Gaio Cesare ultimam belli fortunam experiri contenderet. Egresso a Dirrachio adversa eius agmini fulmina iaciens, examinibus apium signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga. Sed invicte leges necessitatis pectus alioquin procul amentia remotum prodigia ista iusta extimatione perpendere non sivit. Itaque dum ille elevat auctoritatem amplissimam et opes privato fastigio excelsiores, omnia namque sacramenta ab ineunte adolescentia ad invidiam usque contraxerat, spatio unius diei confregit. Quod constat in delubris deorum sua sponte signa conversa, militarem clamorem strepitumque armorum adeo magnum Anthiochie et Ptholomaide auditum ut in muros concurreretur, sonitum timpanorum Pergami abditis delubris editum, palmam viridem Trallibus in edem victorie sub Cesaris statua inter coagmenta lapidum iuste magnitudinis elatam, quibus apparet celestium numen et Cesaris glorie favisse et Pompei errorem cohibere voluisse.

Tuas aras tuaque sanctissima templa dive Iuli veneratus oro ut
propitio ac favente numine tantorum casuum exempla sub tuo
praesidio ac tutela delitescere patiaris. Te enim accepimus eo die
quo purpurea veste velatus aurea in sella consedisti
ne maximo studio senatus exquisitum et delatum honorem
sprevisse videreris, priusquam exoptatum civium oculis conspectum
tuo offerres cultui religionis in quam mox eras transiturus vacasse
mactatoque opimo bove cor in extis non repperisse, ac responsum tibi
a Spurinna aruspice pertinere id signum ad vitam et consilium
tuum quod utraque haec corde continerentur. Erupit inde eorum parrici-
dium qui dum te hominum numero subtrahere voluerunt deorum concilio
adiecerunt. Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domesti-
ca relatio ne si ulterius romana apprehendero a celesti templo
ad privatas domos non consentaneos usus transtulisse videatur.
Attigam igitur extera quae latinis litteris insita, ut auctoritatis minus
habent, ita aliquid varietatis afferre possunt. [Graeciam contraxerat]
In exercitu Xersis quem adversus [Graeciam] provinciam equae partu
leporem editum constat, quo genere monstri tanti apparatus significatus
est eventus. Nam qui mare classibus, terram pedestri exercitu op-
eruit ut fugax animal pavido egressu regnum suum repetere coac-
tus est. Monte Atho per vias transgresso priusque Athenas
Eodem deleret Lacedemonis inardente consilium agitanti
admirabile in cena prodigium incidit. Infusum namque patere
eius vinum in sanguinem nec semel sed iterum atque tertio conversum est. Quo
viso consulti magi monuerunt ut se ab incepto proposito
abstineret, aliquod vestigium vecordi pectore sensus
fuisset, cavere potuisset ante de Leonida Spartanis habundo monitus.

Mide vero lege sic. puero mide cuius imperio frigia troye regio ulterior [illegible] subiecta dormienti formice in os eius grana tritici congesserunt parentibus de mide eius quorsum prodigium intenderet explorantibus responderunt augures futurum illum omnium mortalium ditissimum. nec vana predictio extitit. Nam midas opes et divitias pene cunctorum regum habundantia pecunie antecessit et infantie que incunabula et initia vili deorum munere donata [illegible]

Mide vero cuius imperio frigia fuit subiecta puero dormienti formice
in os grana tritici congesserunt. parentibus deinde eius quorsum prodigi
um tenderet explorantibus augures responderunt omnium illum
mortalium futurum ditissimum. non vana predicatio extitit. nam
midas cunctorum pene regum opes abundantia pecunie antecessit.
infantie que incunabula vili deorum munere donata
onustis auro atque argento gazis pensavit.

Formicis mide iure meritoque apes platonis pretule
rim. Ille enim caduce ac fragiles, apes hee solide et eterne
felicitatis indices extiterunt. dormientis in cunis parvuli labellis
mel inserendo. Qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii
suavitatem ore eius emanaturam dixerunt. Ac mihi quidem ille apes non
montem hymettum thymi flore redolentem sed musarum eliconii
colles omni genere doctrine virentes dearum instinctu depaste maxi
mo ingenio dulcissima summe eloquentie instillasse videntur alimen
ta.

De Somniis

Sed quoniam divitias mide et felicitatem platonis sompnium at
tigi referam quam certis ymaginibus multorum quies adumbra
ta sit. quem locum unde potius ordiar quam a divi augusti sacratissima memo
ria. eius medico arthorio sompnium capienti nocte quam dies inse
quitur est quo in campis philippis romani inter se exercitus concurrerunt
minerve species oborta precepit ut illum gravi morbo implicatum
moneret ne propter adversam valitudinem proximo bello non inter
esset. Quod cum cesar audisset lectica se in aciem deferri iussit.
Ubi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat ca
stra eius a bruto capta sunt. Quid igitur aliud putas quam divino
numine effectum ne destinatum iam immortalitati caput indigna
celestis spiritu fortune violentiam sentiret.

[illegible]

Augustus superioris naturalem animi omnibus rebus semper perspiciendis vigorem etiam recentis domestici metus exemplum ut Artorii somnio obtemperaret admonerat. Audiverat enim divi Iulii patris sui uxorem Calphurniam nocte quam is ultimam in terris egit in quiete vidisse multis confossum vulneribus in suo sinu iacentem somniique atrocitate vehementer exterritam rogare non destitisse ut proximo die curia se abstineret. At illum ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur senatum in quo ei parricidarum manus allate sunt adire contempsisse. Non est inter patrem et filium ulli rei comparationem fieri presertim divinitatis fastigio iunctos. Sed iam alter operibus suis aditum sibi ad celum instruxerat, alteri longus adhuc terrestrium virtutum orbis restabat. Quapropter ab hoc tantummodo pendentem mutationem status cognosci, ab illo etiam differri dii immortales voluerunt, ut alteri decus celo daretur, alterum promitteretur. Illud etiam somnium magne admirationis clarum exitus quod eadem nocte duo consules P. Decius Mus et Titus Mallius Torquatus latino bello ac periculoso gravi non procul a Vesevi montis radicibus positis castris viderunt. Utrique enim quedam per speciem quietis pronuntiavit ex altera acie imperatorem, ex altera exercitum diis manibus matrique terre deberi. Utrius autem dux copias hostium superque eas sese ipsum devovisset victoriam abiturum. Id luce prima consulibus sacrificio vel expiaturis si illud posset averti vel si certum deorum monitum visum foret exsecuturis hostiarum exta somnio congruerunt. Convenitque inter eos cuius cornu prius laborare cepisset ut is capite suo fata patrie lueret. Que neuter reformidante deposcerat. Sequitur eque ad publicam religionem pertinens somnium.

Cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium priusque pompa induceretur servum suum verberibus

Illud etiam somnium. Vigente bello latino decius et manlius torquatus consules dum ipsi essent ad bellum ambo pariter una nocte somniaverunt ...

Sequitur etc. Gratia huius est in littera clara, de quo multi fecerunt mentionem, precipue Titus Livius 2o ab urbe condita et Augustinus de civitate dei c. 24 et 4 c. 13. Ad litteram tamen intellectum unde supra in primo 2 capitulo de ludis circensibus quod sic dicebant. Fiebant namque ludi illi in Iovis honore, populo quo in circum flaminio vel in loco sacerdotum in quo tales fiebant ludi congregato, unus scelerat(us) per precium quedam familias prius per pompam inducebatur et ludus ad supplicium ductus fuit quod diis ad quorum honorem ludi fieri debebant, et ex hiis ludis placitatem querentibus, tristis velut displicuit. Propterea Tito Latino plebeio in sompnis dixerat ut ludi instaurarentur ...

Nota quod Cicero bis fuit expulsus ab urbe, primo ex inimicis per emulatores fuit relegatus in Campania, fuit etiam quod fuit proscriptus ab Antonio et in illa proscriptione turpissime iugulatus. Tullius fuit natus de quadam ... Arpina civitate, et ipse suam sedem in ... fecit domum in urbe Romana et vocata est domus Ciceronis ... ab illa domo scilicet familia quam ipse ... Et eius ... cognominatus est Cicero ... denotandum candiditatem et eloquentiam suam.

mactatus sub furca ad supplicium egisset Latino homini ex plebe iussit in quiete precepit ut consulibus diceret sibi presultorem ludis circensibus proximis non placuisse. que res nisi attenta litatione instauratione expiata esset secuturum non mediocre urbis periculum. Ille verens ne cum aliquo incommodo suo religione summum implicaret ipsum silentium egit. Evestigioque filius eius subita vi morbi correptus interiit. Ipse etiam per quietem ab eodem deo interrogatus an satis penarum magnam neglecti imperii sui pependisset. in proposito perseverans debilitate corporis solutus est. Ac tum demum ex consilio amicorum lectica ad tribunal consulum. unde ad senatum perlatus ordine toti casus sui exposito magna cunctorum admiratione recuperata membrorum firmitate pedibus domum rediit. at ne illo quidem involucrum silentio.

Inimicorum conspiratione urbe pulsus. M. Cicero cum in villa quadam campi Atinatis deversaretur is animo in sompnum profuso per loca deserta per invias regiones vagatum sibi. G. Marium consularibus ornamentis insignibus putavit obvium factum interrogantem eum quid tam tristi vultu incerto itinere ferret. Audito vero casu quo conflictabatur comprehendisse dexteram suam ac se proximo lictori in monumentum ipsi ducendum tradidisse. quod diceret ubi esset litorem status spem repositam nec aliter evenit. Nam in ede Iovis Mariana senatus consultum de reditu eius factum est.

Gaius autem Gracchi imminentis casus atrocitas palam atque aperte per quietem denuntiata. sompnio eum pressus. Tiberii Gracchi fratris effigiem vidit dicentis se nulla ratione eum vitare posse ne eo fato non periret quo ipse occidisset. Id ergo priusquam tribunatum in quo fraternum exitum habuit inveniret multi audivere. Celius etiam certus romane historie auctor sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc vivo pervenisse scribit. Vincit huiusce sompnii dirum aspectum quod insequens

[illegible]

Apud Actium M. Antonii fractis opibus Cassius Parmensis qui partes eius secutus fuerat Athenas confugit ibi concubia nocte cum sollicitudinibus et curis mente sopita in lectulo iaceret existimavit ad se venire hominem ingentis magnitudinis coloris nigri squalidum barba et capillo demisso interrogatumque quis nam esset respondisse cacodemona. Perterritus deinde tetro visu et nomine horrendo servos inclamavit sciscitatusque est si quem talis habitus aut intrantem cubiculum aut exeuntem vidissent. Quibus affirmantibus neminem illuc accessisse iterum se quieti et somno dedit, atque eadem animo eius species obversata est. Itaque fugato somno lumen intus ferri iussit puerosque a se discedere vetuit. Inter hanc noctem et supplicium capitis quo eum Cesar affecit paululum admodum temporis intercessit.

Proprioris tamen ut ita dicam lineis Atterii Rufi equitis romani in somnis certo eventu admonitio est. Qui cum gladiatorum munus Siracusis ederetur inter quietem e retiarii se manu confodi vidit idque postero die in spectaculo consessoribus narravit. Incidit deinde ut proximo ab equite loco retiarius cum murmillione introduceretur. Cuius cum faciem vidisset dixit ab illo retiario se trucidari putasse protinusque inde discedere voluit. Illi sermone suo metu eius discusso causam exitii misero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulso murmillone et abiecto dum iacentem ferire conatur traiectum gladio Atterium interemit | ut detestandorum romano sanguini ita certe

Annibalis quoque praedicationis somnium cuius non vigilie tantum sed etiam quies hostilis imperio nostro fuit. Hausit enim proposito atque votis suis convenientes ymagines existimavitque missum a Iove mortali specie excelsiorem iuvenem invadende Ytalie ducem. Cuius monitu primo vestigia illam in partem secutus oculis.

In nubibus etc. Hec hystoria aliter in alexandro narratur. de namque ubi fabulose fuit uel eidice quod alexander in arbore solis et lune monte ascendens audiuit ab ipsis de sua morte responsum, a quibus cum suum interfectorem deposceret, dixerunt quod si interfectorem suum sibi panderent ipsorum carmina fallerent. hic autem aliter ponens Val. dicit. Quam bene alexander macedonie rex uisa ymagine per quietem i. in sompno premonitus erat ut diligentior uite sue custos esset si cum consilio cauendi periculi fortuna instruere uoluisset. q. d. ualde fuit premonitus si fortuna ipsum instruere uoluisset. deinde subdit sompnium

Efficax etc. litera huius hystorie satis est clara nec [illegible] extendi. Nota tamen quod cresus iste rex fuit lidorum a quo [illegible] uocatur originem ut dictum est supra c. p. paragrafo de quo creso dicit Boec. libro 2o de Consolatione in fortune persona loquens nesciebas cresum regem lidorum paulo ante formidabilem [illegible]. Nam pugnaturus contra persas deum consuluit apollinem qui sic rendit. cresus perdes alim transgressus maxima regna.

humani generis prona uoluntate uetita scrutandi pone respiciens animaduertit immense magnitudinis serpentem concitatae impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem. postque eam magno celi fragore erumpentes nimbos lucemque caliginosis inuolutam tenebris. attonitus deinde quid nam esset monstri, et quid portenderet interrogauit. hic dux ytalie uastitatem inquid uides, proinde silentio cetera tacitus permitte fatis.

Quam bene macedonie rex alexander per quietem uisa ymagine premonitus erat ut uite sue custos esset diligentior, sicut cauendi et periculi consilio fortuna instruere uoluisset. Namque cassandri pestiferam sibi dexteram sompnio prius cognouit quam exitu sensit. Existimauit enim ab illo se interfici cum eum numquam uidisset. Interposito deinde tempore postquam in conspectu uenit nocturni metus patefactam ymaginem, antipatri filium esse cognouit adiecto uersu greco qui fidem somnii eleuat, preparati iam adminiculo capitis sui ueneficii, quo occidisse cassandri manu creditur, suspitionem animo

Longe indulgentius dii in poeta symonide cuius salutarem interquietem admonitionem consilii firmitate roborarunt. Is enim cum ad litus nauem appulisset inhumatumque corpus iacens sepulture mandasset, admonitus ab eo ne proximo die nauigaret in terra remansit. Qui inde soluerant fluctibus et procellis in conspectu eius obruti sunt. Ipse letatus est quod uitam suam sompnio quam naui credere maluisset. Memor autem beneficii elegantissimo carmine eternitati consecrauit. Melius illi a diuturniorem in animis hominum sepulcrum constituens quam in desertis et ignotis harenis struxerat.

Efficax illa quietis ymago que cresi regis animum maximo primum metu deinde et dolore confecit. Nam e duobus filiis ingenii agilitate et corporis dotibus prestantiorem, imperiique successioni destinatum, atim existimauit ferro esse ereptum. Itaque quicquid ad uitandam denuntiati doloris acerbitatem pertinebat nulla ex parte cura patris omisit.

longe etc. Simonides poeta egre uadens cum nauis in qua erat appulisset ad litus et corpus inhumatum iacens inuenisset sepulture mandauit et beneficio is cui sepultura fuit mortuus nocte sibi in sompnis apparuit cumque ne proximo die nauigaret monuit qui sompnio parens in terra remansit. illi uero qui inde soluerant nauigantes in eius aspectu procellis et fluctibus oborti sunt et suffocati. Et ipse letatus est quod uitam suo sompnio quam naui credere maluisset. Et quia gratus uoluit esse memor beneficii carmine elegantissimo sic bene faciebat eternitati ipsum beneficium consecrauit. Nam scriptura eterna dicitur pro eo quod numquam deficit. Et quod melius illi mortuo et diuturnius sepulcrum in animis hominum constituens quam in arenis litoris maris desertis et ignotis struxerat. [illegible] Val. hoc sompnium ad precedens dicit quod dii longe indulgentius in poeta simonide egerunt quam in alexandro. cuius inter quietem i. sompnium salutarem admonitionem consilii firmitate roborarunt.

Nota quod quando dicit diligentior custos, fuit alexander in hoc negligens uite sue, sed alias fuit diligens et per sompnium curauit salutem aliorum et nesciuit curare sibi. Alexander cum pugnaret contra [illegible] multi ex militibus suis fuerunt uulnerati sagittis inter quos fuit uulneratus ptholomeus princeps suus, et cum alexander dormiret apparuit sibi quidam serpens apportans quamdam herbam in ore dicendo illam esse bonam pro uulneribus suorum et docuit ubi eam inueniret. qui alexander iuit et inuenit et curauit uulnera ptholomei et aliorum et sanati ptholomeus et alii liberati fuerunt. unde ipse fuit diligens pro aliis et non pro se sicut nunc patet.

lore dedit. Cumque enim aper ingentis magnitudinis crebra strage agrestium et agricolarum montis olimpi culta uastaret et inusitato malo regum imploratum esset auxilium, filius precibus nomine athis extorsit uiolentia obtinuit ut ad eum aprum opprimendum mitteretur a patre, sed eo quidem facilius hoc obtinuit quia circa dentes eius ferales ut apri sed ferri metu reponebatur. nam sompniauerat sibi uero non dente [illegible]. Ue et dum acri studio interficiendi eum omnes fuerunt intenti causa imminentis uiolentie pertinacia telum petendi ferri missum in eum uersus filium regis retorsit. Et quidem casus iste tam potissimum dexteram crimine nefarie cedis aspergi uoluit cui cu[illegible]

tiae cladis acerbitatem pertinebat, nulla ex parte patria cura cessavit advertere. Solitus erat iuvenis ad bella gerenda mitti: domi retentus est. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum: id amoveri iussit. Gladio cinctis comitibus utebatur: vetiti sunt propius accedere. Necessitas tamen additum luctum dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper Olimpi montis culta crebra cum agrestium strage vastaret, inusitato quoque malo regium imploratum est auxilium. Filius a patre extorsit ut ad eum opprimendum mitteretur. Eo quidem facilius quod non dentis sed ferri sevitiam in metu reponebat. Verum dum acri studio interficiendi suem omnes sunt intenti, pertinax casus imminentis violentie lanceam petende fere gratia missam in eum detorsit. Et quidem eam potissimum dextram nephariae cedis crimine voluit aspergi cui tutela filii a patre mandata erat. Quamque cedes impudentis homicidii sanguine violatam hospitales iterum deos sacrificio expiaverat.

Ne Cyrus quidem superior invicte fatorum necessitatis parvulum argumentum est. Cuius ortum ad imperium totius Asye spectantis maternus avus Astiages duos prenuntios somniorum frustra discutere temptavit. Mandanen filiam suam quam in quiete viderat urina eius omnes Asiaticas gentes inundasse non Medorum excellentissimo ne in eius familiam regni decus transferretur sed Persae modice fortune viro collocando natumque Cyrum exponi iubendo, quia similiter quietis temporibus extimuerat genitali parte Mandanes natam vitem eousque crevisse donec cunctas dominationis sue partes inumbraret. Frustratus est enim seipse nepoti felicitatem celestium iudicio destinatam hu-

Item privatum autem habitum manis consiliis impedire conando.

Dyonisio Siracusano adhuc se continente, Hymera quedam non obscuri generis femina inter quietem opinione sua celum conscendit atque ibi deorum omnium lustratis sedibus animadvertit prevalentem virum flavum coloris lentiginosi oris, feris catheniis vinctum Iovis solio pedibusque subiectum. Interrogatoque iuvene

Nec me preterit de voce et motu deorum immortalium humanis oculis auribusque percepto quam in ancipiti opinione estimatio versetur, sed quia non nova dicuntur sed tradita repetuntur, fidem auctores vendicent. Nostrum sit inclitis litterarum monumentis consecrata perinde ac vana non refugisse. Sacri mihi noce urbis e qua primordia civitas nostra traxit, Divum Julium fausta proles esse nobis offert. Quem C. Cassius nunquam sine prefatione publici patricidij nominandus, cum acie philippensi ardentissimo animo prestaret, vidit humano habitu augustiorem purpureo paludamento amictum, cesarem minaci vultu et concitato equo in se impetum facientem. Quo aspectu perterritus tergum hosti dedit voce illa prius emissa: Quid enim amplius agas, si occidisse parum est? Non occideras tu quidem, Cassi, Cesarem, neque enim extingui ulla divinitas potest; sed mortali adhuc corpore utentem violando meruisti ut tam infestum haberes deum.

Iam Lucii Lentulus litus prenavigans, in quo Gnei Pompeij magni perfidia Ptolomei regis interempti corpus concise scaphe lignis comburebatur, ignarus casus eius, cum ipsi fortune erubescendum rogum vidisset, militibus dixit: Quid scimus an in hac flamma Gneus Pompeius crematur? Divinitus missi vocis miraculum est. Atque hoc quidem hominis fuit casu.

Illud tamen ore Apollinis editum quo Appij interitus eventura Phocice vaticinationis fides precucurrit. Is bello civili quo se Gnei Pompeij a Cesaris concordia pestifera nec rei publice utili consilio abrupat, eventum gravissimi motus explorare cupiens viribus imperij (namque Achaye preerat) antistitem Delphice cortine in intimam sacri specus partem descendere coegit, unde ut certe consulentibus sortes petuntur, ita nimium divini spiritus haustus reddentibus pestifer existit. Igitur impulsu capti numinis instincta virgo

cortine. Cortina dicitur pannus dividens ea que secretiora tenentur in templo. Sacerdotem quod intima et secretorum custode in intima parte sacri specus descendere coegit. Dicitur autem specus antrum spelunca fovea et cavea. Stat autem hic pro loco interiori et secreto templi sub terra loca secrete locutionis descendere coegit et narrant.

In precedenti miraculo facit mentionem de dijs troyanorum de quibus nonnulli diversificantur auctores. Sic et ipse facit et mentionem de motu et voce deorum, relatore eo tamquam tacite opponens excusat se de tam levi narratione et secundo confirmat se ad dicenda. Sed quia et cetera. Dicit ergo primus sensus dictum sit de troyanorum deorum miraculo non me tamen preterit quam ancipiti id est dubia opinione et cetera. Sed quia non nova et cetera. Confirmat se ad dicenda secunda excusando dicit. Sed quia non nova et cetera.

Ostendit hic Appij mortem miraculose predictam que continet hanc summam. Iste Appius ... sine discordia inter cesarem et pompeium ... apollinem consulens ... ibi de ... illo bello ... talem premiacam obtinebis ... ibide morbo consul... cam sepulturam obtinuit ... et de cortina quod apollinis ... corio phitonis tecta est ... Dicto predes ... delphica ... apollinis delphici erant tripodes ... Phebades vaticinabantur.

existit et cetera quamvis recipienti spiritum apollinis est magna anxietas ... spiritu recedente remanet ... pestifer

Atque hoc quidem hominis fuit casu ... hoc fuit deum divinitus ... vocem hominis

Lucan⁹ alloquens sibilla appio dicit
effigies ingentes tanti discriminis expers
bellorum romane minas solusque quiete
euboica vasti lateris conualle teneberis

horrendo sono uocis apollo inter obscuras uerborum ambages fata canit. nichil enim inquit ad te hoc romane belli euboe cellas obtinebis. at is ratus consiliis se apollinis moneri ne illi discrimini interesset in eam regionem secessit que inter ramnuntam nobilem athici soli partem caristumque a calcidico freto uicinam interiacens celle euboe nomen obtinet. ubi ante pharsalicum certamen morbo consumptus predictum a deo locum sepulture possedit.

Possunt et illa miraculorum loco poni quod deusto saliorum sacrario nichil in eo preter lituum romuli integrum repertum est. quod seruii tullii statua cum edes fortune flagrasset inuiolata permansit. quod claudie statua in uestibulo templi matris deum posita bis ea de incendio consumpta prius nasica primo scipione et L. bestia iterum M. seruilio et L. lamia consulibus in sua basi flammis intacta stetit.

Aliquid admirationis ciuitati nostre attilius et auiole rogus attulit. qui et a medicis et a domesticis mortuus creditus cum aliquam diu humi iacuisset elatus postquam corpus eius ignis corripuit uiuere se proclamauit. auxilium que pedagogi sui (nam solus ibi remanserat) inuocauit. sed iam flammis circumdatus fato subtrahi non potuit.

Vado quoque lamie pretorio uiro eque uocem fuisse super rogum constitutum. que minus admirabilia fecerit heris pamphili factus casus. quem plato scribit inter eos qui in acie ceciderant decem diebus iacuisse biduoque postquam inde sublatus est impositum rogo reuixisse ac mira quedam tempore mortis uisa narrasse.

Et quoniam ad externa transgressi sumus quidam atheniensis uir eruditissimus cum ictum lapidis capite excepisset cetera omnia tenacissima memoria retinens litterarum tantum quibus precipue inseruierat oblitus est. dirum malignum quod uulneris in animo percussi qui de industria scrutatis sensibus in eum potissime quo maxime delectabatur ex acerbitate nocendi erupit singularem doctrinam hominis pleno inuidie funere efferendo. Cui si talibus studiis perfrui non erat utile aliquanto satius fuit ad illa aditum non impetrasse quam iam percepta eorum dulcedine caruisse. miserabilior tamen sequentis casus narratio.

Nausimenis enim atheniensis uxor cum filii ac filie sue stuprum intuitus esset inopinati monstri perculsa conspectu et in presens tempus ad indignandum et in posterum ad loquendum obmutuit. illi nefarium concubitum uoluntaria morte pensauerunt. se inficiendo uel ex dolore moriendo. ipse in fortuna seuiens huic uocem ademit. thyrsis uitam illi propitia donat.

Possunt et c. ponit autor multa miracula hic narrando precepta. lege sic et illa que sequuntur

Aliquid admirationis c. ... mortuus a medicis reputatus cum a propinquis rogo impositus esset mox rediuiuus ... pedagogus ... flammis ... auxilium inuocauit ... flammis eripi non potuit lege sic rogus

Que minus c. hic prosequitur miraculum quod uidetur esse tam grande ut supra narrata minus mirabilia faciat ... phereus pamphili.

Omnia hec describit plato ... in libro decimo ut dicit macrobius super sompnium scipionis ... ponit hystoriam ... ille ... pamphilus miles ... in uulneribus ... die ... rogo ... omnia ... fabula ... a platone ... quidam ... sompnium ... fortuna ... fuisse gesta

hic tangit dictum regale ... que regalis potestas ... uirgilius in eneide ... ben ...

hic autor dicit ... miraculum simile ... Sed ... ponit ... inuit ...

hic exclamat Val. ... quod dirum ... ponit quoddam ... in eo percussi

miserabilior c. lege sic narrancio ... casus miserabilior est nausimenis

Et quoniam c. ... percussus lapide philosophus quidam ... memoriam litterarum tantum ... quod pro miraculo ... Val. ... exclamans ...

Nausimenis. appellat autem hoc ... ualerius monstrum ... monstrum quod ex ... eo quod ... hoc ... est ... sororem cognoscere ... filius et filia ... uoluntaria

Acheres sam̄ athleta mut' cū ei uictorie quaz adept' erat titulus et
premiuz eripetur indignatōe accens' uocalis euasit.

Gorgie q̄ epirote fortis et clari uiri exitio qui in funere matris sue
utero elaps' inopinato uagitu suo lectum ferentes sistere coegit
nouumq̄ spectaculum patrie prebuit. nō tm̄ ex ipo genitricis rogo
lucem et cunas assecut'. eodem eni momento temporis altera ia functa
fato parit alt' an elatus q̄ nat' est.

Diuine fortune uulni' fedreo iasoni quidaz exitij causa intulit. nā
cum inter insidias gladio eum percussisset uomitamq̄ a nullo medicorum sa
nari potat ita erup̄ ut hominem pestifero malo liberaret.

Que dijs dijs imortalibus accept' Simonides et salus ab eminenti
exitio defensa ruine q̄ subtracta est. Cenanti eni ap̄ Scopham in Cranona
na quod est opidum in Thesalia nunciatum duos iuuenes ad ianuam
uenisse magnope rogantes ut ad eos continuo prodiret. ad quos
egressus neminem repperit ibi. ceterum eo momento temporis ~~triclinium aliud~~
triclinium in quo Scophas epulabatur collapsum et ipm̄ et omnes
conuiuas oppressit. quid hac felicitate locupletius? quaz nec mare nec
terra seuiens extinguere ualuit.

Non inuiti huic subnecto Dophantem nequis ignoraret qntu infli
cem exitum cecinisse deorum laudes et num obtrectasse. huic cui ei studij eet oll
cui professores sophiste uocitantur. inepte et mordacis opinationis apo
llinem delphis irridendi causa consuluit. an equum inuenire posset cū omnino nullum
habuisset. et ex oraclo reddita uox e inuenturum equum sut eo perturbat'
periret. Inde cū iocabundus quasi delusa sacrarum sortium fide reuerte
tur incidit in regem Attalum sepe nuo a se contumeliosis dictis lace
ssitum eiusq̄ iussu saxo cui nomen erat equi precipitat' ad deos usq̄ ca
uillandos dementie iusta supplicia pependit.

Eodem miraculo macedonum rex Philipp' admonit' ut a quadrige
uiolentia salutem suam custodiret toto regno disiungi curr' iussit. eum
q̄ locum qui in Beotia quadriga uocatur semper uitauit. Nec tamen de
nuntiatum periculi genus effugit. Nam Pausanias in capulo gladij quo
eum occidit quadrigam habuit celatam. q̄ tam pertinax necessitas i patris filio
alexandro consimilis apparuit.

Mitridatis. In precepta dicit aliud monstrum filie regis Mitridatis quod cedebat sibi ad deformitatem. Hystoria. Mitridates rex Ponti habuit filiam nomine Drypetinam, que habuit duplicem ordinem dentium. Ista filia ... patrem suum fugientem Pompeium per longa spatia terrarum. Laodice non ista sed uxor Mitridatis fuit mater ... que peperit filiam istam absente uiro suo Mitridate et illo redeunte inter gratulationes parabat sibi uenenum. Mitridates hoc presentiens ipsam necauit cum omnibus adulteris. Nec est mirum si ista filia fuit monstruosa cum pater fuerit tot monstruosus quia anno quo natus est ... apparuit cometa ita mirabilis quod uidebatur occupare medietatem celi et claritas sua uidebatur extinguere claritatem solis. Iste Mitridates remansit pupillus mortuo patre ... calliditate et astutia euasit et ita assuefecit uitam suam ueneno quod quando capta ... sua uoluit ueneno perire non potuit ...

Siquidem Callanus indus sua sponte se ardenti rogo subiectus interpellat ab
eo quid aut mandaret aut dicere vellet. breui te inquit uideo. Nec id si
ne causa quoniam uoluntarium eius excessum rapida mors alexandri subsecuta est.

Regio infinitus magnitudine miraculi remigis casus equat, qui in despectu
litore tyriorum sentinam hauriens cum e naui fluctu abreptus alto latere
repercussus contrarius fluctus in nauem retulit. Itaque mixti simul ac felicis co
ploratio permixta fuit gratulatio. Quid illa non ne ludibria ne in corporibus
humanis credenda sunt. Tolerabilia quidem quia fortuna variavit. ceterum ipsi
miraculis annumeranda.

Nam et prusias regis prusie filius eodem nomine quo pater pro superio
re ordine dentium unum os equaliter extensum habuit. nec ad speciem
deforme nec ad usum ulla ex parte incommodum. Mitridatis uero re
gis filia drypetine laodicee regina nata duplici ordine dentium deformi
admodum comes fuge patris a pompeio deuicti fuit. Nec illi quidem par
ue admirationis oculi quem constat tam certa acie luminosum esse ut a lilibeo
portu cartaginensium egredientes classes intueretur. Oculis cessit
admirabili aristomenis messenii cor quod athenienses ob nimiam
calliditatem exectum pilis refertum inuoluerunt cum aliquotiens captum et astu
ita elapsum. Et poeta antipater sidonius omnibus annis uno tantum die quo
genitus erat febri implicabatur cumque ad etatem ultimam peruenisset
natali suo certo illo circuitu morbi absumptus est.

Hoc loco aperte referendum polistratum et ypoclidem philosophos eodem
die natos eiusdem preceptoris epicuri sectam secutos patrimonii et possidendi
alende (alia littera quasi familie) quoque scole communione iunctos eodemque momento
temporis ultima senectute extinctos.

Tantam equalem fortune paritatem atque societatem quis non ipsi celestis
concordie sinu genitam nutritam atque finitam putet. Quam hoc quod po
tissimum aut in liberis potentissimorum regum aut in rege clarissimo aut
in uate ingenii florentis aut in uiris eruditissimis aut in forte fortis
ignote. Ipsa quidem omnis bone male que artifex rerum natura
reddiderit. Adeo magis quod qui ita siluestres capreas erecte genitas tanto opere di
lexit quas sagittis oppressas ad salutare auxilium herbe diptamni tamen non

Aut qua pr̄ etc. hic Val. dicit monstrum cineris uni(?) altaris in templo iunonis lacinie q̄ Crotona erat cum altare sup quo remanebat omnibus ex sacrificio stabant immotes quoq̄ uento flante. Templu lacinie denominatum est ab illo latrone lacinio. Lacinij quidā latro magnus et in calabria qui ab Ercule occisus templo eiudem in Iunonis honore ... nomen exhibuit. Aug. adduc aliud ex dicens q̄ lampas ... sub dyo .i. sub aere et assigit tales ...

... suis manib deducit/effic q̄ ut recepta ea primo tela et iam ueneni uulnibz respuat. Aut i cephalania insula cū om̄ ubiq̄ pecora usu aque cotidie recreentur in ea fecudis maiore ex pte anni ore aperto ex alto uentos recipientes/ sitim suaz sedare instituerit. Aut quare crotone in teplo iunois lacinie araz ān oēs uentos i moli cinere donauit. / Vl q̄ al taz i macedonia alteraz in caleno agro aquaz pctates uini qua hoīes inebrientur/ possidere noluit.

Non admiratoē ista s̄ memoria prosequi debem̄ cu sciam recte ab ea plimuz licētie uindicari penes qua infinit cuncta gingendi labor consistit. Eo que q̄ sup usitatū rez excedentia attigim. / Serpentis q̄ a titolivio curiose pariter ac facunde relata fiat mentio. Is ē aut / Africa ap̄ bragadaz flumi tante magnitudis aguez fuisse/ ut attilij reguli e citus amnis usu prohiberet. multisq̄ militib igenti ore correptis compluribz caude uolumis elisis et telorz iactu perforari nequiret. / Ad ultimu ba listaz tormētis undiq̄ petita silicuz crebris et ponderosis uerberib pro cubuisse/ omibusq̄ cohortib legionib ipa cartagine uisaz terribiliorez atq̄ et cruore suo gurgitibz imbutis corporisq̄ iacentis pestifero afflatu uicina regiōe polluta/ romana inde submouisse castra. Belue corium cetus et uiginti pedum in urbem missum.

Explicit primus liber Val. romani. Incipit Scdus

Capla scdi libri — Capla pmi libri

Capla scdi libri	Capla pmi libri
De institutis antiquis.	De religioē.
De disciplina militari	De neglecta religiōe.
De iure triumphandi	De ominibus.
De censoria nota	De prodigys.
De maiestate.	De sopnys.
	De miraculis.

Incipit Secund liber z pº d institutis antiquis.

· Series regu romanoz.

Romulus.	Tulli hostili	Tarquin psc	Tarquin superb
Nūma popili	Marc anch	Tulli Servili	

Primus liber continet capitula vi. et paragrafos c. xiiij. ...

Dives et potens etc. Postquam Valerius in primo libro posuit ea quibus ad cultum divinum et humanum [illegible] in isto secundo agit [illegible] [illegible]

[illegible]

De institutis antiquis capitulum primum

Dives et potens nature regnum scrutatis initiis stilum tam nostre urbis quam ceterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. opus enim est cognosci huiusce vite quam sub optimo principe felicem agimus quenam fuerint elementa ut eorum quoque respectus aliquid presentibus moribus prosit.

Paragraphus i.

Apud antiquos non solum publice sed et privatim nichil agebatur nisi auspicio prius sumpto. quo ex more nuptiis etiam nunc auspices interponuntur qui quamvis auspicia petere desierint ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpantur.

Paragraphus ii.

Femine cum viris cubantibus sedentes cenitabant. que consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit. Nam Iovis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerva in sellas ad cenam invitabantur. quod genus severitatis etas nostra diligentius in capitolio quam in suis domibus servat. videlicet quia magis ad rem pertinet dearum quam mulierum disciplinam contineri.

Paragraphus iii.

Que uno contente matrimonio fuerant corona pudicitie honorabantur. existimabant enim eum precipue sincera fide incorruptum esse animum qui post deposite virginitatis cubile in publicum egredi nesciret. multorum matrimoniorum experientiam quasi legitime cuiusdam intemperantie signum esse credentes.

Paragraphus iiii.

Repudium inter uxorem et virum a condita urbe usque ad vicesimum et quingentesimum annum nullum intercessit. primus autem Spurius Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit. qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur reprehensione tamen non caruit quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei preponi debuisse arbitrabantur. Sed quo matronale decus verecundie munimento tutius esset in ius vocanti matronam corpus eius attingere non permiserunt ut inviolata manus aliene tactu stola relinqueretur.

Apud antiquos etc. hic ... prosequitur tractatum ... [illegible]

[illegible]

Vini usus olim romanis feminis ignotus fuit ne scilicet in aliquod de-
decus prolaberentur quia proximus a libero patre intemperantie gradus
ad inconcessam venerem esse consuevit. Ceterum ut non tristis earum et
horrida pudicitia sed etiam honesto comitatis genere temperata
esset indulgentibus namque maritis et auro habundanti et multa pur-
pura usi sunt quo formam suam concinniorem efficerent summa cum dilig-
entia capillos cinere rutilabant nulli enim tunc subsessorum alienorum
matrimoniorum oculi metuebantur sed pariter videre sancte et aspici
mutuo pudore custodiebatur. Quotiens vero inter virum et uxorem
aliquid iurgii intercesserat in sacellum dee viriplace quod est
in palatio veniebant et ibi invicem locuti que voluerant conten-
tione animorum deposita concordes revertebantur. Dea nomen hoc a pla-
candis viris fertur assecuta veneranda quidem et nescio an pre-
cipuis et exquisitis sacrificiis colenda utpote quotidiane et do-
mestice pacis custos que pari iugo caritatis ipsa sui appella-
tione virorum maiestati debitum a feminis reddens honorem. Huiusmodi
inter coniuges verecundia quid inter ceteras necessitudines nonne appa-
ret spontanea namque minimo inditio maximam vim eius signifi-
cem aliquamdiu nec pater cum filio pubere nec socer cum genero lavaba-
tur. Manifestum igitur est tantum religionis sanguini et affinitati quantum
ipsis diis immortalibus tributum quia inter ista tam sacra vincla non
magis quam in aliquo loco sacro nudari fas esse crederetur.

Convivium etiam sollempne maiores instituerunt idque caristiam
appellaverunt cui preter cognatos et affines nemo interpone-
batur ut si qua inter necessarias personas querela esset orta apud sa-
cra mense et inter hilaritatem animorum et fautoribus concordie adhibitis tolleretur.

Senectuti iuventus ita cumulatum et circumspectum honorem redde-
bat tamquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quo-
circa iuvenes senatus die utique aliquem ex patribus conscriptis
aut propinquum aut paternum amicum ad curiam ducebant affixi-
que valvis expectabant donec reducendi etiam officio fungerentur

qua quidem voluntaria statione corpora animosque ad publica officia impigre sustinenda roborabant brevique processu more et in luce virtutum suarum verecundie laboris meditatori.

Invitati ad cenam diligenter querebant qui ei convivio essent interfuturi ne senioris adventum discubitu preirent, sublata que mensa priores consurgere et abire patiebantur, ex quibus apparet cene quoque tempore quam parco atque modesto sermone hys presentibus soliti sint uti.

Maiores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant quo ad ea imitanda iuventutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid utilius certamine? pubertas canis suum decus reddebat, defluxura etas ingredientes actuosam vitam favoris nutrimentis prosequebatur. quas athenas, quam scolam, que alienigena studia huic domestice discipline pretulerim? Inde oriebantur camilli scipiones fabricii marcelli fabii. At ne singula imperii nostri lumina simul percurrendo sim longior, inde inquam celi clarissima pars, divi fulserunt cesares.

Adeo autem magna caritate patrie tenebantur, ut archana consilia patrum conscriptorum multis seculis nemo senator enuntiaverit. Quintus fabius maximus tantum et is per imprudentiam de tertio bello punico indicendo quod secreto in curia erat actum, paulo crasso rus petens domum revertenti in itinere narravit memor eum triennio ante questorem factum, ignarus nondum a censoribus in ordinem senatorum allectum, quo uno modo etiam qui iam honores gesserant aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honestus error fabii vehementer tamen a consulibus obiurgatus est. numquam enim taciturnitatem optimum ac tuti

tissimum

ssimum administrandarum rerum uinculum labefactari uolebant.

Ergo cum asie eumenes amantissimus nostre urbis bellum a perse aduersus populum romanum comparari nuntiasset non ante sciri potuit quid aut ille locutus esset aut patres respondissent quam captum persem cognitum est. Fidum erat et altum rei publice pectus curia silentiique salubritate munitum et uallatum undique cuius limen intrantes abiecta priuata caritate publicam induebant. Itaque non dicam unum sed neminem audisse crederes quod tam multorum auribus fuerat commissum.

Magistratus uero prisci quanto opere suam populique romani maiestatem retinentes se gesserint hinc cognosci potest quod inter cetera obtinende grauitatis indicia illud quoque magna cum perseuerantia custodiebant ne grecis umquam nisi latine responsa darent. Quin etiam ipsa lingue uolubilitate qua plurimum ualent excussa per interpretem loqui cogebant non in urbe tantum nostra sed in grecia et asia quo scilicet latine uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrine sed nulla in re pallium toge subici debere arbitrabantur indignum esse existimantes illecebris et suauitati litterarum imperii pondus et auctoritatem donari.

Qua propter non es dampnandus rustici rigoris crimine G. Mari qui gemina lauru coronatam senectutem tuam numidicis et germanicis illustrem trophaeis uictor deuicte gentis facundia politiorem fieri noluisti. Credo ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus seruus transfuga existeres.

Quis ergo huic consuetudini qua nunc grecis actionibus aures curie exurdantur ianuam patefecit. Ut opinor molo rethor qui studia M. ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem non immerito cepit quoniam summam uim romane eloquentie adiuuerat. Conspicue felicitatis arpinas siue litterarum

Credo [illegible] o Gay mari te fecisse quod noluisti memorari a grecis in suis descriptionibus [illegible]

gloriosissimos contemptores, sive abundantissimo fonte intueri velis.
Maxima autem diligentia maiores hunc morem retinuerunt,
ne quis se inter consulem et proximum lictorem, quamvis officii ca-
usa una progrederetur, interponeret. Filio dumtaxat et ei puero
ante patrem consulem ambulandi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter
retentus est, ut Q. Fabius Maximus quinquies consul, vir et iam pride
tissime auctoritatis et tunc ultime senectutis, a filio consule
invitatus ut inter se et lictorem incederet, ne hostium Samnitium turba, ad quorum
colloquium descendebant, eliderentur, facere id noluit.
Idem a senatu legatus ad filium consulem Suessam missus, postquam audi-
vit eum ad officium suum ex menia oppidi processisse, indignatus quod
ex XI lictoribus nemo se equo descendere iussisset, plenus ire sedere
perseveravit. Quod cum filius sensisset, primo lictori ut sibi appareret imperavit.
Cuius voci continuo Fabius obsecutus "non ego" inquit "fili, summum impe-
rium tuum contempsi, sed experiri volui an scires consulem agere. Nec ignoro
quid patrie venerationi debeatur, verum publica instituta privata pi-
etate potiora iudico."
Relatis Q. Fabii laudibus offerunt se mirifice constantie viri
legati a senatu Tarentum ad res petendas missi. Cum gravissimas ibi
iniurias accepissent, unus etiam urina respersus esset, in theatrum, ut est
consuetudo Grecie, introducti legationem quam acceperant peregerunt,
ubi his que passi erant questi non sunt, ne quid ultra quam mandatum
erat loquerentur, intusque pectoribus eorum antiqui moris respectus
dolore qui ex contumelia gravissimus sentitur convelli non potuit. Fi-
nem profecto fruendarum opum quibus ad invidiam diu abundaverat
Tarentina civitas quesisti. Nam dum horride virtutis intempestive
compositam stabilitatem nitore fortune presentis inflata fastidio
existimas, in prevalidum imperii nostri mucronem ceca et amens irruisti.
Sed ut a luxu perditis moribus ad severissima maiorum in-
stituta transgrediar, antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat

qui hodie senatulum appellatur. non expectabat ut edicto contraheretur sed in
citatus protinus in curiam veniebat ambigue laudis civem existimans
qui debitis rei publice officiis non sua sponte sed iussus fungeretur. quia quidquid
imperio cogitur exigenti magis quam prestanti acceptum refertur.

Illud quoque memoria repetendum est quod tribunis plebis intrare curiam non
licebat. ante valvas autem positis subselliis decreta patrum attentissima
cura examinabant ut si qua ex eis improbassent rata esse non si
nerent. Itaque veteribus senatus consultis T. littera subscribi solebat. ea
que nota significabatur illa tribunos quoque censuisse. qui quamvis pro
commodis plebis excubabant imperiisque compescendis occupa
ti erant in usum tamen ea argenteis vasis et anulis aureis pu
blicis prebitis patiebantur quo talium rerum usu auctoritas esset orna
tior. Quorum quemadmodum maiestas amplificabatur ita abstinen
tia arctissime constringebatur. Immolatarum enim hostiarum exta ad
questores eorum delata veniebant. sacrificiisque patrum tamen deorum
immortalium cultus tamen etiam hominum continentia meat. imperatoribus nostris
quantas manus habere deberent apud ista altaria discentibus. contine
ntia quantum tribuebat ut militorum esset alienum quam provincias sine
admittere et a senatu persolutum sit. Nam quorum opera publicam au
ctoritatem splendorem suum procul obtinuisse viderant. eorum dignitatem
tate domi collabi indignum sibi quam deforme esse arbitrabantur.

Equestris vero ordinis iuventus omnibus annis bis urbem spectaculo sui
sub magnis auctoribus celebrabat. lupercalium enim mos a romulo et remo
inchoatus est tunc cum letitia exultantes quod his avus numitor rex alba
norum eo loco ubi educati erant urbem condere permisit sub monte pala
tino ortatu faustuli educatoris sui que euander arcas consecraverat.
facto enim sacrificio cesisque capris epularum hilaritate et vino largiore pro
vecti divisa pastorali turba cincti ovinis pellibus immolatarum hosti
arum iocantes petuerunt. cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum
repetitur. trabeatos vero equites idibus iulii quintus fabius traducendi in
stituit. Idem censor cum publio decio seditionis finiende gratia quia

Idem censor ... non ad plurimum intellectum quod magistratus ... dignitates magistratum in tantum devenerunt ut ... ut ... vel ... sed rumor ... ad illos qua de causa multitudo in populo oriebatur seditio. quod iste Fabius removit. quod tangens auctor dicit: Idem Fabius censor ... quid sit censor ... lege libro primo capitulo secundo ... Herculis

... in ... discordia ... sopita ... fide sincera ad rem publicam ...

comitia in humillimi generis potestatem redacta attenderant eorum forensem
turbam in quatuor tantum tribubus descripsit, easque urbanas ap-
pellavit. quo tam salubri facto vir alioquin in bellicis rebus excellens
Maximus cognominatus est.

Laudanda etiam populi verecundia est, qui impigre se laboribus et periculis
offerendo dabat operam ne imperatoribus capite censos sacramento rogare
esset necesse, quorum nimia inopia suspecta erat. Ideoque hys publica arma
non committebat. Sed hanc diutina usurpatione formatam consuetudinem
Gaius Marius capite censum legendo militem abrupit, civis alioquin magni-
ficus, sed novitatis sue conscia vetustati non sane propitius memorque se, si mili-
tia ignava humilitate sperneretur, a malignis virtutum
interpretibus velut capite censum imperatorem appellatum iri. Itaque fasti-
diosum delectum genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne
tali note contagio ad ipsum quoque gloriae sugillatorum penetraret.

Armorum tractandorum meditatio a P. Rutilio consule Gaio Mallio
collega militibus est tradita. Is enim nullius ante se imperatoris ex-
emplum secutus ex ludo G. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum arcessitis
vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legionibus ingeneravit,
virtutemque arti et rursus artem virtuti miscuit, ut illa impetu
huius fortior, hec illius scientia cautior fieret. Velitum usus eo bello pri-
mum repertus est quo Capuam Fulvius Flaccus imperator obsedit. Nam
cum equitatui Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia
numero pauciores erant, resistere non possent, Quintus Nevius centurio ex pe-
ditibus lectos expedita corporis brevitate et in armis septenis ar-
matos hastis, parvo tegmine munitos, volucri saltu iungere se eq-
uitibus et rursus celeri motu dilabi instituit, quo facilius equestri
proelio subiecti pedites viros pariter atque equos hostium telis incesserent.
Ea quoque novitas pugne unicum Campane perfidie debilitavit auxi-
lium. Ideoque auctori eius Nevio honos a Fulvio habitus est.

Proximus militaribus institutis ad urbana castra, id est theatra, gradus faciendus est, quoniam hec
sepenumero animosas acies instruxerunt. Excogitata quoque cultus deorum et ho-
minum delectationis causa non sine aliquo pacis rubore voluptatem et religionem ... aptatam ...

Proximus etc. Postquam dixit de moribus bellicis nunc tractat de urbanis, et dicit que sint inventa theatra et spectacula theatralia. Summa talis est: theatra sunt inventa gratia venerationis deorum et gratia delectationis hominum, et ista spectacula cito fuerunt dissoluta quia fiebant multum inhonesta. Lege sic textum. Proximus gradus etc.

Excogitata. Fiebant enim ista bella ... manus, et ideo ... fiebant verecundia erat imputanda ...

portentorum. i. monstrorum nam quod inusitatum et turpe et portentum dicitur | et quia isti ludi fiebant nimis inhoneste ideo dicit | ideo dicit portentorum | ex illis scenis electi sunt et mimi qui theatrales ludos cele|brabant. [illegible] propter duo theatra sunt excogitata | et cultu deorum et ho|minum delectatione sed ex hominum corrupta [illegible] | et propter patrem inquam [illegible] | [illegible] tabant otio. Scenicorum de scenis habetur plenius in isto [illegible] | Gneus pompei | portentorum sup. [illegible] p. c. 2o. s. Exculeo

Ceterum etc. [illegible] expositio quam nunc hac hystoria cla|rius et perfectius ponitur [illegible] dicit [illegible] romanos | [illegible] ille optimus Scipio Nasica theatra | senatum [illegible] mouente ab hac dispositione [illegible] | [illegible] compescuit | persuasit quod [illegible] gravissima | ne greca luxuria urbibus prece moribus paterent ob | [illegible] labefactandam [illegible] | nequitie [illegible] auctoritas nam | et ut ab eius remota [illegible] prudentia et subsellia quibus iam ho|nore congestis in ludorum spectacu|lo [illegible] civitas ceperat | [illegible] prohibet apponi | [illegible] fuit [illegible] | [illegible] quod nullus debet [illegible] spectacu|lum [illegible] ad unum [illegible] et quod | nullus debet sedere | [illegible] stare [illegible]. | [illegible] Augustinus multum commendat [illegible] | [illegible] Scipionis dicens quod [illegible] debu|isset [illegible] post hunc Scipionem [illegible] | [illegible] sepe precepit ut [illegible] ho|nore sui fierent isti ludi scenici et | Scipio prohibuit ne fierent que | ibi fiebant adeo quod obusantes | ibi erant infames nec recipie|bantur [illegible] ordinavit et Scipi|onis verbis quod tota materia illorum spe|ctaculorum venderetur | que materia | iam erat parata pro theatro faciendo | detestatus autem Augustinus in multis [illegible] | [illegible] locis scenicos ludos valde [illegible] | ludi scenici | spectacula [illegible] | [illegible] aliqua erant | [illegible] | quia ibi erant tragici et comedi qui ca|ntabant facta maiorum quibus iuvenes | audiendo poterant animari | omnia | tamen [illegible] turpitudinis [illegible] | Unde Ysidorus libro [illegible] dicit quod post lu|dos meretrices inducebantur | erat | enim iste modus ludendi | in modum | domus [illegible] erat domus [illegible] | [illegible] que vocabatur theatrum [illegible] | res omnes inspiciunt in isto theatro | erat scena .i. quidam locus | [illegible] | in modum domus instructus | in | qua domo erat pulpitum in quo ca|ntabant comici et tragici | saltabant | ystriones et mimi | poete igitur comedi | et tragedi ibi ad certamen ascendebant | quibus canentibus alii gestus edebant | tragici antiqua gesta atque [illegible] sce|leratorum regum [illegible] | comedi privatorum hominum acta ac | virginum stupra et meretricum amo|res in suis fabulis recitabant | erant | alii qui themelici vocabantur sic dicti | quia super pulpitum quod temele vocatur | organis et liris et citharis [illegible]. | Ibi erant ystriones qui impudicarum fe|minarum gestus indumento muliebri | [illegible] hii saltando hystorias | gestasque res demonstrabant. ibi erant

[illegible] cavi sanguine scenicorum portentorum gratia maculavit. que inchoata
quidem sunt Messala et Cassio censoribus. ceterum auctore P. Scipione Nasica
omnem apparatum operis eorum subiectum haste venire placuit. atque etiam
senatus consulto cautum est, ne quis in urbe propiusve passus mille subsellia p[osuisse]
vellet, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum
standi virilitas propria romane gentis nota esset. per quingen|tos autem et quinquaginta octo annos senatus populo mixtus spectaculo
ludorum interfuit. Sed hunc morem Attilius Serranus et Scribonius ediles lu|dos matri deum facientes, posterioris Africani sententiam secuti, discretis
senatus et populi locis soluerunt. Ea que res avertit vulgi animum et favorem
Scipionis magnopere quassavit.

Nunc causam instituendorum ludorum ab origine sua repetam. G. Sulpitio Boetico G. Licinio Stolone consulibus intolerabili vi orte
pestilentie civitatem nostram a bellicis operibus revocatam domestici atque
intestini mali cura afflixerat. iamque plus in exquisito
et novo cultu religionis quam in ullo humano consilio positum opis
videbatur. Itaque placandi celestis numinis gratia compositis carminibus
vacuas aures prebuit, ad id tempus circensi spectaculo contenta, quod
primus Romulus raptis virginibus Sabinis Consualium nomine celebravit.
Verum ut mos est hominum parvula initia pertinaci studio prosequendi, ve|nerabilibus erga deos verbis iuventus rudi atque incomposito motu corpo|ris iocabunda gestum adiecit. Ea que res ludium ex Etruria arcessendi causam
dedit. cuius decora pernicitas vetusto ex more Curetum Lidorumque, a
quibus Tusci originem traxerunt, novitate grata Romanorum oculos permulsit.
Et quia ludius apud eos hister appellabatur, scenico nomen hy|strionis inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad saturarum modos p[er]|repsit, a quibus primus omnium poeta Livius ad fabularum argumenta
spectantium animos transtulit. Isque sui operis auctor cum sepius a
populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri ac tibicinis
concentu gesticulationem tacitus peregit.

Atellani autem ab Oscis acciti sunt. quod genus delectationis Italica

mimi qui fabularum expositores imitatores humanarum rerum existebant | [illegible] fabulas pro precio vendebant. In omnibus hiis notatur mollitiem | [illegible] spectaculum christiane debes [illegible] quorum | [illegible] auctores | [illegible] tales ludi [illegible] sit expresse | imitatur | [illegible] | putaverunt tales ludos [illegible] Justinianum imperatorem in prologo | [illegible] ubi dicit quis enim appellet ludos eos ex quibus | [illegible] oportet | [illegible] postea linguas fieri eruditas | loquitur [illegible] | quibus [illegible] dissolutas | quia teste sapientia sapie[ntia] | [illegible] In malivolam animam sapientia non intrabit nec habitabit in corpore | subdito peccatis.

fiebat conformatione et gestus corporis et iste [illegible] movebat animos | [illegible] ad delectationem et sic postea [illegible] | tempore Marci Camilli qui [illegible] de illa peste. [illegible] | [illegible] originem a ludis ideo celebrabant ludos quia [illegible] | [illegible] exercere tale officium | quia [illegible] | [illegible] ludorum | [illegible] | [illegible] Camilli qui fuit [illegible] Romulus appellatus raptis virginibus. volens | [illegible] ludos instituit et [illegible] ad ludos [illegible] | [illegible] ad quos [illegible] venire nolentes feminas miserunt | quibus [illegible] | [illegible] | forte [illegible] populo romano [illegible] | [illegible] ludis a diis institute quia [illegible] Salustius | [illegible] Romulus solempnes ludos instituit | [illegible] | Consualia | festa sunt dei consiliorum [illegible]

Romani in hoc [illegible] ut [illegible] alius dicit [illegible] | [illegible] magis legibus [illegible]

consualem

Maculatum etc. Nil aliud vult dicere nisi quod ludicra post reactum ipsius intactum delectationis tempore quod transivit ad poetas et ad satiras et ad tragedos et ad comedos et illud affingebant quod exprimebat vocem scena decantabant ista carmina et fuit linius poeta qui primo adinvenit talem modum. Notandum ista ars scenica fuit ita mirabilis et delectabilis sic possit dici quia qui talia decantabat representabat omnes voces et hominum et dialia et effigebat tam bene ...

Atellani. Isti fuerunt cives Attele civitatis Campanie qui ludos scenicos nimis meliore agebant quos isti campani Roma eduxerunt ut quod nimia ... Romani et pro scenici erant infames non ad pietatem mittebant ... ad genus severitate Italica temperatum scilicet virtute Italica delectationis id est per ludos incipit et intemperate ... nam in hys ludis agere et cum mulieribus stupra committere est id est sine reprehensione. Nam neque movetur a tribu neque removetur ...

Atellani autem ab Oscis acciti sunt. Quod genus delectationis Italica severitate temperatum ideoque vacuum nota est; nam neque tribu movetur neque a militaribus stipendiis repellitur.

Et quia ceteri ludi ipsis appellationibus unde trahantur apparet, non absurdum videtur secularibus initium suum, cuius origo ignotior est, reddere. Cum ingenti pestilentia urbs agrique vastarentur, Valesius vir locuples rusticae vitae duobus filiis et filia ad desperationem usque medicorum laborantibus aquam calidam iis a foco petens genibus nixus lares familiares ut liberorum periculum in ipsius caput transferrent oravit. Orta deinde vox est habiturum eos salvos si continuo flumine Tiberi devectos Tarentum portasset ibique ex Ditis patris et Proserpinae ara petita aqua recreasset. Eo praedicto magnopere perturbatus, quod et longa et periculosa navigatio imperabatur, spe tamen dubia praesentem metum vincente pueros ad ripam Tiberis protinus attulit (habitabat enim in villa sua propter vicum Sabinae regionis) ac lintre Ostiam petens nocte concubia ad Martium campum appulit. Sitientibusque aegris succurrere cupiens, igne in navigio non suppetente, ex gubernatore cognoscit haud procul apparere fumum, et ab eo iussus egredi Tarentum (id ei nomen loco est) cupide arrepto calice aquam flumine haustam eo unde fumus erat obortus iam laetior pertulit, divinitus dati remedii quasi vestigia quaedam in propinquo nactum se existimans, inque solo magis fumante quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis levibus et quae fors obtulerat nutrimentis pertinaci spiritu flammam evocavit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit. Qua potata salubri quiete sopiti diutina vi morbi repente sunt liberati. Patrique indicarunt vidisse se in somnis a nescio quo deorum spongia corpora sua pertergeri et praecipi ut ad Ditis patris et Proserpinae aram, a qua potio ipsis allata fuerat, furvae hostiae immolarentur lectisterniaque et ludi nocturni fierent. Is, quia eo loci nullam aram viderat, desiderari credens ut a se constitueretur, aram empturus in urbem perrexit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. Hi domini imperium exequentes cum ad viginti pedum altitudinem humo egesta pervenissent, animadverterunt aram Diti patri Proserpinaeque inscriptam. Hoc postquam Valesius nuntiante servo accepit, omisso emendae arae proposito hostias nigras, quae antiquitus furvae dicebantur, Tarenti immolavit.

... aquam posset calefacere; protinus cernit procul fumum sibi apparere in loco quodam qui ut a gubernatore navis ... egressus navi et hauriens de flumine aquam illuc properans cepit paleas et arbusculas ... et aquam calefecit calefactamque pueris dedit ad bibendum qua potata statim sopiti ... in sompnis deum quendam eorum corpora tergentem et praecipientem ut ad Ditis et Proserpine aram ... ... ablata ... hostie immolarentur, lectisternia et ludi fierent nocturni ... aram ... ara nova ... fundamenta ... ... Diti et Proserpine inscriptam ... Valesio ... hostias ... immolavit ... lectisternia ... et ludi nocturni ... ... hoc nomine ... ... Martii ... et quod Tarquinii ... expulsi ... ... campus Martius ... ... Tarquinii ... [illegible]

Left margin:
Satire vero ita dicebantur quia ... Magna delectatione et venustate ... in delectationem ... argumentum est fabula ficta ... Secularis ludi ... sic dicebant quia tunc seculo id est centum annos ... vix semel ... Orosium ... Valesius ... pro filiis suis ... Proserpine ... Tarentum ... quae est civitas magna et famosa ... [illegible]

Claudius. dicit et ornamentum et nil aliud vult dicere nisi quod primus qui adornavit scenam variis picturis et decoris fuit Pulcher Claudius. [illegible] Appius Claudius per modicum tempus post expulsionem regum venit de Sabinis Romam cum tota familia. Scena dicebatur quedam pars theatri [illegible] absondebant [illegible] cantates carmina. Vel dicebatur scena quasi obumbratio. Scena enim grece umbra est. [illegible] sacrificia et are Plutonis et Proserpine quia dii sunt tenebrarum tenebris affectabant

ludosque et lectisternia continuis tribus noctibus quia totidem filii periclitati liberati erant fecit. Cuius exemplum Valerius Publicola qui primus consul fuit studio succurrendi civibus secutus apud eandem aram publice nuncupatis votis cesisque atris bobus Diti maribus feminis Proserpine lectisternio ac ludis trinoctio factis. Religionem ludorum crescentibus opibus secuta letitia est. Eius instinctu Catulus Campanam imitatus luxuriam primus spectantium consessum velorum umbraculis texit.

Gneus Pompeius ante omnes aque per semitas decursu estivum minuit fervorem.

Claudius Pulcher scenam varietate colorum adumbravit vacuis ante pictura tabulis extentam. Quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Quintus Catulus pretexuit. Versatilem fecerunt Luculli. Argentatis coragiis P. Lentulus Spinter adornavit. Translatum antea phenicis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit. Nam gladiatorium munus primum Rome datum est in foro boario Appio Claudio et Fulvio consulibus. Dederunt Marcus et Decimus filii Bruti funebri memoria patris cineres honorando.

Athletarum certamen a M. Scauri tractum munificentia. Statuam auratam nec in urbe nec in ulla parte Ytalie quisquam prius aspexit quam a M. Glabrione equestri patri poneretur in ede Pietatis. Eam autem edem P. Cornelio Lentulo M. Bebio Pamphilo consulibus ipse dedicaverat compos voti factus rege Anthioco apud Termofilas superato. Ius civile per multa secula inter sacra cerimoniasque deorum immortalium abditum solisque pontificibus notum Gneus Flavius libertino patre genitus et scriba cum ingenti nobilitatis indignatione factus edilis curulis vulgavit et fastos pene foro toto exposuit. Qui cum ad visendum egrum collegam suum venisset neque a nobilibus quorum frequentia cubiculum erat completum sedendi loco reciperetur sellam [illegible] afferri iussit et in ea honoris pariter atque temporis vindex consedit.

Veneficii questio et moribus et legibus Romanis ignota complurium matronarum [illegible] scelere orta est. Que cum viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent unius ancille indicio dampnate centum septuaginta numerum expleverunt.

Athletarum. Athleta dicitur pugnator [illegible] les fortis et dicitur athleta quasi [illegible] i. morte fortis quoddam genus pugnandi [illegible] munificentia Marci Scauri invenitur.

Statuam auratam etc. Amatilius Gabrio contra Anthiocum regem Macedonie missus [illegible] bello [illegible] auratam statuam [illegible] patri suo qui de ordine equestri erat et ipsam in templo Pietatis posuit [illegible] votum assecutus [illegible] in Ytalia visa fuerat statua deaurata. Termophilas locus Grecie. [illegible] Romani moverunt [illegible] Anthioco [illegible] completum. Ius civile. Quidam Gaius Flavius ignobilis et plebeius factus edilis fuit primus qui publicavit libros [illegible] qui libri fuerant primo [illegible] apud sacerdotes [illegible] dicens quod iste Flavius venit ad visitandum collegam suum [illegible] ad videndum [illegible]. Unde cum isti nobiles non surrexissent sibi ad cedendum locum [illegible] scriba [illegible] precepit quibusdam ministris ut gererent unam sellam quam tenebat pro officio [illegible] libertino patre [illegible] scriba a scribendo nomen accepit officium [illegible] ut dicit Ysidorus [illegible] ingenti nobilitatis indignatione factus edilis curulis erat. Et erat officium [illegible] Ius civile [illegible] cerimonias et secreta et solis pontificibus [illegible] vulgavit [illegible] nobilibus et pontificibus [illegible]. Quid sit edilis [illegible] Curulis dicitur sella [illegible] Ysidorus [illegible] selle curules erant in quibus magistratus [illegible] sedebant [illegible] consules [illegible] longinquitatem [illegible] in forum [illegible] solebant [illegible] curules selle sunt [illegible] edilis curulis et tunc [illegible] vulgavit [illegible] fastos libros [illegible]

Nam fastus uno modo stat pro libro a iudicibus in quo gesta magistratuum continentur pene toto foro exposuit. Unde fastorum libri sunt in quibus leges ut reges scribunt, et a fastibus id est potestatibus dicitur. Unde liber iudicum dicitur fasti eorum quia de regibus et consulibus editi sunt in foro. Forum dicitur ubi res venduntur et tunc dicitur a foris quod domum fit. Dicitur etiam locus ubi tractantur cause et tunc dicitur a fando et sic accipitur hic. Quamvis utatur in commento pro contento quia per forum intelligit accedentes ad forum id est ad causas tractandas euntes. Notandum quod fasti sunt aliquando ius civile sic fuerunt responsa et edita prudentum que iura naturalia dicuntur. Hec autem ensa per solos pontifices tenebant occulta que iste [illegible] revelavit, que erant diffusa quousque per imperatores et maxime per Iustinianum in volumina sunt redacta. Ex hoc autem revelatione dicit auctor nobiles indignatos quorum dampnis potuit esse motivum, unum malum scilicet invidia publica. Quod valet. Videtur pretendere a bonis scilicet civiles nobilitas ad vulgus pervenerit, et isto motivo nobiles movebant. Erat tunc forte inconveniens quia cum tunc maxima regnaret iustitia sufficiebat senatores et pontifices ius scire civile quo mediante ipsi soli debebant iustitiam exercere.

Tibicinum quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas privatasque ferias actiones personis tecto capite varia veste velatis concentus edit. Inde tracta licentia: quod vetiti in aede Iovis, quod prisco more factitaverant, vesci Tibur irati se contulerunt. Quorum ministerio senatus destituta sacra non equo animo ferens per legatos a Tiburtibus petiit ut eos tamquam suos Romanis restituerent. Quos illi in proposito perseverantes interposita festae epulationis simulatione mero sopitos plaustris in urbem devehendos curaverunt. Quibus et honos pristinus restitutus et huius lusus hys est datus. Personarum vestis pudore circumvenientis temulentie causam habet.

Fuit et illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis simul et continentie certissima index. Nam maximis viris prandere et cenare in propatulo verecundia non erat. Nec sane illas epulas habebant quas populi oculis subicere erubescerent. Erat adeo continentie attenti ut frequentior apud eos pultis usus quam panis esset. Ideo quod in sacrificiis mola que vocabatur ex sale et farre constat. Exta farre sparguntur, et pullis quibus auspicia petuntur puls obicitur. Primitus enim et libamentis victus sui deos eo efficacius quo simplicius placabant. Et ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur. Febrem autem ad minus nocendum colebant templis, quorum adhuc unum in palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in summa parte vici longi extat. In eaque remedia que corporibus egrorum annexa fuerant deferebantur. Hec ad humane mentis estus leniendos cum aliquo usu recepta. Ceterum de salubritate sua industrie certissimo munimento crebrissimo tuebantur. Tunc quam valitudinis eorum quedam mater erat frugalitas inimica luxuriosis epulis et aliena nimie vini abundantie et ab immoderato veneris usu adversa.

Inde sensit prorsus maiorum nostrorum gravitas. Spartana civitas severissimis Ligurgi legibus obtemperans aliquamdiu civium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit, ne illecebris eius capti ...

pulte id est la pultegha sine fermento [illegible] cum aqua [illegible] et farina quam portare non solum usi sunt Romani in sacrificiis sed et deos placabant quia primitus et cetera. Solebant enim antiqui Romani cenare publice et aperte quia non utebantur illo genere epularum ut haberent erubescere ab omnibus. Exquo [illegible] sacrificabant diis eodem genere cibi quo ipsi fovebantur. Pullis quia in capite [illegible] pulte funditur. Et ceteros Romani diligentes fuerunt in recuperanda sospitate. Unum [illegible] colebant febrem tamquam deam ut minus noceret eis. Et Rome erant tria templa in honore huius dee dedicata. Quorum scilicet templorum dee febris unum erat in palatio, alterum in area Marianorum monumentorum id est illorum de parte Marii, tertium in summa parte vici [illegible]. Hec ad humane mentis, lege sic hec supradicta preter aliqua vota usus id est usu recepta ad leniendos estus id est febres humane mentis excogitata.

Inde sensit. In parte ista Valerius transit ad exempla, et primo ponit exemplum temperantie Lacedemoniensium. Summa est hec: Lacedemonenses habuerunt morem laudabilem quia inhibuerunt sub pena ne aliquis civis transiret in Asiam, ne mores illorum Lacedemoniensium verterentur in falsitatem et ebrietatem Asiaticorum. Asia enim ingebat omnibus rebus que homines possunt ad illicitos usus trahere. Et ideo postquam Romani Asiam obtinuerunt quia eorum deliciis [illegible] fuerunt. Civitas enim Lacedemonia que alio nomine Spartana dicebatur, volens Asianam vitare luxuriam severissimis legibus Ligurgi regis [illegible] parebat. Legere sic: Inde scilicet Ligurgi. Nota quod Ligurgus fuit rex et princeps Lacedemoniensium, et eorum rem publicam firmavit et roboravit, et removit usum auri et argenti et alterius pecunie tamquam irritamentum bone partis rei publice. Fecit aliam legem ne iuvenes in civitate educarentur usque septimum annum ut assuescerent roboritati rerum et [illegible] ut essent duri et fortes in armis. Non per hic Asia sunt [illegible] minor ubi [illegible] fertilissima et sic habebat superfluitatem. Unde fuerunt Xerxes, Darius et Midas qui maximas habuerunt divitias.

Et ceteros quidem. In ea quoque remedia. Nota antiqua fuisse consuetudinem etiam apud paganos febricitantes tremula [illegible] febrem fuit in medio ad collum portare.

ad delicatius uite genus prolaberentur. audierant enim inde lauticiam et inmo-
dicos sumptus et omnis non necessarie uoluptatis genera fluxisse. primosque ionas
unguenti corone que in conuiuio dande et secunde mense ponende consue-
tudinem haud parua luxurie irritamenta repperisse. Ac minime mirum
est quod homines labore et patientia gaudentes tenacissimos patrie
neruos externarum deliciarum contagione solui et hebetari noluerunt.
cum aliquanto faciliorem uirtutis ad luxuriam quam luxurie ad uir-
tutem transitum uiderent. quod eos non frustra timuisse dux eorum pa-
usanias patefecit. qui maximis operibus editis ut primum se
asie moribus permisit. fortitudinem suam effeminato eius cultu mollire
non erubuit. Eiusdem ciuitatis exercitus non ante dimicare
solebat quam tibie concentu et anapesti pedis modulo cohortationis
calorem animo traxisset. uegeto et crebro ictus sono strenue hoste
inuadere monitus. Idem ad dissimulandum et occultandum uulnerum suorum cruorem pu-
niceis in prelio tunicis utebantur. non ne ipsis aspectus eorum terrorem sed ne
hostibus fiduciam aliquam afferret. Egregios uirtutis bellice spiritus
lacedemoniorum prudentissimi pacis moribus athenienses subsequuntur.
apud quos inertia e latebris suis languore marcens in forum
perinde atque ad delictum aliquod protrahitur. fitque ut facinorose ita eru-
bescende rea culpe. Eiusdem urbis sanctissimum consilium ariopagus quid
quisque atheniensium ageret aut quonam questu sustentaretur dilige-
ntissime inquirere solebat. ut homines honestatem uite rationem memores
reddendam esse sequerentur. Eadem ciues bonos corona decorandi
primo consuetudinem induxit. duobus olee conexis ramis cla-
rum periclis caput redimendo. probabile institutum. siue rei
uel uirtutis uberrimum alimentum est honos. et ...
a quo tale muneris dandi potestas potissimum initium capere debeat. Illud institutum atheniensium quam memorabile. quod conuictus a patrono li-
bertus ingratus iure libertatis exuitur. Supersedeo te inquit habere
ciuem tanti muneris impium extimatorem. nec adduci possum ut credam
urbi utilem quem domui scelestum cerno. Abi igitur et esto seruus quoniam liber esse nescisti.

Inde massilienses etc. narrat de massiliensium est autem duplex massilia [illegible] quales loquitur ysidorus [illegible] ... Galli in gallia [illegible] posita de qua nunc loquitur auctor ... et ponit sex massiliensium exempla ... civitates in asia. 3o redit ad [illegible] massiliensium ... consuetudines ... sed ut massilienses ... duo facit primo [illegible] secundo dicenda ... athenienses [illegible] massilienses etc.

Hec enim massilie civitas senatum romanum in tantum fidelissima fuit ... fugam et morte pompei ... ut patet in lucano ...

Inde massilienses quoque ad hoc tempus usurpant discipline gravitatem

prestitis moribus observanda caritate populi romani precipue conspicui

qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt si ter ab eo

deceptum dominum cognoverint quarto errori subveniendum non putant

quia sua iam culpa iniuriam accepisset qui ei se totiens obiecisset

eadem civitas severitatis custos acerrima est nullum aditum mimis

in scenam dando quorum argumenta maiore ex parte stuprorum conti-

nent actus ne talia spectando consuetudo imitandi licentiam

sumat. Omnibus autem qui per aliquam religionis simulationem a-

limenta inertie querunt clausas portas habet et mendacem et fu-

cosam superstitionem submovendam esse existimat. Ceterum a condita

urbe gladius est ibi quo noxii iugulantur rubigine quidem exesus

et vix sufficiens ministerio sed index in minimis quoque rebus omnia anti-

que consuetudinis monumenta servanda. Due ante portas eorum arce

iacent altera qua liberorum altera qua servorum corpora ad sepultu-

re locum plaustro devehuntur sine lamentatione sine planctu. Fu-

neris dies domestico sacrificio addito quoque necessariorum convivio finitur.

Etenim quid attinet aut humano dolori indulgeri aut divino numini

invidiam fieri quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluit. Venenum cicuta

temperatum in ea civitate publice custoditur quod datur ei qui

causas sescentis id est senatui eius nomen exhibuit propter quas sibi mors expe-

tenda cognitione virili benivolentia temperata que nec egredi vita teme-

re patitur et sapienter excedere cupienti celerem fati viam prebet ut vel adversa vel

prospera nimis usi fortuna utraque enim finiendi spiritus illa ne perseveret haec

ne destituat rationem prebuit comprobato exitu terminent. Quam consuetu-

dinem massiliensium non in gallia ortam sed e grecia translatam inveni

quod illam etiam in insula cea servari animadverti quo tempore asiam cum sexto pompeio pe-

tens iulide oppidum intravi. Forte enim evenit ut tunc summe ibi dignitatis

femina sed ultime iam senectutis reddita ratione civibus cur excedere vita deberet

veneno consumere se destinaret mortemque suam pompei presentia cla-

riorem fieri magni extimaret. Non precessit ille ut omnibus virtutibus

... sic beatus augustinus ortatur ... [illegible] ... sed non habent ... pompeius ... [illegible]

existimmet ... aliquis ... civis massiliensis volebat querere sibi mortem quia videretur sibi debere velle plurimum ... et disputabat coram senatu ... qualiter volebat ... assignans et si senatus approbasset hoc ... prebebat poculum ... sed si non approbabat non permittebat ipsum mori.

Consuetudinem Valerius confirmat dicens quod vidit unum huius consuetudinis talis moris exemplum quod vidit suo tempore. Sententia talis est. Dicit Valerius quod erat in insula cea mulier quedam maxima nonaginta annorum decrepita volens mori fecit rogari pompeium invitari ut conveniret cum Valerio. Hec se posuit in lectulo ornato. Tunc pompeius conatus est dissuadere mortem tandem videns voluntatem eius permisit facere quod sibi placuit. Ipsa peregit gratias sexto quod dignatus esse morti sue. Secundo deprecata est mercurium ut dignaretur eam mittere in meliorem partem infernorum. Postea divisit patrimonium inter duas suas filias ... monuit ut starent in pace inter se. Demum sumpto veneno indicabat quomodo mors serpebat per corpus eius paulatim et quando venit ad cor ... maiorem filiam ut clauderet sibi oculos. Tunc Sextus Valerius et alii moti sunt ad lacrimas. Nota quod iste Sextus Pompeius non fuit filius magni Pompei ... fuit amicus augusto inimico magno pompeio. De hoc possit dicere Tullius orator qui fuit maximus orator. Nota quod melior pars infernorum est campi elisii secundum poetas ... ista petebat mercurium deum deducere gratiam illam scilicet perduci in meliorem partem infernorum. Causa consuetudinis ... ceia ... massi

Ita ad humanitatis quoque laudibus instructissimi aspirat sustinuit. vixit itaque ad eam facundissimoque sermone qui ore eius quasi ab beato quodam eloquentie fonte manabat ab incepto consilio diu nequicquam revocare conatus ad ultimum propositum exequi passus est. que nonagesimum annum transgressa cum summa animi et corporis sinceritate quin lectulo cognoscere erat cotidiana consuetudine cultius strato recubans et innixa cubito tibi quidem inquit Sexte Pompei dii magis quos relinquo quam quos peto gratiam referent, quia nec hortator vite mee nec mortis spectator esse fastidisti. ceterum ipsa ilarem fortune vultum semper experta ne aviditate lucis tristem intueri cogar reliquias spiritus mei prospero fine duas filias et unius nepotis gregem superstitem relictura permutato. cohortata deinde ad concordiam suos distributo eis patrimonio et cultu suo sacrisque domesticis maiori filie traditis poculum in quo venenum temperatum erat constanti dextera arripuit. tum defusis mercurio delibamentis et invocato nomine eius ut se placido itinere in meliorem sedis inferne duceret partem cupido haustu mortiferam traxit potionem. ac sermone significans quasnam subinde partes corporis sui rigor occuparet, cum iam visceribus eum et cordi imminere esset locuta filiarum manus ad supremum opprimendorum officium oculorum advocavit. nostros autem tametsi novo spectaculo obstupefacti erant suffusos tamen lacrimis dimisit. Sed ut ad massiliensium civitatem unde in hoc diverticulum excessi revertar. intrare oppidum eorum nulli cum telo licet. presto est qui id custodie gratia acceptum exituro reddit ut hospitia sua quemadmodum advenientibus humana sic ipsis quoque tuta sint.

Horum menia egressis vetus ille mos gallorum occurrit quo memoria proditum est pecunias mutuas que his apud inferos redderentur dare, quia persuasum habuerunt animas hominum immortales esse. dicerem stultos nisi idem bracati sensissent quod palliatus pitagoras credidit.

Avara et feneratoria gallorum philosophia alacris et fortis cimbrorum et celtiberorum qui in acie gaudio exultabant tamquam gloriose et

Sed ut ad massiliensium. possit in superiori paragrapho Valerius fecerat ... quandam digressionem non ... ad suum propositum. unde revertitur ad materiam principalem intentam ipsorum massiliensium. et de more ipsorum circa sue civitatis diligentem custodiam. Sententia huius paragraphi et antiquitus mos erat massiliensium quod quicumque vellet ingredi civitatem cogebatur deponere arma apud custodes porte. et restituebantur in exitu. Notandum quod massilienses habebant istum morem quia a principio illi de sua ... ... timorem per quorundam machinationes fuerat excidium corporum. nam fraudulenter instruxerat insidias die sollempni dum celebraret festa floralia. sed detectus per quandam mulierem gallicam cum qua stabat massiliensis iuvenis. et massilienses armata et manu gallicos postea insidiantes invaserunt et trucidaverunt omnes qui fuerunt ... septem milia. propter quod fuerunt postea istum morem ordinatum habentes ut massilienses etc.

Horum menia etc. dicit morem gallorum cum avaritia. Sententia est ista galli bracati habebant istum morem quod prestabant sepe pecunias sub spe future mutuationis percipiendi redde ab ipsis debitoribus apud inferos et hoc cum fenore lege feliciter. Horum scilicet massiliensium.

verba auctoris sunt scilicet dicerem gallos stultos sic facientes nisi illi galli bracati ab habitu sic dicti sensissent idem scilicet immortalitatem quod credidit pittagoras palliatus sic dictus ab habitu quem gerebat. hanc stultitiam avaram pagani non nisi credentes faciunt ... pecunia ... ut animi resurgent valeant ... bracati. Tres sunt gallie partes scilicet comata i. lombardia plana de gallis ab alpibus ad flumen rubiconem qui est inter cesenam et ariminum civitates in partibus romandiole que ideo dicitur comata quia non radebant capillos. Sed ... togata et sic ab alpibus lombardie usque ad mare ... gallia de qua ... de togata quia pace mitti ... et toga est pacis ... est et brachata gallia ... a braca toga regis quia bracarum figura habet. et de ista loquitur auctor. Gallia candore corporis dicta quia grece lac dicitur latine ut dicit ysidorus libro 9. c. 20.

feliciter vita excessissent, lamentantur in morbo qui turpiter et miserabiliter mortui.

Celtiberi etiam nefas esse ducebant prelio superesse cum is occidisset pro cuius salute spiritum devoverant. laudanda utrorumque populorum animi praesentia, quod et patriae incolumitatem fortiter tueri et fidem amicitiae constanter praestandam arbitrabantur.

Thraciae vero illa natio merito se sapientiae laude vendicaverit, quae natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans sine ullis doctorum praeceptis verum condicionis nostrae habitum pervidit. Removeatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitae, quae multa et facere et pati turpiter cogit, si eam mortua eius aliquanto feliciorem ac beatiorem finis repperietur. Quo circa recte Lycii, cum his luctus incidit, muliebrem vestem induunt, ut deformitate cultus commoti maturius stultum proicere maerorem velint.

Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentiae viros laudem? respiciantur Indorum feminae, quae cum more patrio complures eidem nuptae esse soleant, mortuo marito in certamen iudiciumque veniunt, quam ex his maxime dilexerit. victrix gaudio exultans deducta a necessariis laetum praeferentibus vultum coniugis se flammis superiacit et cum eo tamquam felicissima crematur. superatae cum tristitia et maerore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adice Celtibericam fidem, iunge animosam Thraciae sapientiam, innecte Lyciorum in luctibus abiciendis callide quaesitam rationem, Indico tamen rogo nihil eorum praeferes, quem uxoria pietas in modum genialis tori propinquae mortis secura conscendit.

Cuius gloriae publicarum feminarum ut ex comparatione turpe appareat dedecus, Siccae enim fanum est Veneris, in quod se matronae conferebant atque inde procedentes quaestu dotes corporis iniuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iuncturae.

Iam Persarum admodum probabile institutum fuit, quod liberos suos non prius aspiciebant quam septimum annum implessent, quo parvulorum amissionem aequiore animo sustinerent. Nec Numidiae quidem reges vituperandi, qui more gentis suae nulli mortalium osculum ferebant. quidquid enim in excelso fastigio positum est, humili et trita consuetudine quo sit venerabilius vacuum esse convenit.

In isto capitulo agit valerius de disciplina militari que nichil aliud est nisi industria qua exercitibus presidentes debent gubernando uigere. hac industria notabiliter sic dicit vegetius libro primo de re militari capitulo primo. Nulla enim alia re videmus populum romanum orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio disciplina castrorum usuque militie. Quid enim adversus gallorum multitudinem paucitas romana valuisset. Quid adversus germanorum proceritatem breuitas posset. Hyspanos quidem non tantum numero sed uiribus corporum nostros prestitisse manifestum est. Affrorum dolis atque diuitiis semper impares. grecorum artibus prudentia nos uinci dubitauit nemo. sed aduersus omnia profuit tyronem solerter eligere. Ius ut ita dixerim armorum docere cotidiano exercitio roborare. que sunt enim usui atque plus posse omnia in campestri meditatione prenoscere uindicando. Scientia enim rei bellice dimicandi nutrit audaciam. nemo facere metuit quod didicisse confidit. Et enim in certamine bellorum exercitata paucitas ad uictoriam promptior est. rudis autem et indocta multitudo exposita semper ad necem suam.

De hac ergo disciplina loquitur valerius. primo ponit quod intendit. 2° exemplum inducit ibi publius cornelius. 3° post instituta romanorum consuetudines de quibus supra dictum est. Venio nunc est 3° disciplina militaris precipuum decus et stabilimentum imperij in cuius tutela. ut tranquillus pacis status in uita et pace uiuatur.

Venio nunc ad precipuum decus et stabilimentum romani imperii salutari perseverantia ad hoc tempus sincerum et incolume seruatum militaris discipline tenacissimum uinculum in cuius sinu ac tutela serenus tranquillusque beate pacis status acquiescit. Cornelius Scipio cui deleta kartago auitum cognomen dedit consul in hyspaniam missus ut insolentissimos numantine urbis spiritus superiorum culpa ducum nutritos contunderet. eodem momento temporis quo castra intrauit edixit ut omnia ex hys que uoluptatis causa comparata erant auferrentur ac summouerentur. Nam constat tunc inde maximum institorum et lixarum numerum cum duobus milibus scortorum abisse. hac turpi atque erubescenda sentina uacuefactus exercitus noster qui paulo ante metu mortis deformi se federis ictu maculauerat. erecta et recreata uirtute acrem illam et animosam numantiam incendys exustam ruinisque prostratam solo equauit. Itaque neglecte discipline militaris indicium mancini miserabili deditione. seruate merces speciosissimum scipionis triumphus extitit.

Afflictam metellus secutus est cum exercitum affrica iugurtino bello spurii albini indulgentia corruptum consul accepisset. omnibus imperii neruis ad reuocandam pristine disciplinam militie conixus est. Nec singulas partes apprehendit sed totam continuo in statum suum redegit. protinus namque lixas e castris summouit. cibumque coctum uenalem proponi uetuit. in agmine neminem militum ministerio seruorum iumentorumque ut arma sua ac alimenta ipsi ferrent uti passus est. Castrorum subinde locum mutauit. eadem ac iugurtha semper adesset uallo fossaque fortissime cinxit. Quid ergo restituta continentia quid repetita industria profecit. Crebras uictorias et multa trophea genuit ex hoste cuius tergum sub ambitioso imperatore romano militi uidere non contigerat.

Bene et illi militaris discipline affuerunt qui necessitudinum perruptis uinclis ultionem uindictamque lese cum ignominia domuum suarum

personas narrat. 2 supra ponit exempla de dicendis. 2° ponit exemplum ibi nam p. rutilius etc.

Sentina est locus in naui ad quem aque confluunt per duos eos ibi squalent fetorem seruant. hic autem fiat [illegible] re fetida ac turpida. Scipio erecta et recreata uirtute.

Epilogus. deditio id est cum aliquis reddit se hosti uicto.

Afflictam etc. In ista parte ponit hystoria quam salustius in iugurthino prosequitur. Ad cuius intelligentiam [illegible]. Nota quod cum iugurtha [illegible] bella mouerit [illegible] in bella mittit qui [illegible] pecunia a iugurtha [illegible] senatui impleuit. et [illegible] metellus uestigia scipionis [illegible] ad captiuitatem deduxisset nisi a consulatu [illegible] remotus [illegible] bellum prosequitur quod [illegible] iugurtha capitur [illegible] metellus omnia [illegible] effeminare [illegible] castra [illegible] uolebat quod unusquisque portaret sua arma et uictualia ipse. [illegible] valerius tangens dicit [illegible] etc.

plasor mala iam facta. vindico facienda ne fiat. vel iudico illum qui pertinuit. plasor. i. punio eum qui intulit.

Jam cocta etc. Longe aliud gesti cum enim liparitanos hec cocta obsideret / propinquiorem obsidioni prefecit qui male obsidionem custodiens accensi ab isto punitus fuit. lege et sic. Jam C. cocta / id est communi .i. obsequio na ipse obsequia sunt que impendes diuitibus loco munerum et sic dona quia manibus accipiuntur et dantur. Erat ergo iste qui primus et paucis fecit

Agger. agger est secundum aliquos ... et ysidorus ... aliis rei accumulatio ... fosse aut vallis ... et ipse de terra aggesta sup qua valli ...

ergo non dubitauerit. Nam P. Rutilius consul eo bello quod cum fugitivis gessit quintum fabium generum suum quia negligentia taurimenitanam amiserat provinciam iussit decedere. C. cocta P. aurelium fulvium pecuniolam sanguine sibi iunctum quem obsidioni liparitane ad auspitia repetenda messanam transiturus prefecerat / virgis cesum militie munera inter pedites fungi coegit quod eius culpa agger incensus et pene castra erant capta.

Q. Vintus et fulvius flaccus censor fulvium fratrem cohortem legionis in qua tribunus militum erat iniussu consulis domum dimittere ausum / senatu amouit. Non indigna ex tam breviter / nisi a maioribus urgere / referentur. Quid enim tam difficile factu quam copulate societati generis et imaginum deformem in priorem reditum inducere? aut communionis nominis ac familie veteris propinquitatis serie coherenti virgarum contumeliosi verbera adhibere? aut censorium supplicium adversus fratrem caritatem destringere? Verum hec singula quamuis claris civitatibus / abunde tamen gloria discipline militaris illustrare videbuntur.

At nostra urbs que omni genere mirificorum exemplorum totum terrarum orbem repleuit / imperatorum proprio sanguine manantes secures ne turbato militie ordine vindicta deesset ex castris privatim spectandas lugubres / duplici vultu recepit incerta gratulandi prius / an alloquendi officio fungeretur.

Hesitante ego aio vos bellicarum rerum severissimi custodes postumi tuberte et manli torquate memoria ac recordatione complector, quia animaduerto fore ut pondere laudis quam meruistis obrutus maioris inbecillitatem ingenii mei detegam quam vestram virtutem sicut par est reponi. Tu namque postumi dictator aulum postumium quem ad generis penetraliumque sacrorum successionem propagandam genueras et in facie blandimenta sinu atque osculis foueras / quem pueritie litteris / quem iuuenem armis instruxeras / sanctum / fortem / amantem tui pariter atque patrie quia non tuo iussu sed sua sponte presidio progressus hostes fuderat / percuti victorem securi iussisti. Et ad hoc peragendum

Est ratio quare na per rutil.

Armis urbs etc. hic tertio et super ... tiens autor aliquis mirabilia multa narrare ... narratoris primo ... ubi legentes ... attentos inducit ... quasi statim narratur et mirabilia ... hoc modo ... dicendo permittit ... in ea ... et postea inducit probatoriis ... et ... at nostra civitas ... unum exemplum ... ratio sufficit ... ... instructa militari disciplina etc.

An gratulandi etc. i. an ipsa nos ... gratos agere de gratulatu bonum gesto. an alloquendi i. consolandi de dolore hic ... orbitate victorum officio fungeretur. quod velut dicere patebit statim in sequentibus.

Tu namque postumi etc. hic ponit exemplum et primo sine difficultate ... hanc in hystoria ... lectis ... hystoria ... aulus ab urbe ... ubi de dictatura ... postumij loquitur videtur sub dubio ponere ita enim dicit. Egregie dictature teste memoria facinus quod filium ... postumio ... et ... impia malleana non postumiane appellata sit volens unde quod non postumius sed manlius de quo statim dicetur filium suum primum morti securi etc signa que ... filius ... quos hyspaniam ab illo francos francesi vocat etc.

presidio / presidium ipse est quod datur ... maiores ... isti ... ex sponte ... sua sponte exiuit et quamvis ... inuit tamen contra ... et melius quod ... rei ... ordines fuit licet ... prudens et ... sic subiecit ... sic tamen male fine ... quia difficile est ut bono pugnet ... ... inchoata ... ... obediat ... disciplinam militarem non tenere. ... iste postumius ... recta ... romae ... sua voluntate ... arbitrio hostes ... preceptum ... iussit ...

penetralium lacrum sacrorum ubi porrigebat oracula. successionem i. prolem sibi generandam et adipiscendam ... quam plus amat ... filium ... preceptum eorum hic ipsum ...

36

Tite .i. idest fecit mullo quod fecit postumius .i. cuius hystoriam libro octavo ab urbe principium plenius narrat titus livius. Nam cum hic Mallius torquatus consul contra tusculanos missus precepto edixit ne quis extra ordinem pugnaret in hostes .i. qui consul, dum alter rei gerendae in pretorio esset, eius filius in castris remanens tusculanorum duce metio iuvenis fuit provocatus ad iram a quo tandem ... ut nec tanta ... congredi metu ... ut ... latini eques posset

Hanc hystoriam diffusius narrat titus livius libro ab urbe condita libro 8.

imperium patrie vocis mixtio sufficere valuisset. Nam oculos tuos certissimo clarissima in luce offusos ignes aciem oculorum intueri nequivisse. Tu vero Manli torquate bello consul filium quod provocatus a geminio metio duce tusculanorum ad dimicandum te ignaro descenderat, gloriosam victoriam et speciosa spolia referentem arripi a lictore et in modum hostie mactari iussisti. satius esse iudicans patrem forti filio quam militari patriam disciplina carere.

Age quanto spiritu putamus usum lucium quintium cincinnatum dictatorem eo tempore quo devictis equiculis et sub iugum missis lucium minutium consulatum deponere coegit quod castra cuius idem hostes obsederant. Indignum enim maximo imperio credidit quem non sua virtus incolumem sed fossa vallumque tutum prestiterat cuique verecundie non fuerat arma romana metu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi duodecim fasces penes quos senatus equestris ordinis et universe plebis summum decus erat quorumque nutu latium et totius italie vires regebantur contusi atque fracti dictatori se ad animadversionem subiecerunt. Ac ne inulta foret lesa gloria militaris consul delicti sic vindex punitus est. His ut ita dicam piaculis o mars imperii nostri pater ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat numen tuum propitiabatur affinium et cognatorum et fratrum notabili filiorum strage ignominiosa consulum eiuratione.

Eiusdem ordinis quod sequitur. papirius dictator cum adversus imperium eius quintus fabius rullianus magister equitum exercitum in aciem eduxisset quamquam fusis samnitibus in castra redierat tamen neque virtute eius neque successu neque nobilitate motus virgas expediri eumque nudari iussit. O spectaculum admirabile et rullianus et magister equitum et victor scissa veste spoliatoque corpore lictorum se verberibus lacerandum prebuit ut in acie exceptorum vulnerum nodosis ictibus cruorem renovaret victoriarum quas speciosissimas erat adeptus titulos respergens. Postea precibus deinde suis exercitus occasionem fabio confugiendi in urbe dedit. ubi frustra senatus auxilium imploravit. nichilominus enim papirius in exigenda pena perseveravit. Itaque coactus est pater eius post dictaturam tertium quod

[illegible]

consulatu[m] gesserat ad p[ri]vatu[m] revocare. auxiliu[m] q[ue] tribunoru[m] plebis supplex p[ro]
filio petere. Neq[ue] hac re severitas papirii refrenari potuit. Cete[rum]
cu[m] ab universis civib[us] et ip[s]is tribunis plebis rogaretur, testat[us] e[st] se
pena[m] illa[m] no[n] fabio s[ed] populo et tribunoru[m] co[n]cedere potestati.

Lucius q[uoque] calfurni[us] piso co[n]sul cu[m] in sicilia[m] advers[us] fugitivos be
llu[m] gereret, t[itum] titi[um] equitu[m] p[re]fect[um] fugitivoru[m] multitudine hostiu[m]
circumvent[um] arma hys t[radidisse] dedisse, hys p[re]fatu[m] cu[m] ignominie g[e]n[er]ib[us]
affici iussit, cu[m] toga laciniis abscissis amictu[m], decincta q[ue] tu
nica i[n]dutu[m], nudisq[ue] pedibus a mane i[n] nocte[m] usq[ue] ad principia p[er]
o[mn]e t[em]p[u]s militie adesse. inte[r]dixit e[ti]a[m] ei convictu[m] ho[min]u[m] usu[m]q[ue] balneoru[m],
turmasq[ue] equitu[m] quib[us] p[re]fuerat, ademptis equis, in funditoru[m] alas
tra[n]scripsit. Mag[nu]m profecto dedec[us] p[at]rie pisonu[m] decore vindicatu[m] e[st].
Cu[m] quide[m] id egit piso, ut qui cupiditate vite adducti cruce dig
nissima fugitivis tropea de se statuere co[n]cesserat, libertati q[ue] sue servili
manu flagitiosu[m] imponi iugu[m] no[n] erubuerant, amaru[m] lucis usu[m] ex
perirent, et morte[m] q[ue] qua[m] effeminate timuerant viril[ite]r optarent.

Hec min[us] pisone acrit[er] Q. [metellus] p[ro]cessi[t], qui c[um] ap[ud] tebriam res gere
tur, collocatas a se i[n] quada[m] statione quinq[ue] cohortes atq[ue] ex ea vi
hostiu[m] depulsas repetere eandem stationem e vestigio iussit, no[n] q[uia] spera
ret ab hys amissu[m] locu[m] recuperari posse, s[ed] ut p[re]teriti culpa[m] pug[ne]
i[n]sequentis certaminis manifesto periclo puniret. edixit e[ti]a[m] ut siquis
ex hys fugiens castra petisset, p[ro] hoste interficeretur. qua severitate
compressi milites, et corporibus fatigatis et a[n]i[m]is desp[er]atione vite impli
catis, loci t[ame]n iniquitate[m] multitudine[m]q[ue] hostiu[m] superarent. Huma[ne]
imbecillitatis efficacissimu[m] duramentu[m] e[st] necessitas.

In eade[m] provincia Q. fabi[us] maxim[us] ferocissime gentis a[n]i[m]os co[n]
tundere et debilitare cupie[n]s, mansuetissimu[m] ingeniu[m] suu[m]
ad t[em]p[u]s deposita clementia seviore uti severitate coegit. O[mn]iu[m] eni[m] qui
ex p[re]sidiis roma[n]oru[m] ad hostes confugerant, captiq[ue] erant, man[us] ab
scidit, ut trunca p[re] se brachia gestantes, metu[m] defectionis reli
quis mitterent. rebelles itaq[ue] man[us] a corporib[us] suis divise

C

Nichil mitius. Casus. Scipio Affricanus maior devicto Hanibale et facta Kartagine tributaria puniunt duriter romanos transfugas quam latinos: romanos cruci affixit, sed latinos percussit securi. Littera expositione non eget. Non tamen verba Valerii in notando Scipionem de nichil mitius etc. Non prosequar: duas rationes assignat quare ulterior non est in narrando. Prima est quia Scipionis est qui dicitur ubi de crudelitate agitur de Scipione mentio fieri non debet. Secunda est quia non attinet servile supplicium quamvis merito romano sanguini insultare quia possunt narrari gesta sine domestico vulnere facta. Quereret aliquis quare dicit servile supplicium ...

iacere inque cruento solo dispersa ceteris ne idem committere auderent documento fuerit.

Nichil mitius superiore Affricano. Is tamen ad firmandam disciplinam militarem aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis mutuandum existimavit: siquidem devicta Cartagine cum omnes qui ex nostris exercitibus ad Penos transierant in suam potestatem redegisset, gravius in romanos quam in latinos transfugas animadvertit: hos enim tamquam patrie fugitivos crucibus affixit, illos tamquam perfidos socios securi percussit.

Non prosequar hoc factum ulterius, et quia Scipionis est, et quia romano sanguini quamvis merito perpesso servile supplicium insultare non attinet, cum presertim transire ad ea liceat que sine domestico vulnere gesta narrari possunt. Nam posterior Affricanus everso punico imperio exterarum gentium transfugas in edendis populo spectaculis feris bestiis obiecit. Et L. Paulus Perse rege superato eiusdem generis et culpe homines elephantis proterendos substravit, utilissimo quidem exemplo, si tamen acta excellentissimorum virorum humiliter existimare sine insolentie reprehensione permittitur: aspero enim et absciso castigationis genere militaris disciplina indiget, quia vires armis constant, que ubi a recto tenore desciverint, oppressura sunt nisi opprimantur.

Sed tempus est eorum quoque mentionem fieri que iam non a singulis, verum ab universo militari nomine obtinendo defendendoque administrata sunt.

Marcius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum P. et Gnei Scipionum, quos arma punica in Hyspania absumpserant, dispersas mira virtute collegisset, earumque suffragiis dux esset creatus, senatum de rebus actis a se certiorem faciens in hunc modum orsus est: L. Marcius tribunus pro pretore. Cuius honoris usurpatio patribus conscriptis non placuit, quia duces a populo non a militibus creari solerent. Quo tempore tam infausto tamque gravi ob rei publice dampnum etiam tribuno militum adulandum erat, quoniam quidem ad statum totius civitatis corrigendum unus sufficerat; sed nulla clades, nullum meritum valentius militari disciplina fuit. Succurrebat enim illis quam animosa severitate Tarentino bello maiores eorum usi fuissent, in quo quassatis et attritis rei publice viribus, cum magnum captivorum civium suorum numerum

... intellectum non quia in bello Tarentino Pirrhus contra romanos acerrimus erat pugnator res publica pluries fuit confracta. Semel ergo ... atque confracta Fabricius romanus pro captivorum redemptione missus fuit quos Pirrhus suo octo milia sponte et sine pretio reddidit, quibus patres quia se capi ... armis munitis varias penas decreverunt. Narrat hic Valerius quinque, quia primo qui militaverant coacti sunt pedites militare. Secundo quia qui primo fuerant ... centurionum funditorum auxilia ut possent lapides qui funda pycientur pararent. Tertio ne quisquam eorum intra romanorum tenderet castra ... Quarto ne locum extra castra eis assignatum vallo seu fossa cingeret. Quinto ne tentoria ex pellibus quod erat utilissimum haberent ... ad pristinum militie ordinem reposuerunt reversum si quis bina spolia ex hostibus tulisset, quibus compositis supplicijs ex deformibus munificibus ... acerrimi hostes extiterunt. Hanc hystoriam tangit Fabius hystoriographus dicit: Romanum miserat captivos quos Pirrhus reddiderat infames habe... armati capi potuissent nec ante eos ad veterem statum reverti quam sibi utrorumque occisorum hostium spolia retulissent.

a pirrho rege ultro missum recepisset, decreverunt ut ex hys qui equo me
ruerant peditum numero militarent, qui pedites fuerant in funditorum auxilia
transcriberentur, ne quis eorum intra castra tenderet neve locum extra assignatum vallo
aut fossa cingeret neve tentorium ex pellibus haberet. Recursum autem hys ad pri
stinum militie ordinem proposuerunt si quis bina spolia ex hostibus tulisset. Quibus su
plicijs compressi ex deformibus pirrhi intimulis acerrimi hostes extiterunt.

Par ira senatus adversus illos destrinxit qui apud Cannas rem publicam deseruerant.
Nam cum eos graviter dectri ultra mortuorum conditionem relegasset, acceptis a
Marco Marcello litteris ut eorum sibi opera ad expugnationem Siracusarum uti li
ceret, rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur. ceterum se permittere
ut faceret quod expedire rei publice credidisset, dum ne quis ex hys munere vacaret
aut dono militie donaretur aut in ytaliam donec hostes in ea essent accederet.
Sic enerves animos odisse virtus solet.

Age quam graviter senatus tulit quod P. petilium consulem fortissime adversus ligures
pugnantem occidere milites passi, quia pro salute imperatoris hostium se telis non ob
tulerunt, idque decretum amplissimi ordinis speciosum et eternum petilii monumen
tum extitit, sub quo in acie mortem in cuius ultore clari cineres eius quiescunt.

Consilii animo cum ei hanibal sex milia romanorum que castra capta in castris
habebat redimendi potestatem fecisset, conditionem sprevit memor tantam multitu
dinem armorum iuvenum si honeste mori voluisset turpiter capi non potuisse.
Quorum nescio magis dedecori fuit quod patria spei an quod hosti metus nichil
in hys reposuerit, hec profecto ille ne adversus se dimicaret pro ducendo.
Sed cum aliquotiens senatus pro militari disciplina severe excubuit, ne
scio an tum precipue cum milites qui regulum iniusto bello occupaverant mo
tuo quidem duce budellio marcum cesium scribam eius sua sponte imperatorem
delegerant carcere inclusit. At marco furio flacco tribuno plebis de
nuptiante ne in cives romanos adversus morem maiorum animadverteret
nichilominus propositum exequutus est. Ceterum quo minore cum invidia
id perageretur, quinquagenos per singulos dies virgis cesos securi percuti

Punicum bellum (?) hic autem dicit aliam punitionem ... senatus. Casus. tempore quo hanibal erat in ytalia debellaturus ... romanos apud Cannas multi captivi redempti fuerunt ... a senatu multa ... bene accidit ... militabat sub marco marcello ... obsidere siracusas ipse scripsit senatui ut remitteret ei senatus istos in bello isto. Senatus rescripsit quod sibi non videbatur si faceret quod videret utile rei publice.

Hic ponit dicit aliam ... senatus ... militari disciplina. Casus talis est. petilius ... expugnavit ... in ligu... ... milites sui non bene ... turpiter fugerunt ... senatus habuit hoc valde mo... ... eis ...

... hostes. ... quod patria ... nichil de eis spe... ideo redimere noluit ... hostes ... in illos ... ideo redemptioni expositus.

Sed cum aliquotiens ... hic valerius dicit aliam ... graves disciplinae militaris facta per senatum ... legio ... que erat in calabria ... ... civitatem illam ... corpus ... et ... notavit ... Sed senatus ... ... quod omnes ... amputata capitis ... quod omnes fuerunt mortui qui erant fere tota milia.

iussit. Eorum quoque corpora sepulturae mandari mortemque lugeri vetuit.

Leniter hoc, si Kartaginensium senatus in militiae negotiis procurandis violentiam intueri velimus, a quo duces bella pravo consilio gerentes, etsi prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur, quod bene gessissent deorum immortalium adiutorio, quod male commisissent ipsorum culpae imputantes.

Clearchus vero Lacedemoniorum dux egregio dicto disciplinam militiae continebat, identidem exercitui suo auribus inculcando a militibus imperatorem potius quam hostem metui debere. Quo dicto aperte denuntiabat futurum ut spiritum poenae impenderent, qui pugnae acceptum pugnae ferre dubitassent. Idque a duce praecipi non mirabantur, matrum blanditiarum memores, quae eos exeuntes ad praeliandum monebant ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domesticos parietes accepto signo Spartanae acies dimicabant.

Sed aliena prospexisse tantum sat est, cum propriis multo quidem uberioribus et felicioribus exemplis gloriari liceat. Disciplina militaris acriter retenta principatum Italiae Romano imperio peperit, multarum urbium, magnorum regum, validissimarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus patefecit, Alpium Taurique montis convulsa claustra tradidit, ortumque e parva Romuli casa totius terrarum fecit columen. E cuius sinu quoniam omnes triumphi manarunt, sequitur ut de triumphandi iure dicere incipiam.

De iure triumphandi. ca. iii.

Ob levia praelia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant. Quibus ut occurreretur lege cautum est ne quis triumpharet nisi qui quinque milia hostium una acie cecidisset. Non enim numero sed gloria triumphorum excelsius urbis nostrae futurum decus maiores existimabant. Ceterum ne tam praeclara lex cupiditate laureae oblitteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, quam Lucius Marius et Marcus Cato tribuni plebis tulerunt, poenam eius imperatoribus minatur qui aut hostium occisorum in praelio aut amissorum civium falsum numerum litteris senatui ausi essent referre, iubetque eos cum primum urbem intrassent apud quaestores urbanos de utroque numero vere ab hiis senatui esse relatum iurare.

post has leges etc. Continua sic. quia de legibus triumphandi diximus illud iudicium etc.

Demum dicat Celius luctatius ponit exemplum et summa stat in hoc luctatius consule et valerius pretor in sicilia bellum contra kartaginenses bellum habebant. Consule igitur infirmante pretor insignem penorum i. affricorum et kartaginensium classem i. navium multitudinem navali bello delevit quo bello senatus luctatio triumphum decrevit et non pretori. Sed pretore considerante ut sibi etiam triumphus daretur luctatius consul negavit asserens iniustum esse ut minor potestas adequaretur. Orta deinde contentione valerius sponsione luctatium provocavit nisi ductu suo punica classis esset oppressa nec dubitavit luctatius restipulari i. affirmare que dixerat. Igitur atilius calatinus iudex convenit inter eos apud quem valerius dixit quod luctatio consule in pugna non existente sed in lectica iacente ipse omnibus partibus i. officiis imperatoriis functus est ergo sibi et non consuli debebatur triumphus. Tunc iudex inquit o valeri pretor quero a te si inter vos duos contrariis dissensissetis i. discordassetis sententiis si dimicandum erat necne esset utrum quod consul aut quod pretor imperasset momentum maius haberet. Cui respondit valerius non se facere controversiam quin priores partes i. prior dignitas consulis esset. Deinde aliam questionem sibi facit si inquit diversa auspicia accepissetis (quid sit supra eodem libro capitulo primo patet) cuius magis auspicio staretur. Respondit valerius quod consulis. Tunc iudex iam hercle adverbium iurandi inquit. Cum de imperio et auspicio inter vos disceptationem susceperim vel susceperitis et de utraque scilicet imperio et auspicio adversarium tuum superiorem fuisse fatearis.

Tempore certo quo cum pretor in illis contendebatur consulem esse primum et maiorem restabat consulis ut daretur triumphus et non pretori luctatius non probabiliter egit etc.

legitimum i. non quia legitimum premium petit sed quia illud premium anelabat quod ab omnibus est optatum nam nisi honor triumphi desideraretur non sic ad pugnam animaretur et sic non improbe fecit pretor ait alius valerius quidem quia fortis et prospere pugna quam fecit ita tamen fecerat ita ut non legitimum premium petit. Nam qui premium petebat non improbe faciebat sed quod legitimum non petebat in iudice culpantur advocati causas excedentes. In consule commendantur prelati suas causas defendentes. In pretore arguuntur bellatores premium expectantes.

non plura precepens i. non aliud sibi divinavit quam postea accidit nam bona spernere mala significare sibi est.

Sed eos nisi cum primum urbem inisset apud questores urbanos de utroque numero iurare vere ab hys senatui esse scriptum. post has leges iudicium illud te pestiva initio introducitur inquo de iure triumphandi inter clarissimas personas actum excussumque est.

Q. Lutatius consul et Q. Valerius pretor circa Siciliam insignem penorum classem deleverant. Quo nomine luctatio consuli triumphum senatus decrevit. Cum autem valerius sibi quoque eum decerni desideraret, negavit id fieri oportere luctatius ne in honore triumphi minor potestas maiori equaretur. pertinaciusque progressa contentione valerius sponsione luctatium provocavit nisi suo ductu punica classis esset oppressa. nec dubitavit restipulari luctatius. Itaque iudex inter eos convenit atilius calatinus. apud quem valerius in hunc modum egit. consulem in ea pugna in lectica claudum iacuisse, se autem omnibus imperatoriis partibus functum. Tunc calatinus priusquam luctatius causam suam ordiretur, quero inquit valeri a te, an dimicandum necne esset, si inter vos sententiis dissedissetis, utrum quod consul an quod pretor imperasset maius habiturum momentum. Respondit valerius non facere se controversiam quin priores partes consulis essent future. Age deinde inquit calatinus si diversa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur. Item respondit valerius consulis. Iam hercle inquit cum de imperio et auspicio inter vos disceptationem susceperim, et tu adversarium tuum superiorem fuisse fatearis, nihil est quod ulterius dubitem. Itaque luctati quamvis adhuc tacueris secundum te litem do. Mirifice iudex quod in manifesto negotio tempus teri passus non est. Probabilius luctatius quod ius amplissimi honoris constanter defendit. sed ne valerius quidem improbe quia fortis et prospere pugne ut non legitimum ita optandum premium petiit.

Quid facias Gneo Fulvio Flacco qui tam expetendum alys triumphi honorem decretum sibi a senatu ob res bene gestas sprevit ac repudiavit. Nimirum non plura percepens quam accideint. Nam ut urbem intravit continuo ex questione publica afflictus exilio multatus est. ut si quid religionis insolentia commisisset pena expiaret.

Sapientiores ergo Quintus Fulvius qui Capua capta et L. Opimius qui Frege[llanis ad deditionem compulsis triumphum petierunt]

Sapientiores etc. ab hac parte usque ad infra sequente hos sub[...] necnon probat valerius ... quia imperio recuperato triumphus dabatur ...

cepit et lucius qui fregellas civitatem ad deditionem compulit triumphum petentes non obtinere non passi conscriptorum invidia cui numquam aditu ... luerunt sed summa diligentia iuris ... quo cautum erat ut pro aucto imperio non pro recuperatis que prius romanorum fuisset ut isti fecerant triumphus decerneretur. Tunc enim ille due civitates prius subiecte sub romano imperio rebellaverant ... Tantum

Quid facias. iste fulvius respuit triumphum seu superbia seu alia causa provocatus in iudicium et dampnatus est

sprevit ac repudiavit quia videbatur sibi quod populus romanus vellet sibi dare de gratia non de iure cum tamen sibi videretur de iure competere ... re et ideo sprevit.

pena expiaret. Nota quod quidam libri habent defectum honorem sed non est vera quia tunc repudiavit non haberet locum sed debet dicere decretum scilicet ... et ideo repudiavit per superbiam que sue ruine causam dedit.

Ut siquid religionis insolentia etc. erat de more antiquorum ut cum imperatores redirent referrent gesta eorum in consilio et ... in ista tamen aliquid superbie committerent exilio expiabat

...tum enim / hec sunt verba Valerii in quibus probat hanc consuetudinem esse laudabilem. secundo ondit eam optime esse servatam et custoditam ... vinet. dicit quod bene numquam faciebant romani quia tantum interest an adycias aliquid imperio an detractum restituas quantum distat ... initium ab iniurie fine. ponere enim finem iniurie non est eiusdem status cum initio beneficii. quin etiam ondit ista consuetudinem ... bene servatam et duo facit. primo quod dictum est. 2o exclat (?) ibi probent. dicit ergo quin etiam ius etc. quod ad eas res gerendas missi ... sine ullo magistratu id est quia non fuerunt in aliquo dignitatis gradu utpote senatoris vel consulis et huiusmodi sed solum statu privato

...llianus ad deditionem compulsis triumphandi potestatem a senatu petierit / uterque edi-
tis operibus magnificis / sed neuter petite rei compos. Non quidem invidia patrum
conscriptorum / cui numquam in curia aditum esse voluerunt / sed summa diligentia ob-
servandi iuris quo cautum erat, ut pro aucto imperio non pro recuperatis que
populi romani fuissent triumphus decerneretur. Tantum enim interest adicias aliquid
an detractum restituas / quantum distat beneficii initium ab iniurie fine.

Quin etiam ius de quo loquor sic custoditum est ut P. Scipioni ob recuperatas
Hispanias / M. Marcello ob captas Siracusas triumphus non decerneretur / quod ad
eas res gerendas sine ullo erant missi magistratu. Probent nunc ergo glorie
cupidi qui ex desertis montibus mioparonumque piraticis rostris laudis ino-
pes lauree ramulos festinabunda manu decerpserunt. Cartaginis imperio abru-
pta Hyspania / et Sicilie caput abscissum Siracuse triumphales currus iun-
gere nequiverunt / et quibus viris? Scipioni et Marcello / quorum ipsa nomina instar
eterni sunt triumphi. Sed clarissimos solide vere que virtutis autores humeris
suis salutem patrie gestantes et si coronatos intueri senatus cupiebat iustiori
tamen reservandos lauree putavit.

His illud subnectam / moris esse ab imperatore ducturo triumphum consules
invitari ad cenam / deinde rogari ut venire supersedeant / ne quis eo die quo ille
triumpharit maioris in eodem convivio sit imperii.

Verum quamvis quis preclaras res maximeque utiles rei publice civili bel-
lo gessisset / imperator tamen eo nomine appellatus non est / neque ulle supplicationes de-
crete sunt. Neque aut ovans aut curru triumphavit / quia ut necessarie iste
ita lugubres semper existimate sunt victorie / utpote non externo sed domesti-
co parte cruore.

Itaque et Nasica Tiberium Gracchum et G. Metellus Opimii factiones mesti
trucidarunt / Quintus Catulus M. Lepido collega suo cum omnibus seditiosis co-
piis extincto moderatum prae se ferens gaudium in urbem revertitur.

Gaius etiam Antonius Catiline victor abstersos gladios in castra rettu-
lit / L. Cinna et G. Marius hauserant quidem avide civilem sanguinem sed non protinus

... Gneus Metellus factores / ad demos redierunt.

Ovantes dicebantur illi quibus fiebat alacritas et festum pro aliqua victoria non merente triumphum quod cum curru fiebat et pro magnis victoriis, et dicebantur ovantes ab ovibus que perdidit (?). Triumphantes sacrificabant cum tauris.

Iam lucius Silla / iste Silla et si pro diversas patrias triumphum duxit / in pompa tamen triumphi nullum oppidum romanorum vexit. Vide o lector et considera quod romani de strage ac suorum civium morte nullum unquam gaudium habuerunt quia et si hostibus suis quis possit dampnum facere inhumanum tamen est suos quantumcumque hoste se probere. Cum enim civitas nichil sit nisi civium unitas civitatis nomen vitetur pro de qui in concives vult sevire. Et quibus autem omissis bello vel civili inter cetera et post omnia que alia narravit quia bellum civile populi ad nobiles ut ad Tiberium Gracchum et consulum inter se ut Catuli et Lepidi commutatoris (?) civium nobilium et plurium ut Antonii et Catiline lucii Sille et Marii quod fuit bellum atrocissimum / tamen eius pugnam ultra ... pro multa rei publice precedere quia ultra narrare non posset nisi civile bellum Cesaris et Pompei tangeret.

ad templa z aras. Erat aut̄ consuetudo triumphantium ut ad aras in capitoliū ducerentur z ibi sacrificarent sed isti multos habuis uictorias non triumphauerunt quia cum ciuilis sanguinis effusione fuit. ¶ Ceterum. hec est capituli conclusio ad cuius intellectum nota quod ...
qui ciuem suum protexerat de lauro non qui triumphum meruerat corona habebat ...

ad templa z aras deoꝝ tetenderit.

[I]am luci⁹ silla qui plurima bella ciuilia confecit et crudelissima z insolentissimi successus fuerit cum consumata atq; stricta potentia sua triumphum duceret ut grecie z asie multas urbes, ita ciuium romanoꝝ nullum oppidum uexit. Tedet pigetq; miseria rei publice ulterius procedere. laurea non senatus augusto dedit nec quisq; sibi desiderauit ciuitatis parte lacrimante. Ceteꝝ prone manus porrigunt ad quercum ubi ob ciues seruatos corona dada est. qua postes auguste domus sempiterna gloria triumphat.

Nullum oppidum. Solebant triumphantes pro spoliis z insignia habere pictas ciuitates z pictas ab ipsis deuictas. habuerat plures uictorias silla z inter hostes z inter ciues ad propositum dicit quod multas ciuitates grecie z asie uexit in insignibus suis non solum unum oppidum ... quod ipse recuperasset z sic hoc quia non decerne bat triumphus pro recuperatis.

De cesoria nota disciplina capm Quartum libri scđi

¶ Capitulum istud est de censura. Quid sit censura dictum est ... quia dignitas judicandi morum hominum judicans sit aut in determinato ... 2o prosequitur ibi, Camillus. Circa primum duo facit ...

[C]astrensis discipline tenacissimum uinculum z militaris disciplina romanis diligens obseruatio admonet me, ut ad censuram, pacis magistram custodemq; transgrediar. Nam ut opes populi romani in tantum amplitudinis imperatorum uirtutibus excessere, ita probitas z continentia censorio supercilio examinata est, opus effectu par bellicis laudibus. quid enim prodest foris esse strenuum si domi male uiuitur. Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus iniciantur, nisi foro z curie officium ac uerecundia sua constiterit, partarum rerum celo cumulus equatus sedem stabilem non habebit. ad rem igitur pertinet nosse atq; adeo recordari acta censorie potestatis.

¶ Nam ut opes. Causam dicti assignat z primo ea ponit. Secundo ea probat ibi quid enim dicit ... post predicta de censura tractandum.

¶ foro. forum erat locus publicus rome in quo populus conuocari solebat. Sed curia locus erat secretior in quo soli patres conscripti ad consultandum intrabant.

[C]amillus z postumius censores, era pene nomine eos qui ad senectutem celibes peruenerant in erarium deferre iusserunt. Iterum puniri dignos si quo modo de tam iusta constitutione queri sunt ausi, cum in hunc modum increparentur. Natura uobis quemadmodum nascendi ita gignendi legem scribit, parentesq; uos alendo nepotum nutriendorum debito si quis est pudor alligauerunt. Accedit his quod etiam fortuna longam prestandi huiusmodi muneris uacationem est assecuti, cum interim consumpti sint anni, z mariti z patris nomen uacuum.

Incipit autem exemplum ponere censorie districtionis romane z nulla extranea ponens quia a Camillo et postumio censoribus factum est. Isti enim eos celibes qui ad senectutem uenerunt era ad erarium ferre cogebant quia sicut natura eis dederat legem nascendi, ita et filios gignendi, ideoq; dignum putabant ex quo legi non usi non fuerant z posteritati nullum fructum fecerant ut stipe in tributum mittere possent soluerent ...

Sm speciem nisi deus aliter ordinauit, futuro iudicio in quo moriemur stati surrectum quia ergo pater non potest semper uiuere in se ipso uiuit in filio ... se perpetuare in eadem numero perpetuat se in eadem specie. et sic pater in filio ita postmodum in nepote z deinceps. ideo dicit Auctor. 2o ... qualis ... | preedicit ualerius | parentesq; uos alendo siquis est uobis pudor debito modo uos alligauerunt nutriendorum nepotum nodosam ... burum quia sicut nodosa arbor non est delectabilis manui z est fortis, ita tributum est fortissimum onus.

Historiam hanc Tullius libro suo de Senectute in hec verba tangit. Invitus feci quod Lucium Flamininum septem annis post quam consul fuisset a...

Ite igitur et nodosa exsolute stipe utile posteritati monere.

Horum severitatem M. Valerius Maximus et C. Iunius Brutus Bubulcus censores consimili genere animadversionis imitati sunt. L. enim Antonium senatu moverunt, quod quam virginem in matrimonium duxerat repudiasset nullo amicorum in consilio habito. At hoc crimen nescio an superiore maius. Nam illo coniugalia sacra spreta tantum, hoc et iniuriose tractata sunt. Optimo igitur iudicio censores indignum eum aditu curie existimaverunt. Sed Porcius Cato L. Flamininum quem e numero senatorum sustulit quia in provincia aliquem dampnatum securi percusserat tempore supplicii ad arbitrium et spectaculum unius mulierculae cuius amore tenebatur electo. Et poterat inhibere respectu consulatus quem is gesserat atque auctoritate fratris eius Titi Flaminini. Sed et censor et Cato duplex severitatis exemplum eo magis illum notandum statuit, quod amplissimi honoris maiestatem tam tetro facinore inquinaverat. Nec pensi duxerat isdem imaginibus ascribi meretricis oculos humano sanguine delectatos et regis Philippi supplices manus.

Quid de Fabricii Luscini censura loquar? Narravit enim omnis etas et deinceps narrabit ab eo Cornelium Rufinum duobus consulatibus et dictatura speciosissime functum, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum in ordine senatorio retentum non esse. Ipse mediusfidius michi littere seculi nostri obstupescere videntur, cum ad tantam severitatem referendam misterium accommodare coguntur ac vereri ne non nostre urbis acta commemorare existiment. Vix enim credibile est intra idem pomerium decem pondo argenti et invidiosum fuisse censum et inopiam haberi contemptissimam.

Marcus autem Antonius et L. Flaccus censores Duronium senatu moverunt, quod legem de coercendis conviviorum sumptibus latam tribunus plebis abrogaverat. Mirifica nota tam causa quam enim impudenter Duronius rostra conscendit...

illa dictura? Feminis sit vincti nobis quidem nullo modo petiendi alligati et
constricti est amaro vinclo servitutis. lex est lata et que nos esse fugi-
tivas abrogem igitur istud horride vetustatis rubigine obsitum imperium. et cum
quid opus libertate si volentibus luxu perire non licet :·

Age par proferam equali iugo virtutis, honorum que societate vic-
tum, insiticium aut emulationis animo dissidens. Claudius nero livius quintus
salinator secundi punici belli temporibus firmissima rei publice latera
quam districtam simul egerunt censuram. Nam cum equitum centurias recogno-
scerent et ipsi propter robur etatis etiam nunc eorum essent e numero ut est ad po-
liam ventum tribum preco lecto nomine salinatoris citandus nec ne sibi esset hesi-
tavit. quod ubi intellexit nero citari collegam et equum vendere iussit quia populi
iudicio dampnatus esset. salinator quoque eadem animadversione neronem secutus est
adiecta causa quod non sincera fide secum in gratiam redisset. Quibus vis siquis ce-
lestium significasset futurum ut eorum sanguis illustrium ymaginum serie deductus in
ortum nostri salutaris principis confluet depositis inimicitiis artissimo se ami-
citie federe iunxissent, servatam ab ipsis patriam communi stirpe servandam relicturi.
Salinator quoque quatuor atque triginta tribus inter erarios referre non dubi-
tavit, cum se dampnassent postea consulem atque censorem fecissent. preterivit quia
causam, quia necesse esset, eas alterutro facto crimine temeritatis et periurii teneri.
unam tantummodo tribum meciam vacuam nota reliquit, que cum suffragiis suis ut
non dampnatorem ita nec honore quidem dignum iudicaverat. quem putem consultatis
et prevalidi ingenii fuisse, qui neque tristi iudiciorum exitu compelli neque
honorum magnitudine adduci potuit quo se blandiorem in administratione rei
publice gereret.

Equestris quoque ordinis bona magna que pars. cccc. iuvenes censoriam no-
tam patienti animo sustinuerit, quos marcus valerius et p. sempronius quia in
sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussi facere id neglexerant, equis publicis
spoliatos in numerum erariorum retulerunt.

Turpis etiam metus summa cum severitate penam exegerunt. M. est attili reguli

Salinator persequitur quo Salinator persecutus est neronem ad intellectum nota quod post talem [illegible] a nerone datam hic Salinator fuit [illegible] tringintaquatuor tribubus consul et censor electus. Tunc iste illas triginta iiii tribus accusavit [illegible] census et era tribuere quia cum se dampnassent consulem et censorem fecissent postea necesse quia eas erat altero crimine inculpari aut temeritatis [illegible] iustitia condempnando aut periurii [illegible] statuta ipsum eligendo unam tantum tribum s. meciam quia sicut vocabatur nota i. infamia vacuam reliquit que tribus suffragiis [illegible] suis ut i. sicut non dampnatorem ita nec honore dignum iudicaverat. [illegible] tribus erat in quibus [illegible] erat distincti que omnes una excepta cum nerone salinatorem dampnaverat et ipsum postea censorem et consulem elegerat pro qua causa eas punivit. Centuria sicut dicit ysidorus [illegible] centum [illegible] milites centum [illegible] hys presunt centuriones dicuntur. Quem putamus hic valerius commendat salinatorem dicens prevalidi etc.

Turpis etc. tangit autem quod [illegible] adversus [illegible] censorie dignitatis [illegible] intellectum quod post cannensem infeliciter pugnam commissam [illegible] cum pluribus militibus equestribus romanis [illegible] de italia abire quos [illegible] timore turpe [illegible] non potest [illegible] Philippus equis [illegible] consules [illegible] nota afficeret [illegible] hanibalis in bello [illegible] senatu [illegible] captivis legati ab eo hanibale venisse [illegible] romano sanguini etc.

[illegible] in urbe remanserunt et hoc [illegible] infames reddent. Et quia romano sanguini etc.

[..]s. Regulus de quo dictum est li. p[rimo] c[apitulo] p[rimo] [illegible]. Secundo quod nam pater huius censoris a carthaginensibus captus erat si reuertebatur occidi[...] ... morte rediit. Debent quod milites in ordine ad hostem esse audaces nec ipsum timere quia timere rebellare non stat simul. Secundo de ... [..]eles qui hosti aliqua promittunt quia fides cum promittitur et hosti quam que debet assumitur seruanda est ut scribit beatus Aug[ustinus] ad Bonifa[cium]

Et L. Furi[us] philippus M. metellum questorem compluresque equites romanorum qui post infelicitatem commissam cannensem pugnam cum eo se abituros ytalia iurauant direptis equis publicis inter erarios referendos curauerunt. Eos quoque graui nota affecerunt qui cum in potestatem hanibalis uenissent legati ab eo missi ad senatum de permutandis captiuis neque impetrassent quod petebant in urbe manserunt quia et romano sanguini fidem prestare conueniens erat et m. atilius regulus censor perfidiam notabat. Cuius pater per summos cruciatus expirare quam fallere cartaginenses esse durat satius. Iam hec censura ex foro in castra transcendit que neque timeri neque decipi uoluit hostem. Sequuntur duo eiusdem generis exempla que adiecisse satis erit. Ceta cum a lucio metello et gneo domitio censoribus senatu motus esset postea censor est effectus. Item m. ualerius messallia censoria nota perstrictus censoriam postmodum potestatem impetrauit. Quorum ignominia uirtutem acuit rubore enim et exercitati omnibus uiribus incubuerunt ut digni ciuibus uiderentur quibus dari potius quam obici censura deberet.

Est et illa quasi priuata censura maiestas clarorum uirorum sine tribunalium fastigio sine apparitorum ministerio potens in sua altitudine obtinenda. Grato enim et iocundo introitu animis hominum allabitur admirationis pretexta uelata quam recte quis dixerit longum et beatum honorem esse sine honore. Nam quid plus potuit tribui consuli quam est datum Q. metello qui cum causam repetundarum diceret tabule que eius expostulate ad nomen inspiciendum curam iudicium ferrentur totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit ne de aliqua re de qua in hiis relate erant uidetur dubitasse. Non in tabulis esse sed in uita Q. metelli argumenta sincere administrate prouincie legenda sibi iudices crediderunt indignum rati integritatem tanti uiri exigua cera et paucis litteris perpendi.

Set quid mirum si debitus honos a ciuibus metello tributus est quem superiori affricano et hostis prestare non dubitauit. Siquidem rex anthiocus

Secuntur duo etc. Tangit auctor duo exempla clara in hac parentia quibus ostenditur quod de indigno quis efficitur dignus et de aliqua dignitate remotus rursus in eadem assumitur emendatus. Et dicit quod valerius de eis quorum ignominia uirtutem acuit ... a dignitatibus electi merentur ... et ad bene agendum inducitur rubore enim eius ignominie excitati alii homines hec eis uidentes omnibus uiribus incubuerunt ut illis ciuibus uidentur digni quibus postea censura debetur dari quam abici. Ita se habuerunt honorem recuperantes ex uirtute ut aliis hominibus satisfacerent si illos habiti a dignitate priuatis quibus censura magis quam abici dare debet digni apparerent quia ipsi iudicati alios hominis uiditarie an digni uel indigni esse potuerit.

Est [..] maiestas quasi quedam priuata potestas non enim habet reuerentia illi deferentur. Et sic quasi quedam censura ... satellites ministri ... excitant.

Vox uirtutis qua habet cum honore est adhibendus. Unde notandum quod honor ... accipitur ... reuerentia ... potest accipi pro officiis uel dignitatibus eminentia.

Sed quid mirum etc. Tangit auctor reuerentiam superiori affricano prestitam ab hostibus. Nam rex anthiocus hostis eius acceptum filium captum sibi remisit magis superiori maiestatem quam ipsum uideri ... dolorem et hoc habetur li. ... de bello macedonico ... Item sic maiestas ... et ab hostibus ... reuerentia habita ut diffuse patet ... nulla patitur obscuritates.

Sed in uita metelli littera clara est declarato illo uocabulo repetundarum. Ad intellectum notandum quod mos rome erat ... deposuisset pecuniam et eam habere non potuisset ad pretorem ueniebat iustitiam petens de debitore et tunc pretor mandabat terminum debitori infra quem pecuniam persoluerit et redderet et tunc talis petitio uocabatur petunde dare (i. penitus petere). Si uero ... non soluebat iterum creditor ad pretorem ueniens pecuniam repetebat et inde dicebant repetunde repetundarum quia sibi ... aliquam de communi ... in prouincia quam regebat recepisset et ideo petebant ab eo tabule ad aduersus eius in quibus scripta erant ... quas cum obtulisset iudices eius uirtutis moti uidere passi non sunt ... et una lex que dicitur lex repetundarum qua lege ... nomi[ne] ... pretium dare ... uidere esse postulare ... prohibet.

bello q(uo)d cu(m) romanis gerebat, filiu(m) suu(m) a militib(us) suis interceptu(m) honorati
ssime excepit, regijsq(ue) munerib(us) donatu(m) ult(ro) (et) celeriter p(at)ri remisit, q(uam)q(uam)
ab eo tu(m) maxime finib(us) imp(er)ij pellebat(ur). S(ed) et rex lacessit maiestate ex
cellentissimi viri venerari q(uam) suu(m) dolore(m) ulcisci maluit.

Ad eunde(m) affricanu(m) in linterna villa se continente(m) complures p(re)do
nu(m) duces videndu(m) eo t(em)p(or)e forte confluxerunt quos cu(m) ad vi(m) faciendam
venire existimasset, p(rae)sidiu(m) domesticor(um) in tecto collocavit. Eratq(ue) in hys
repellendis (et) a(n)i(m)o (et) apparatu occupat(us), q(uo)d ut p(re)dones animaduerterunt di
missis militib(us) abiectisq(ue) armis ianue appropinquabant (et) clara voce
nunciabant scipioni no(n) vite ei(us) hostes s(ed) virtutis admiratores ve
nisse, conspectu(m) (et) congressu(m) tanti viri q(ua)si celeste ad b(e)n(e)ficium expetentes,
proin(de) securu(m) se nob(is) sp(ec)tand(um) prebere no(n) g(ra)vet(ur). hoc postq(uam) domestici sci
pioni retulerunt, fores reserari eosq(ue) intromitti iussit. qui postes ianue
tanq(uam) aliqua(m) religiosissima(m) ara(m) sanctumq(ue) templu(m) venerati, cupide scipio
nis dextera(m) apprehenderunt. ac diu osculati positis an(te) vestibulu(m) donisque
deor(um) i(m)mortaliu(m) numini consecrari solet, leti q(uod) scipione(m) vidisse con
tigisset, ad lares p(ro)p(ri)os reverterunt. Quid hoc fructu maiestatis exce
lsi(us)? quid et iocu(n)dius? hostis ira(m) admiratione sui placavit, sp(ec)taculo
p(re)sentie sue latronu(m) oculos gestientes vidit. delapsa celo sidera homini
b(us) si se offerant, veneratio(n)is no(n) ampli(us) reciperent.

Et hec quide(m) vivo scipioni, illud aut(em) emilio paulo exanimi
contigit. Na(m) cu(m) exequie eius celebrarentur, ac forte tunc pri
cipes macedonie legatio(n)is nomine rome morarentur, funebri lecto
sponte sua se subiecerunt. q(uo)d aliquanto maius videbit(ur) si qui cognoscant
lecti illi(us) frontem macedonicis triumphis fuisse adornata(m). Quanto

Ad eunde(m) (et)c. Cum scipio moraret(ur)
in villa linternia multi duces p(re)do
nu(m) gratia videndi eu(m) ibi convenerunt
(et) fuerunt tot q(uod) scipio timuit ne
venirent ... violentia ei inferenda(m)
erat aut(em) Scipio cu(m) paucis comitib(us)
ex quo timore fecit abscondi caute
multos domesticos (et) familiares ut
posset resistere si opus eet volebat
(enim) p(re)dones intento a(n)i(m)o repellere
illinc quod ut p(re)dones cognoverunt
depositis armis domui scipionis appi(n)
quant dicentes clare no(n) venim(us)
ut ei iniuria(m) velim(us) facere s(ed) ut eu(m)
videam(us) expectabant q(ue) eu(m) videre
ta(n)q(uam) celeste b(e)n(e)ficiu(m) q(uo)d postq(uam) scipi
oni nu(n)ciatu(m) e(st) eos tam avidos ex
pectare ip(su)m videre portas ap(er)iri
p(re)donib(us) iussit qui postes porte
ta(n)q(uam) aliq(uo)d sa(cru)m templu(m) venerat(i) s(unt)
ac scipionis dext(er)am osculantur et
positis an(te) mensam scipionis ple
bedonis (?) p(ro)ut offerunt(ur) deis ad p(ro)p(ri)a
remearunt.

Et hec quide(m) (et)c. dicit au(tor) ha(n)c
p(re)dicta(m) reverentia(m) fecerunt hostes
scipioni viventi. S(ed) illud q(uo)d sequit(ur)
fecerunt hostes emilio paulo ia(m)
mortuo. Iste n(am)q(ue) paulus de ma
cedonib(us) triumphaverat (et) cu(m) eius
exequie rome celebrarentur p(r)in
cipes macedonie qui erant p(ro) le
gatis sponte se lecto funebri
subiecerunt.

Rogatur loquitur valerius, cum ipsi romanus uideo ambasiatores emiliu paulu ad sepul... ferre recordabatur tempestatum quas emilius ipsis macedonibus intulerat, nec tamen ipsi hoc ... unt sed ei reuerentia exhibuerunt. Tande valerius alloquitur paulu dicens bis te paule ...
a uulgi quod illum ferendo uulgus recordabatur et mirabatur cogitans qui uicerat illos

Quantum eni paulo tribuerit pp que gentis sue cla diu indutu per ora uulgi ferre no extorruerit quod spectaclm funeri spetie alti triupli adiecit. bis eni te paule macedonia urbi nre illustre ondit i colume et spoliis suis fatto functuz humeris.

Ne fily tui quide sciploris emiliique i adoptoez dado duaz familiaz ornamtuz ee uoluisti maiestati pacs honor tributu e. Eu eni adoloscentez admoduz a lucullo consule petendi auxiliu gra ex hyspania i affricaz missuz kartaginenses z maximissa rex de pace desceptatorez uelut osulez z impatore huerunt. Ignara quidez fatoz suoz kartago Orietis eni illo uiuete dec deoz atqz hoiuz indulgentia ad eradiu ei alebatur ut supi cognomen affricanu capta posti euersa cornelie genti daretur. Quid dapnatione quid exilio misis atqz publio rutilio conspiratoe publicanoz compulse paulso auctoitatez adimere no ualuerunt cui asia petenti oms prouitie ille ciuitatis legatos ei secessuz opcientes obuiaz miserunt. exulac aliquis hoc loco an triuphac iusti dixerit.

Gaius et mari i profunduz ultimaz miseriaz obiect ex ipso uite discrimie bnficio euasit missus eni ad eu occidend in priuata domo miturnis clausuz seruus public natoe cimber et senex z inerme z squalore obsituz strictuz gladiu tenes aggredi no sustinuit z claritate uiri obcecat abiecto ferro attonit inde ac tremes fugit. Cimbica nimiz calamitas oculos homis perstrinxit deuicte qp gentis sue interitu auz cominuit et dys imortalibus indignu ratis ab uno eius natois interfici mariuz quaz totaz deleuat. Miturnenses aut maiestate illi capti compulsi iaz et constrictu dira fati necitate i columem prestiterunt nec fr cistimori aspertima sille uictoria cu prestiz ipe marius eos a conseruando mario absterrere posset.

Ne fily quide etc. loquitur de paulo et prius nunc loquitur de nepote ... intellectu faciend quod scipio posterior qui africa destruxit fuit isti pauli de quo immediate dictum est filius carnalis ... sic patet in libro de scipione scipionis qui pater suus in adoptionem dedit genti cornelie ut melius patet in lo 4o c ultimo ... scipio affricanus posterior duarum familiarum fuit ornamentum s. emiliane et corneliane ... nota quod cum lucullus in hyspania bellum gereret hunc scipionem ualde iuuenem in affricam auxilio misit quem kartaginenses et maximissa rex uoluerunt habere desceptatorem uel arbitrum pro ... in quo tempore cartago erat ignara ... quod illud dec oriens in uirtutibus indulgentia deorum atque hominum ad eius excidium alebatur ut ipsa capta cartago ... primum cognomen affricani quod ad primum posti non euersa cornelie genti daret et hoc quo ad secundum scipionem ... alias operientes id est tegentes eius secessum ne uideretur exulare.

marius etc. hic gaius marius fugiens ... iamen aquam petentis accepit et in eadem uilla manens sub latebra a suo ... seruus faciebat natione cimbro id est flamingus ... uiri claritate attonitus ipsum aggredi non sustinuit, ymo tremens fugit. exclamatio valerii cimbrica inquit

et est sensus quod ipse met marius causam dabat eis ... defenderent.
abstrahere eos s. miturnenses ... fautores sille ... ne in eos obseruatione marii ulciscerentur

Marcum quoque porcium catonem admiratio fortis ac sincere vite adeo venerabilem
senatui fecit ut cum invito C. Cesare consule adversus publicanos dicendo
diem abstraheret / ob id iussu eius a lictore in carcerem duceretur / universus senatus
illum sequi non dubitaret / que res divini animi pertinaciam flexit.

Eodem ludos florales quos messius edilis faciebat spectante populus
ut mime nudarentur postulare erubuit. quod cum ex fauonio amicissimo si-
bi una sedente cognosceret / martiales nosses iocos sacrum cum dulce flora tibi
in theatro cato severe venisti an ideo tantum veneras ut exires / discessit e theatro
ne presentia sua spectaculi consuetudinem impediret / Quem abeuntem ingenti plausu populus
prosecutus priscum morem iocorum in scenam revocavit. Confessus plus se maiestatis uni
illi tribuere quam sibi universos vendicare. Quibus opibus quibus imperiis quibus triu-
phis hoc datum est. Exiguum viri patrimonium astricta continentia mores modi-
ce clientele domus ambitioni clausa paterni generis una imago minime blanda
frons sed omnibus numeris perfecta virtus. Que quidem effecit ut si quis sanctum et egregium civem
significare velit sub nomine catonis diffiniat.

Dandum est aliquid loci et alienigenis exemplis ut domesticis aspersa va-
rietate ipsa delectent. Harmodii et aristogitonis qui athenas tyrannide
liberare conati sunt effigies eneas xerses ea urbe devicta in suum regnum
transtulit. longo deinde interiecto tempore seleucus in pristinam sedem reportandas curavit.

Rhodii quoque eas urbi sue appulsas cum in hospitium publice invitassent sacris
etiam pulvinaribus collocaverunt. Nichil hac memoria felicius que tantum venerationis in tam
parvulo ere possidet. Quantus porro honoris athenis xenocrati sapientia
pariter ac sanctitate claro tributus est. Cum testimonium dicere cogeretur ad aram
accessisset ut more eius civitatis iuraret / omnia severe rettulisse universi iu-
dices consurrexerunt proclamaverunt quoque ne iusiurandum diceret. Quod quoque sibi met
ipsis postmodum sententie dicende loco remissuri non erant sinceritati eius concedendum
existimaverunt

In quo secundus liber finitur

Attinga quasi etc. Postquam Valerius in primo libro posuit ea que ad cultum divinum pertinentia et ostendit in secundo instituta quibus cultus ipse et tres principales virtutes conservantur loquitur in hoc tertio de virtutibus ipsas personas. Prologum et Post tractatum de Emilius. In prologo nota intentionem suam et continuationem ad sequentia ponit dicens quasi cunabula idem et elementa etc. Papias dicit quod elementum est unumquodque veluti virtutum unde dicitur elementum quasi elevamentum et quia litera est initium sillabe dicitur elementum ut patet quarto methaphisice per Aristotilem et secundum hoc elementum hic accipitur pro actu quo acquiruntur virtutes quia sola actu virtutem generant quorum memorat Valerius in hoc tertio. In dolis ipse indolis dicitur quasi sine dolo et ipse est etas iuvenilis sive pueritia vel ingenium origo ipse ... sed hic accipitur pro signo et iudicio future probitatis et quod sepe in quibusdam apparetur pueris

Liber tertius maximi Valerii

Attingam quasi cunabula quedam et elementa virtutis animi que procedente tempore ad summum glorie decus culmen pervenientis certo cum indolis experimento dato gesta referam.

Emilius lepidus puer etiam cum progressus in aciem hostem interemit, civem servavit. Cuius tam memorabilis operis index est in capitolio statua bullata et incincta pretexta senatus consulto posita. Iniquum enim putavit eum honori non dum tempestivum videri qui iam virtuti maturus fuisset. Pervenit igitur lepidus etatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate duplicem quia laudem e prelio retulit. Cuius etiam vix spectatorem animi esse patiebantur arma etiam infesta et destricti gladii et discursatio locorum et adventantis equitatus fragor et concurrentium exercituum impetus iuvenibus quoque aliquantulum terroris incutit. Inter que

Interlinear glosses: nudabo (?) in hiis facta — presertim prima initia actus virtutis quorum ad totum tertium librum; que — quo ad capitulum immediate sequens ... ; prima ... belli plures; quod statuum ... non recolo; bullis aureis ornata; ueste qua utebantur nobiles usque ad xv annos; operis; emilius; apta; in qua; bellice; non obfuisset etas honori; iuvenilis; festinantia; plus; cum difficultate; etas emilii substineret; quia cuncta que exercebantur in prelio sicut sunt infesta arma; clamor; ne dum pueris; ponit singulare pro plurali; omnia predicta.

Left margin: memorabilis quia meruerunt ut sibi fieret memoria in capitolio statue etc.

Right margin: ponit auctor suum tractatum capitulum quorum incipiens ab Emilio lepido in quo intendit de probitate in etate puerili repperta narrare dicens Emilius etc. Intentio Emilii quo ad ipsum lepidus quo ad cognomen.

Sed quia hoc est quod sit si legi memorie non occurrit. Statua bullata sicut Ysidorus libro xix ethimologiarum capitulo 3o bulle sunt ornamenta muliebria sicut dicte quia similes rotunditate bullarum que in aqua vento inflantur et ergo statua erat bullata id est bullis etc. Hec autem statua erat incincta pretexta id est veste qua scilicet utebantur nobiles usque ad xv annos in signum nobilitatis. Solebant enim romanorum nobiles pueri quasdam bullas aureas vel argenteas in signum nobilitatis usque ad xv annos quibus sub disciplina cultu tenebantur et dicebatur pretexta quia pretexebatur ei qui utebatur ea vel ut dicit Ysidorus libro 19 sic dicebatur quia limbus lectior purpura pretexebat et venit ut dicit Ugutio a texo xis hanc vestem in etate iuvenes dimittebant togam virilem assumentes ut dicit Papias.

hic sp(iritu)s   4.3.c.1.

Tangit autem duo exempla de Catone ubi sic procedit | quia primo facit gaudium et 2° facta extollit. Sic nec hec. Circa primum duo facit primo quod duo exempla ponit | primum ibi | idem cum salutandi. Ad intellegentiam primi notandum est quod tribuni plebis latini .i. civitatis ... tusciam et ... multe civitates olim maxime ... parte ... cum romanis convenerunt cum marco druso ... aviculo ad sequendum de civitate impetranda | in cuius domo cato puerulus educabatur quem quintus popedius latinorum princeps et marci drusi predicti hospes rogavit catonem ut socios apud avunculum iuvaret qui constanti vultu se non facturum hoc respondit | et hoc iterum ac sepius interpellatus in proposito stetit | tunc popedius eum in excelsam partem edium .i. domorum elevans / minatus est se in eum abiecturum nisi ipsius precibus avunculum rogando obtemperaret | nec hac re catonem ab incepto movere potuit. quo facto expressa est illa vox hominum gratulemur nobis latini et socii quod puer tam parvus est cato gaudeamus quod ex quo puer est et talia nobis facit | quid faceret si esset magnus.

Gentis Emilie pueritia coronam meruit spolia rapere valuit.

Hic sp(iritu)s ne Marci quidem Catonis pueritie defuit. Nam cum in domo Marci Drusi avunculi sui educaretur et ad eum tribuni plebis latini de civitate impetranda convenissent a quinto popedio latino principe Drusi autem hospite rogatus ut socios apud avunculum adiuvaret constanti vultu non facturum se respondit. Deinde ac sepius interpellatus in proposito perstitit. Tunc popedius in excelsam edium partem levatum abiecturum inde se nisi precibus obtemperaret minatus est. Nec hac re ab incepto moveri potuit. Expressa est itaque illa vox hominum. Gratulemur nobis latini et socii hunc esse tam parvum quo senatore ne sperare quidem nobis civitatem licuisset. Tenero ergo animo Cato totius curie gravitatem percepit perseverantiaque sua latinos iura nostre civitatis apprehendere cupientes reppulit.

Idem cum salutandi gratia pretextatus ad Sillam venisset et capita proscriptorum in atrium allata vidisset atrocitate rei commotus pedagogum suum nomine Sarpedonem interrogavit quapropter nemo inveniretur qui tam crudelem tyrannum occideret. Cumque is non voluntatem hominibus sed facultatem deesse quod salus eius magno presidio militum custodiretur respondisset, ut ferrum sibi daret obsecravit affirmando perfacile se eum interfecturum quod in lecto illius considere soleret. Pedagogus et animum Catonis agnovit et propositum exhorruit, eumque postea ad Sillam excussum semper adduxit. Nichil hoc admirabilius. Puer in officina crudelitatis deprehensus victorem non extimuit, tum maxime

socii plures erant cum latinis se sociaverunt ut possent romanis resistere

Concludit laudem catonis dicens tenero etc.

Idem cum salutandi etc. Ponit de eodem catone aliud exemplum in quo vocabulis declaratis nulla difficultas obviatur. pretextatus .i. pretexta induta quam deinceps est in precedenti paragrapho | proscriptorum .i. a scriptura eorum qui apud romanos dicebantur proscripti qui de tabula enea delebantur quod fiebat cum aliquo scelere dampnabatur ... proscribere ...

Cuius filium etc. requirere in folio sequenti ...

... parentes marium diligebant. Igitur fausto filio sille et cassio ... hic hystoriam tangit ... Ne mireris lector me dixisse marium iulio cesari affinem ... hoc quidem ... cum parente aliquo cesaris ... affinis fuit iulio.

du ibi proscriptorez paternaz q potest intelligi passiue .i. qua proscriptus patebat
ue .i. quam silla pater fausti fecerat z utraque ē uera z bona

consules municipia legioes equestris ordis maiore ptez trucidā
tez. Et qui ipz mariuz illo loci statuiss celeri aliquid de sua fuga
q̄z de sille nece cogitauit. Cuius faustuz Gaius cassius condiscipu
luz suuz in scola proscriptoez patnaz laudantez ipmq cu p etate
potuisset idez factuz imitantez colapho pcussit. digna manuz
que publico parricidio se nō contaminar et

Est ut a grecis aliquid. Alcibiades ille cui nescio utrum bona an
uitia prie pniciosiora fuerint. illis enim ciues suos decepit. his affli
xit. Cuz adhuc puer ad periclez auunclm suuz uenisset cumque sec
to tristez sedentez uidisset interogauit quid ita tantaz in uultu confu
sionez gereret. Et illo dicente mādato se ciuitatis p pila minerue
que sunt ianue arcis hedificasse consumpta q̄z in id opus ingenti
pecuniā nō inuenire quo pacto ministerij ratioez redderet. atque ideo co
flictari. Ergo inquit quere potius quemadmodum roez nō reddas. Itaque uir
amplissimus z prudentissimus suo consilio defectus pueri usus ē. atque ideo
ut athenienses finitimo implicati bello rōibus exigendis nō uacaret. Sed ui
deant athene utrum alcibiadē lamententur an glientur. qm adhuc exe
cratoez hois z admiratoez dubio mētis iudicio fluctuant. Nos
quoque iā initia procursusque uirtutis patefecimus. actuz ipm prosequa
mur. Cuius ponderosissima uis z efficacissimi lacerti in fortitu
dine consistunt.

is intelligit auctor actū ut patet in sequenti capitulo initia nō sic intelligit sed per initia intelligit hoiez nō dū uirtutis
sed uirtutem quodamodo imitatē ut pz in exemplis adductis

Nec me preterit conditor urbis nostre Romule principatum hoc tibi in genere laudis assignari oportere. Sed patere obsecro uno te patrie exemplo tui et ipse aliquantum honoris debes. quia beneficio illius effectum est ne tam preclarum opus tuum roma dilaberetur.

Etruscis in urbem ponte sublicio irrumpentibus Oratius Cocles extremam eius partem occupauit. totumque hostium agmen donec post tergum suum pons abrumperetur infatigabili pugna sustinuit. atque ut patriam periculo imminenti liberatam uidit armatus se in Tiberim misit. Cuius fortitudinem dij immortales admirati incolumitatem sinceram ei prestiterunt. Nam neque altitudine deiectus quassatus nec pondere armorum pressus nec ullo uerticis circuitu actus nec telis quidem que undique congerebantur lesus tutum natandi euentum habuit. Unus itaque tot ciuium tot hostium in se oculos conuertit stupentes illos admiratione hos inter letitiam et metum hesitantes. Unusque duos acerrima pugna contritos exercitus alterum repellendo alterum repugnando distraxit. Denique unus urbi nostre tantum scuto suo quantum Tiberis alueo munimenti attulit. Quapropter discedentes etrusci dicere potuerunt Romanos uicimus ab Oratio uicti sumus.

Immemorem me propositi mei Cloelia pene facit. Eadem enim tempestate certe aduersus eundem hostem et in eodem Tiberi inclitum ausa facinus

Ausa est facinus inter ceteras enim virgines obses porsene data ho-
sti nocturno tempore custodiam egressa equum conscendit celerique tra-
iectu fluminis non solum obsidione sed etiam metu patriam solvit viris puella
lumen virtutis preferendo

Redeo nunc ad Romulum qui ab acrone ceninensium rege ad di-
micandum provocatus quamquam et numero et fortitudine militum superiorem se crederet
tutiusque erat toto cum exercitu quam solum in aciem descendere sua potissi-
mum dextra omen victorie corripuit nec incepto ei fortuna defuit occi-
so enim acrone fusisque hostibus opima de eo spolia iovi feretrio rettulit.

Hactenus istud quia publica religione consecrata virtus nulla privata laudatione indiget.

A Romulo proximus cornelius cossus eidem deo spolia consecravit cum ma-
gister equitum ducem fidenatium in acie congressus interemisset. Magnus initio huius
generis invehende glorie Romulus, cosso quoque multum acquisitum est quod imi-
tari romulum valuit.

Ne marci quidem marcelli memoriam ex hoc exemplo separare debemus in quo
tantum vigoris fuit ut apud padum gallorum regem ingenti exercitu stipatum
cum paucis equitibus invaderet, ceterosque protinus obtruncatum armis exuit eaque
re Iovi feretrio dicavit.

Eodem et virtutis et pugne genere usi sunt titus mallius torquatus et va-
lerius corvinus et emilianus scipio, hi etiam ultro provocatos hostium duces inter-
emerunt. Sed quia sub alienis auspitiis rem gesserant spolia iovi feretrio
non posuerunt consecranda.

Item scipio emilianus cum in hyspania sub lucullo duce militaret

/ catia oppidū ē hyspanie tunc fortissimū.

atq3 inter castulla ꝑualidu3 oppidū circu3sedetur. prim⁹ menia eius co
scendit. neq3 erat in eo exercitu quisq3 aut nobilitate aut aīi indole aut futuris
actis cuius magis saluti parci z consuli debet. s3 tē clarissimus quisq3
debet iuuenū pro amplificanda z tuenda pr̄ia plurimū laboris ac pericli
sustinebat deforme sibi extimās quos dignitate p̄starz ab hijs uirtute
supari. Ideo q3 emilianus hāc militia3 alijs propter difficultatē uitantibꝫ
sibi depoposcit.

Magnū int᷑ hec fortitudis exemplū antiquitas offert. Romani galloꝝ
exercitu pulsi cū se ī capitoliu3 z in arcē conferēt. inq3 ijs collibꝫ mo
rari oēs nō possent necessitu3 consiliu3 ī plana parte urbis relinquendo
rū senioꝝ ceperunt quo facilius iuuentus reliquias imperij tueret. Ceterꝫ
ne illo quide3 tā misero tam q3 luctuoso tēp̄e ciuitas nr̄a uirtutis
sue oblita ē defuncti erū honorib3 apertis ianuis ī curulibꝫ sellis cū
insignibꝫ magistratuū quos gesserant sacerdotiorumq3 que erant
adepti consedunt ut z ipsi ī occasu splendore3 et ornamēta p̄terite ui
te retineret. z plebe3 ad fortius sustinēdos casus suos animarēt.
uenerabilis coꝝ aspectus primo hostibꝫ fuit. z nouitate rei z mag
nificentia cult⁹ z ipō audacie gn̄e commotis. S3 quid dubitaret
quin et galli z uictores illā admiratōe3 mox ī risu z ī omē cotu
melie gen⁹ conuersuri eēt nō expectauit igr̄ hāc iniuriē gai attilius
barbam suā ꝑmulcenti gallo scipiōe3 uehementi ictu capiti
inflexit. et q3 ꝑꝑ dolorē ad se occidendū ruenti cupidius corp⁹ obtulit.

Magnū zc. Cū galli romā cepissent ī arte capitolij deliberauerūt romani se recipere s3 cū locus eēt tā angustꝰ q3 oībꝫ nō sufficeret ut reliqui qui suffuerant melius iuueret concluseret iuuenes ī arce z colle tuto se receptaret z senes ī ciuitate remaneret qui senes ī hostiū manibꝫ uenturi qui libꝫ domus sue hostio apto ī curulibꝫ sedibꝫ cū honorū insignijs se allocauit ut ī ipo occasu retineret.

Dicitur q3 galli senes istos tā ornatos uidentes primo asp̄tu eos deos eē crediderūt s3 postq3 hoīes eē perceperunt uigilatos necauerunt

Discessit uelut quidā baculus cui adhesisset quam potestatem et sibi z suis posteris scipionis cognomen uendicauit.

Capitulum quod laudat senem istum dicens capi nescit quia et si capta roma intrat ... non tamen corrumpitur virtutes

dedecus ignorat / qui enim pati noluerit dedecus hec non potuit cum non tamen patitur ut ignominia ... nam pati virtutis est sed nimis ... pati dedecora patrie asserit

Capi g° uirtus nescit patiētia dedec' ignorat fortune succumbē

omī fato tristi' ducit noua ꝛ speciosa grā inīt' excogitat si quisq̄

qui sic extinguit'.

Reddend' ē nūc romane iuuētuti debit' glie titulus. q̄ Q. cati

lo consule cū uolscis ap' uerugīez ꝑliuz prospe dimicātē ne acies nrā

iaz inclinata propelleretur equis de lapsa hostiuz exercitū irrupit

impetū excepit quo d' moto proximū culuz occupauit. Effecitq̄ ut

oīs ī se uolscoꝝ querēs impet legioīb' nr̄is ad cōfirmādos aīos salu

tare lassamētuz daret. Itaq̄ cū iaz trophe's statuendis cogitarent

pliuz nocte dirimēte uictores ne an uicti discederēt īcti abierūt.

Strenuus ille q̄ flos ordīs eqstris c' mira uirtute fabi maxi

rutilian' magister equituz bello q̄d aduersus sānites gēbatur male cō

missi pli crimīe leuat' ē. Nāq̄ papirio cursore ꝑ auspitia repetēda i

urbē profīctī centē ī castris ꝑpoit acuctū ī aciez exercituz ducere ni

chilomin' man' cū hoste ꝫ nō taz feliciter q̄ tamē consulte proculdu

bio eni superabat'. Ceteꝝ optime indolis iuuēt' detractis equoꝝ

frenis uehemēt calcarib' stimulatos ī aduersus sānites egit. obstina

ta q̄ aī pstantia extortā manib' hostiuz uictoīaz ꝛ cū ea spez ma

ximi ciuie rutiliani patrie restituit

Qualis deīn roboīs illi milites qui uehemēti ictu remoꝝ cō

citataz fuge punicā classez brachioꝝ firmitate pedites ī

litt' retraxerūt · ita enim fortes natando stabant sicut erant camporum firmitate

Equo delapso s. romana iuventus amissis equis velut dicat ... romani miles ... ex equis ... ordinem ... hostium exercitum ... de loco movit ... proximum tumulum ... nota tumulum ... tumulus est mons brevis ... tumidus tellus ... terra ... ubi nulla est memoria ... et tumulus locus sepulture ... sepultura ... congesta ... nullum ... convenerit ... mire altitudinis tumuli fierent

Strenuus ille ... Continua cum hys que dicta sunt super ... disciplina ... Nam hec hystoria quam ponit valerius in octavo ab urbe condita titus livius ibidem ponitur.

Qualis deinde ... hec hystoria ... observare porta clare patet in gestis secundi belli punici ... quod milites romanorum gentes punicas campani ... parvo bello in apulia ... qui victi ad naves aufugerent ... ad portum ... natando eas naves ... revocaverunt quod memorat valerius breviter ... deinde ...

Eiusdem temporis et nominis miles qui Cannensi prelio quo Hanibal magis vires romanorum contudit quam animos fregit, cum ad retinenda arma inutiles manus multis vulneribus haberet, spoliare se conantis numide cervicem complexus os auribus et naribus corrosis deforme reddidit inque plenis ultionis morsibus expiravit. Sepone iniquum pugne eventum quanto interfectore fortior interfectus. penes enim victoriam obnoxius momenti solatio fuit, romanus in ipso fine vite vindex sui extitit.

Miles hic in adverso casu tam egregius tamquam ullius animus quam relaturus sum imperatoris. P. enim Crassus cum Aristonico bellum in Asia gerens, a Tracibus quorum is magnum numerum in presidio habebat inter Eleam et Smirnam exceptus, ne in ditionem eius perveniret, dedecus accersita ratione mortis effugit. virgam enim qua ad regendum equum usus fuerat in unius barbari oculum direxit, qui doloris accensus latus Crassi sica confodit, dumque se ulciscitur, romanum imperatorem maiestatis amisse turpitudine liberavit. ostendit fortune casus quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluisset, quoniam quidem iniectos ab ea libertati sue mirabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit, donatumque se iam Aristonico dignitati sue reddidit.

Eodem mentis proposito usus est Scipio. namque infeliciter Gnei Pompei generi sui defensis in Affrica partibus classe Hispaniam petens cum animadvertisset navem qua vehebatur ab hostibus captam, gladio precordia sua transverberavit, ac deinde prostratus est pupi

querentibus Cesarianis militibus ubi nam esset imperator, Sic imperator se bene habet. tamen quam eloqui valuit, quantum ad testandum animi fortitudinem, eterne laudi satis erit.

Tu vero quo clarissimi excessus Cato Utica monumentum es, in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus glorie quam sanguinis manavit, siquidem constantissime in gladium incumbendo magnum hominibus documentum dedisti quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita quam vita sine dignitate.

Cuius filia minime muliebris animi, que cum Bruti viri sui consilium quod de interficiendo ceperat Cesare, ea nocte qua dies extremi facti secutus est cognosceret, egresso cubiculum Bruto cultellum tonsorium quasi unguium resecandorum causa composcit, eoque velut forte elapso vulneravit. Clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus obiurgare eam cepit quod tonsoris preripuisset officium. Cui secreto Portia non est inquit temerarium factum meum, sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissimum inditium. experiri enim volui si tibi propositum parum ex sententia cessisset quam equo animo me ferro esset interceptura.

Felicior progenie sua superior Cato a quo Portie familie principia manarunt. qui cum ab hoste in acie vehementer pulso peteretur, vagina gladius eius elapsus decidit, quem subiectum planitium globo atque undique hostilibus pedibus circumdatum postquam abesse sibi animadvertit adeo constanti animo in suam potestatem redegit ut non periculo oppressus capere sed metu vacuus sumere videretur. vagina gladius. Quo spectaculo attoniti

Felicior progenie sua i. filio suo. alio modo sic progenie sua i. catone uticensi quia summum infortunii genus esse videtur ad devenire stultitiam ut quis se ipsum mortificaret quod fecit uticensis precedentis vitavit. verum autem sic intelligat Valerius. intellectus verus est magna tamen in hac materia facit difficultatem nominis equivocando. dictum est enim quod soli duo fuerunt famosi in gestis sed qui fuerunt illi duo preter uticensem de quo notior est scriptura difficile est videre. dicit enim Solinus de mirabilibus mundi libro primo hec verba. Cato octuagesimo exacto anno ex filia Saloni dictus sui avum uticensis catonis procreavit. Cato princeps Porcie gentis senator optimus orator optimus optimus imperator et cato uticensis unum ex tribunatu ... alium legatos Roma adduxit. professus plurimum se cum eo senatu et populo ... pavimentum ... sepissime censuit grecos pellendos. vide ergo quod censorinum uticensis catonis vocat pavum. qualiter dicat Valerius propositum non mutat. etc.

Cum tiberius gracchus. ponit exemplum in quo tres tanguntur persone. Scevola qui consul erat, Scipio nasica qui inter patres conscriptos eminebat, gracchus qui seditiones faciebat [illegible]

hostes postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

Toge fortitudo militaribus operibus inserenda est quia eandem la-
udem foro atque castris edita meretur. Cum Tiberius gracchus in tri-
bunatu profusissimis largitionibus favore populi occupato rem pu-
blicam oppressam teneret, palamque dictitaret interempto senatu
omnia per plebem agi debere, in edem fidei publice convocati patres con-
scripti a consule mutio scevola quid nam in tali tempestate faciendum
esset deliberabant, cunctisque censentibus ut consul armis rem publicam
tueretur, Scevola negavit se quicquam vi esse acturum. Tunc scipio
nasica quoniam inquit consul dum iuris ordinem sequitur id agit ut
cum omnibus legibus romanum imperium corruat, egomet me privatus voluntati vestre ducem
offero. Ac deinde levam manum parte toge circumdedit, sublataque
dextra proclamavit, qui rem publicam salvam esse volunt me se-
quantur, eaque voce cunctatione bonorum civium discussa gracchum cum
scelerata factione quas merebatur penas persolvere coegit.

Item cum tribunus plebis saturninus et pretor glaucia et equi-
tius designatus tribunus plebis maximos in civitate nostra seditionum
motus excitassent, nec quisquam se bello concitato opponeret, primum
marcus emilius scaurus gaium marium consulatum sextum gerentem
hortatus est ut libertatem legesque manu defenderet. protinusque
arma sibi afferri iussit, quibus allatis ultima senectute con-
fectum et pene dilapsum corpus induit spiculoque innixus ante

Toge quidem etc. Posuit supra esse fortitudinem tempore belli factam, hic ponit tempore pacis exempla dicens [illegible]

[illegible]

[illegible]

fores cuius constituit. Ac parvi et externi spiritus reliquisset res publica expiraret effecit. Pristina enim animi sui senatum et equestrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

Set ut armorum et toge supius ita nunc et siderum clarum decus divum iulium certissimam vere virtutis effigiem representem. cum innumerabili multitudine et felici impetu nerviorum inclinari aciem suam videret timidius pugnanti militi scutum detraxit, eoque tectus acerrime preliari cepit. quo facto fortitudinem per totum exercitum diffundit, labentemque belli fortunam divino animi ardore restituit.

Idem alio prelio legionis martie aquiliferum iam cum ... fuge gratia conversum faucibus comprehensum in contrariam partem detraxit, dextramque ad hostem tendens quorsum tum inquit abis? illi sunt cum quibus dimicamus. et manibus quidem unum militem, ad hortationem tam acri omnium legionum trepidationem correxit, vincique paratas vincere docuit.

Ceterum ut humane virtutis actum excessit cum hanibal capuam in qua romanus exercitus erat obsideret, vibius accaus peligne cohortis prefectus vexillum trans punicum vallum proiecit. se ipsum suosque commilitones si eo hostes potiti essent execratus. Et ad id petendum sequente cohorte primus impetum fecit. Quod ut valerius flaccus tribunus tertie legionis aspexit conversus ad suos spectatores inquit ut video aliene

uirtutis huc uenium. Sed absit istud dedecus a sanguine nostro ut romani gloria cedere latinis uelint. Ego certe aut speciosam optaui mortem aut felicem audacie exitum. l. solus parere paratus sum. hys auditis pedani Centurio conuulsum signum dextra retinens. Iam hoc inquit intra hostile uallum meum erit. proinde sequantur qui id capi nolunt. sed cum eo in castra penorum irrupit. totamque secum traxit legionem. Itaque trium hominum fortis temeritas hanibalem paulo ante spe sua Capue potitorem nec castrorum quidem suorum esse passa est. Quorum uirtuti nichil cedit, qui pro fortitudinis cognominatus est. Nam ut reliqua eius opera non exequar abunde tamen duobus factis que relaturus sum quantus bellator fuerit cognoscetur. Quinto metello consule legatus in hyspaniam profectus celtibericum sub eo bellum gerens postquam cognouit a quodam gentis huius iuuene se ad dimicandum prouocari. erat autem illi forte prandendi gratia posita mensa relicta ea arma sua extra uallum deferri equumque educi clam iussit ne a metello impediretur. et illum celtiberum insolentissime ob equitantem consectatus interemit. detractasque opes corporis eius exuuias ouans letitia in castra retulit.

Idem pirresium nobilitate ac uirtute omnes celtiberos prestante cum eo ab eo in certamen pugne deuocatus esset succumbere sibi coegit. Nec erubuit flagrantissimi pectoris iuuenis gladium ei suum et sagulum utroque exercitu spectante tra

odere Ille uo etiaz petijt ut hospitij iure int se iuncti eent qua
do int romanos z celtibos pax foret restituta.

Nec attiliuz quide pterire possum qui cuz decime legiois miles
pro Gaij cesaris partibs maritima pugna pliaret abscissa dextra qua
massiliensiuz nauez inuaserat leua puppiz apphendit nec ante dimi
care destitit qua captaz profundo mergeret qd factuz p paz uulta no
titia patet. At cinegirus athenienses silij pinacia i confecta
dis hostibs usuz uerbosa cantu laudum suarum grecia oium scriptorum me
morie literarum pconio inculcat.

Classicam attilij gloriaz terrestri laude marcus cesius sceua custodes
imperatoris centurio subsecutus est. Cuz pro castello cui erat ppositus erat
dimicaret Gnei q3 pompei pfectus iussu ei sumo studio z magno
militum nuo ad euz capienduz mitteretur omnes qui ppius acce
sserant interemit ac sine ullo reggressu pedes pugnans sup inge
tez stragem quam ipse fecerat corruit Cui9 corporis additum desup illo
d ber corp9 capite humero femore saucio oculo eruto centuz z uigi
ti ictibus pfossum apparuit. Talis in castris diui Julij disciplina
milites aluit quorum alter dextra alter oculo amisso hostibus inhe
sit Ille post hanc iacturaz uictor hic ne hac quide iactura uict

Quiz uo scola insuperabiles spm in utraque pte rerum ne admi
ratoe prosequar nescio quem excellenti in uirtute dubiuz reliqui
sti int undas ne pugnaz fortiores addidicis an i terra uocem misisti

scopulum · dicitur scopulus quasi saxum eminens a speculando sic dicitur ut dicit ysidorus libro .. c. 2° vel alii dicunt dicitur a scopin quod est videre et accipitur pro insula prope quam latine vocamus scotum quia iste scopula cepit

estus est aque accessus vel recessus qui notabiliter est in mari britanico ... ab insula ad scopulum ... aque abundantiam sed decrescente aqua ... scopula cum mare incepit recedere cum navi ad scopulum ... multitudo hostium cum navibus ad scopulum ...

Bello namque quo Gaius cesar non contentus opera sua litoribus oceani claudere britannice insule celestes iniecit manus cum quattuor commilitonibus rate transvectus in scopulum vicinum insule quam hostium ingentes copie obtinebant postquam estus regressu suo spatium quo scopulus et insula dividebantur in vadum transitu facile redegit ingenti multitudine barbarorum affluente ceteris rate ad litus regressis solus immobilem stationis gradum retinens undique ruentibus telis et ab omni parte acri studio ad evadendum nitentibus quinque militum diurno prelio suffectura pila una dextra hostium corporibus adegisti. ad ultimum destricto gladio audacissimum quemque modo umbonis impulsu modo mucronis ictu depellens hinc romanis illinc britannicis oculis incredibili dum cernereris spectaculo fuisti. Postquam deinde ira ac pudor cuncta conari fessos coegit tragula femur traiectus saxi quoque pondere ora concussus galea iam ictibus discussa et scuto crebris foraminibus profundato te credidisti. ac duabus loricis onustus inter undas quas hostili cruore infeceras enasti. viso imperatore armis non amissis sed bene impensis cum laudem mereris veniam petisti. Magnus prelio sed maior discipline militaris memoria. Itaque ab optimo virtutis extimatore tuis facta tu et verba tua centurionatus honore data sunt.

Sed quod ad preliatorum excellentem fortitudinem attinet multo

... facta tu et verba tua centurionatus honore data sunt quia factus fuit centum hominum ductor ...

Sed quod etc. Valerius in narrando ... autores in testimonium adducit ...

licii Sicinii dentati commemoratio omnia romana exempla
finiet cuius opera honoresque operum ultra fidem veri excedere
iudicari possent nisi ea certi auctores inter quos M. Varro
monumentis suis testata esse voluisset quem centies et vicies
in acie descendisse tradunt eo robore animi atque corpo
ris utentem ut maiorem semper victorie partem traxisse vi
deretur. Sex et XXX spolia ex hoste retulisse quorum
in numero octo fuisse cum quibus in conspectu utriusque exercitu
ex provocatione dimicasset quatuordecim cives ex media mor
te raptos servasse quinque et quadraginta vulnera in pectore
excepisse tergo cicatricibus vacuo novem triumphales
currus imperatorum secutum totius civitatis oculos
in se numerosa donorum pompa convertentem preferebantur enim
auree corone octo civice quatuordecim murales tres obsidionales una torques
que centum octuaginta tres armille centum sexaginta haste
decem et octo phalere viginti quinque ornamenta etiam legioni
nedum militi satis multa. De exteris

Ille quoque ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione
cumulus confusus est in quo oppido cum Fulvius Flaccus
propter campanam perfidiam principes civitatis ante tribunal su
um capitali supplicio afficiendos iudicaret litterisque a senatu ac
ceptis finem pene eorum statuere cogeretur ultro se ei Vi
bellius taurea campanus obtulit et quam potuit clara vo
ce Fulvi inquit tanta cupiditate hauriendi sanguinis

uri teneris. quid cessas in me cruentam securim destringere ut gloriari po
ssis fortiorem aliquem virum quam ipse es tuo iussu esse interemptum. Eode
inde dicente libenter id se fuisse factum nisi senatus voluntate impedi
retur. ac me inquit cives patres conscripti perpetuum aspicite oculis qui
dem tuis gratum animo vero tuo maius opus edentem. protinusque interfecta con
iuge ac liberis gladio incubuit. quem istum virum putem fuisse qui
suorum ac sua cede testari voluit se fulvium crudelitatem sugillare quam
senatus misericordia uti voluisse.

Age darii quantus ardor qui cum fordida et crudeli magorum tirap
nide persas liberaret unumque ex hiis obscuro loco abiectum corporis
pondere urgeret preclari operis socio plagam ei inferre dubitanti ne
dum magum petit ipsum vulneraret tuo vero inquit metu est quod respectu
mei timidius gladio utaris licet per utrumque id agas licet dum hic quam ce
lerrime pereat.

Hoc loci leonidas nobilis spartanus occurrit. cuius proposito opere exitu nichil
fortius. Nam cum trecentis civibus apud trimophilas toti asie obiectus
gravem illum et mari et terre xerxem nec hominibus tantum horribilem sed ne
ptuno quoque compedes et chaos tenebras minitantem pertinacia vir
tutis ad ultimam desperationem redegit. Ceterum perfidia et scelere incola
rum eius regionis et loci et oportunitate qua plurimum adiuvabat spolia
tus occidere dimicans quam assignatam sibi a patria stationem deserere ma
luit. Ideoque tam alacri animo suos ad pugnam quo perituri erant cohortatus

No. quod trimophilas oppidum illud ... leonidas ... perfidia et scelere incolarum quia incole et rustici prodiderunt cum ... adeo ut leonidas ... locum dimittere et ad planum descendere et loci oportunitate etc.

est ut dicat sic prandete commilitones tanquam apud inferos cenaturi. mors erat denuntiata lacedemoniis perinde ac uictoria esset promissa intrepidi paruerunt.

Othryade dux quoque pugna pariter ac morte speciosa Thyreatrum laude quam spatio latius solum cernitur qui sanguine suo scriptis litteris directam hostibus uictoriam tantum non post fata sua in signum precruento trophei titulo rettulit.

Excellentissimos spartane uirtutis prouentus mirabilis lapsus sequitur. Epaminundas maxima thebarum felicitas et lacedemoniorum prima clades cum uetustam eius urbis gloriam inuictamque ad id tempus pilis uirtutes uirtute apud leuctram et mantineam secundis prelys contudisset traiectus hasta sanguine et spiritu deficiens recreare se conatus primum an clipeus suus saluus esset deinde an penitus fusi hostes forent interrogauit. que postquam ex animi sententia comperit non inquit commilitones uite mee sed melius et altius initium aduenit. nunc enim uester Epaminundas nascitur quia sic moritur. Thebas ductu et auspiciis meis caput grecie factas uideo et fortis et animosa ciuitas spartana iacet armis nostris abiecta. amara dominatione gratia liberata est. orbus quoque non tamen sine liberis morior. quoniam mirificas filias leuctram et mantineam relinquo. e corpore deinde suo hastam educi iussit eoque uulnere expirauit. Quem si eum dii inmortales uictoriis suis perfrui passi essent sospes patrie menia sed gloriosior non intrasset.

AC ne terameńs quidem atheniensis in publica custodia mori coacti p-
ua mitis constantia. In qua xxx. tirapnorum iussu porrectam ue-
neni potionem non dubitanter hausit quod que ex ea superfuiat ioca-
bundus illisum humo clarum edere sonum coegit. reddensque suo
publico qui eam tradiderant critie inde propino. uide igitur ut
hoc poculum ad eum continuo perferas. erat autem is ex xxx. tirap-
nis crudelissimus. profecto supplicio se liberare tam facile su-
pplicium perpeti. itaque teramenis perinde ac in domestico lectu-
lo moriens uita excessit inimicorum existimatione punitus suo iu-
dicio finitus. Sed theramenus a literis et doctrina uirilitatem traxit.

Numantino uero theogeni ad consilium uirtutem capessendam que
magistra gentis sue ferocitas extitit. perditis namque et afflictis re-
bus numantinorum cum omnes ciues nobilitate pecunia honoribus presta-
ret uicum suum qui in ea urbe speciosissimus erat contractis undique nu-
trimentis ignis incendit. protinusque strictum gladium in medio posu-
it ac binos inter se dimicare iussit. ut uictus incisa ceruice arde-
tibus tectis superiaceretur. qui cum tam forti lege mortis omnes assu-
psisset ad ultimum se ipse flammis inmersit.

Uerum ut eque populo romano inimice urbis excidium referam car-
tagine capta uxor hastrubalis exprobata ei impietate quod a scipi-
one soli impetrare uitam contentus fuisset. dextra leuaque communes
filios mortem non recusantes trahens incendio se flagrantis patrie
obiecit.

Mulieris fortitudinis aeque forte duarum puellarum casum adiciam. Cum pestifera seditione Siracusarum tota regis Gelonis stirps esset violentissimis exhausta cladibus ad unicam filiam Armoniam virginem esset redacta, et in certatim ab inimicis impetus eius fieret, nutrix eius equalem illi puellam regio cultu ornatam hostibus gladiis subiecit, que ne cum ferro quidem trucidaretur cuius esset conditionis ediceret. Proclamavit admirata illius animum Armonia et tante fidei superesse non sustinuit, revocatosque interfectores professa quenam esset in cedem suam convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas apta finis vite fuit.

De patientia ca. iiii.

Egregiis virorum pariter ac feminarum operibus fortitudo se oculis hominum subicit patientiamque in medium procedere hortata est non infirmioribus radicibus stabilita aut minus generoso spiritu abundantem, sed ita similitudine iuncta ut cum ea vel ex ea nata videri possit.

Quid enim eis que supra rettuli factis Mutii convenientius? Cum a Porsenna rege Etruscorum urbem nostram gravi ac diutino bello urgeri egre ferret, castra eius clam ferro cinctus intravit immolantemque ante altaria conatus occidere est. Ceterum inter molitionem impii pariter ac fortis propositi oppressus nec causam adventus texit et tormenta quanto opere contemneret mira patientia ostendit. Perosus enim credo dextram suam quod eius ministerio in cede regis uti nequivisset iniectam foculo exuri passus est. Nullum profecto Di immortales admotum aris cultum attentioribus oculis viderunt.

porsennam oblitum periculi sui ultionem suam vertere in admirationem coegit.

Illam vertere inquit ad tuos Muti et eis refer cum vitam meam pa-
tientis a me vita donatum clementiam non ad vultus Mutii tristior por-
sene salute quam sua letior urbis se cum eterne glorie cognomine Sceuo-
lam reddidit.

Pompei etiam mirabilis virtus qui cum legationis officio fungeretur
agentio interceptus cum senatus consilium prodere iuberetur ardenti lucer-
ne admotum digitum cremandum prebuit. Ea quod patientia regi simul et desp-
erationem tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit et expetende populi ro-
mani amicitie magnam cupiditatem ingenuit.

Ac ne plura huiusce generis exempla domi scrutando sepius ad civilium be-
llorum detestandam memoriam progredi cogar duobus romanis exemplis con-
tentus que ut clarissimarum familiarum commendationem ita nullam publice memo-
riam continent externa subnectam.

Vetusto macedonie more regi alexandro nobilissimi pueri
presto erant sacrificanti e quibus unus turibulo arrepto ante ipsum asti-
tit in cuius brachio carbo ardens delapsus est quo etsi ita urebatur ut adusti
corporis eius odor ad circumstantium nares perveniret tamen
et dolorem silentio pressit et brachium immobile tenuit ne sacrificium a-
lexandri concusso turibulo impediret vel edito gemitu regis au-
res aspergeret. rex quo patientia pueri magis delectatus hoc certius perseveran-
tie experimentum sumere voluit. consulto enim sacrificavit diutius nec

hac re cum proposito reppulit. Sed huic miraculo Darius insuleris oculos stillis
eius stirpis milites vinci non posse, qui infirmam etatem tanto robore predi
tam animadvertisset.

Est illa vehemens et constans animi militia litteris pollens venerabilium doctrine
sacrorum antistes philosophia, que ubi pectore recepta est, omni inhonesto atque inutili
affectu depulso totum in solido virtutis munimento confirmat, potentiusque me
tu facit ac dolore. Incipiam autem a Zenone Eleate, qui cum esset in dispi
cienda rerum natura maxime prudentie inque incitandis ad vigorem iuvenum
animis promptissimus, preceptorum fidem exemplo virtutis publicavit. Patriam enim
egressus, in qua frui secura libertate poterat, Agrigentum miserabili ser
vitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus,
ut speravit et tyranno et Phalari vesanam mentis feritatem a se deripi posse.
Postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis quam consilii salubritatem va
lere animadvertit, nobilissimos eius civitatis adolescentes cupiditate lib
erande patrie inflammavit. Cuius rei cum indicium ad tyrannum manasset, convocato
in forum populo torquere eum vario cruciatus genere cepit, subinde querens quos
nam consilii participes haberet. At ille neque eorum quempiam nominavit, et proximum
quemque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit, increpitansque Agrigen
tinis ignaviam ac timiditatem effecit, ut subito mentis impulsu concita
ti Phalarim lapidibus prosternerent. Senis ergo unius eculeo impositi non
supplex vox nec miserabilis eiulatus, sed fortis cohortatio totius urbis ani
mum fortunamque mutavit.

Eiusdem nominis philosophus cum a Nearcho tyranno de cuius nece consilium

hiuerat torquetur supplicijs pariter atq[ue] indicando[rum] gra[tia] conscio[rum] doloris

uictor sed ultionis cupid[us] e[ss]e d[i]u q[uod] se crete audire eu[m] admo[dum] expedi-

ret. laxato q[uod] eculeo postq[uam] insidijs oportunu[m] animaduertit aure[m] ei[us]

morsu corripuit nec ante dimisit q[uam] et ipse uita et illa parte corpo-

ris priuaret ur.

Talis patie[n]tie emul[us] anaxarc[us] cu[m] a tirapno cipro[rum] Nichoonte

torqueretur nec ulla ui inhiberi posset quominu[s] eu[m] amarissimo[rum]

maledicto[rum] uerberib[us] inuicem ipse torqueret, ad ultimu[m] amputa-

tione[m] lingue minitanti no[n] erit inquit o effeminate adolescens

hec q[uo]q[ue] pars corporis mei tue ditionis protinusq[ue] dentib[us] abscisam et co-

manducatam lingua[m] in os ei[us] ira pate[n]s expuit. multo[rum] aures

illa lingua et i[n] primis alex[andri] regis admiratione sui attonitas hu[n]c

rat. du[m] terre conditione[m] ambitu[m] maris siderum mot[um] toti[us] deniq[ue] mu[n]di

naturam prudentissime et facundissime expromit. pene t[ame]n occidit glo-

riosi[us] q[uam] uiguit. qui tam forti fine illustre professionis actu[m] compro-

bauit. anaxarci q[uod] no[n] uitam modo debuit sed mortem reddidit clario-

rem. In theodoro q[uo]q[ue] uiro clarissimo ieronimi tirapni tortor[um] ma-

nus frustra fatigauit. Rupit eni[m] uerbera fidiculas laxauit soluit

eculeum laminas extinxit priusq[ue] efficere potuit ut tirapnicidij

consocios indicaret. Quin et satellitem in quo toti[us] dominationis summa

q[ua]si quoda[m] cardine uersabatur falsa criminatione inquinando fidu[m] la-

teri ei[us] custodem eripuit. beneficio q[uo]q[ue] p[ati]e[n]tie no[n] solu[m] q[ue] occulta

fuerant texit sed tormenta sua ulta est. q[ui]b[us] ieronim[us] du[m] inimicu[m] cupid[us] lacerat

amicu[m] perdidit temere.

Apud indos uero patientie meditatio tam obstinate usurpari creditur ut sint qui omne uite tempus nudi exigant modo caucasi montis gelido rigore corpora sua durantes modo flammis sine ullo gemitu obicientes. Et quidem hys haud parua gloria contemptu doloris acquiritur titulusque sapientie datur. Hec e pectoribus altis et eruditis orta sunt.

Illud tamen non minus admirabile fuit animus cepit. Seruus barbarus hasdrubalem quod dominum suum occidisset grauiter ferens subito aggressus interemit. Cumque comprehensus omni modo cruciaretur letitiam tamen quam ex uindicta ceperat in ore constantissime tenuit. Non ergo fastidioso aditu uirtus excitata uiuida ingenia ad se penetrare patitur. neque haustu sui cum aliquo personarum discrimine largum malignum ue probet sed omnibus equaliter exposita quid cupiditatis potius quam dignitatis attuleris extimat inque capta bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit ut quantum subire animo sustineas tantum tecum afferas. Quo uenit ut ex humili loco nati ad summam dignitatem consurgant. et generosissimarum ymaginum fetus in aliquod reuoluti dedecus acceptam a maioribus lucem in tenebras conuertant. Que quidem planiora suis exemplis redduntur. at prius de iis ordiar quorum in melius est status facta mutatio splendidam relatu probare materiam.

Qui humili loco nati clari euaserunt.

Incunabula Tullii hostilii agreste tugurium cepit. eius adolescentia in pecore pascendo fuit occupata. ualidior etas romanum imperium rexit et duplicauit. senectus

excellentissimis ornamentis decorata et altissimo maiestatis fastigio fulsit. Verum et Tullus et si magni et admirabilis incrementi, domesticum tamen exemplum.

Tarquinium tamen ad romanum imperium occupandum fortuna in urbem nostram advexit, alienum quia exactum, alieniorem quia ortum Chorinthi, fastidiendum quia mercatore genitum, erubescendum quia etiam exule Demarato natum patre. Ceterum tam prosperum conditionis sue eventum industria, suum pro invidioso gloriosum reddidit, dilatavitque romani populi fines, cultum deorum novis sacerdotiis creatorem auxit, numerum senatus amplificavit, equestrem ordinem uberiorem reliquit, cumque laudum eius consummatione preclaris virtutibus effecit ne hec civitas peniteret etiam agere quod regem a finitimis potius mutuata esset quam de suis legisset.

In Tullo vero fortuna precipue vires suas ostendit, vernam huic urbi natum regem dando, cui quidem diutissime imperium obtinere, quater lustrum condere, ter triumphare contingit. Ad summam autem unde processit et quo pervenerit, statue ipsius titulus abunde testatur, servili cognomine et regia appellatione perplexus.

Mirum igitur Varro quoque ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit. Equidem fortuna parum duxit sordidissime mercis captivis solito duodecim fasces largiri, nisi etiam M. Emilium Paulum dedisset collegam. Atque ita se in eius sinum infudit, ut cum apud Cannas culpa sua vires populi romani exhausisset, Paulumque qui committere pugnam noluerat occidere passa esset, illum incolumem in urbem reduceret. Quin etiam senatum gratias ei agentem quod redire voluisset ante portas eduxit. Excuditque ut conflictatae cladis auctori dictaturam deferret.

[N]on prius consulatus rubor M. perpende nepote quam consulatum cuius
in bello gerendo utilior aliquanto rei publice uarrone imperatore rege cui aristonicum
cepit. Crassianum consulatus perditor extitit cum interim et uita et turpi hac illa mos papia
lege dampnata est / nam pretium ille ad se non pertinentis ac ius romam iniqua complexus
xu sabelli iudicio petitum reditum in pristinas sedes coegerit itaque M. perpenne
nomen adumbratum falsus consulatus caliginis sic imperium caducum tu
plus aliena in urbe improbe peregrinatus est.

[O]cca quam porcii catonis incrementa publicis uotis expetenda
fuerint / qui nomen suum tusculi ignobile rome nobilissimum reddidit. ornata
sunt enim ab eo latinarum litterarum monumenta. adiuta disciplina militaris.
aucta maiestas senatus. pro rogata familia in qua maximum decus posterior
ortus est cato

De ceteris

[S]ed ut romanis externa iungam. socrates non solum hominum consensu uerum
etiam apollinis oraculo sapientissimus iudicatus. phanarete matre obstetrice et sopro-
phronisco patre marmorario genitus ad clarissimum glorie excessit lumen. nec inmerito. nam
cum eruditissimorum uirorum ingenia in disputatione ceca uagarentur mensuras quoque
solis et lune et ceterorum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare cona-
rentur / totius etiam mundi ambitum complecti auderet / primus ab hiis indoctis erroribus abduc-
tum animum suum intima conditionis humane et in secessu pectoris repositos
affectus scrutari coegit. si uirtus per se ipsam extimetur uite magister optimus.

[Q]uam mater euripides aut quem pater demostenes huerit / ipsorum quoque
seculo ignotum fuit. alterius autem patrem oleam alterius matrem cultellos uendita-
sse omnium pene doctorum littere locuntur. sed quid aut illius tragica aut huius oratoria
ui clarius?

Qui a parentibus claris degeneraverunt

Sequitur duplicis promissi etc. Materia presentis capituli tertia est in capitulo precedenti. Nam vult auctor narrare exempla virorum qui nobiliter nati viliter vixerunt. Et ponit continuationem cum precedenti et probat per exempla. Quod est dictum, scilicet sequitur in dicendis pars altera duplicis promissi in fine tertii capituli ymaginibus illustrium virorum adoptis ornatus reddenda quoniam quidam sunt nunc referendi qui ab eorum ymaginum splendore degeneraverunt, qui simpliciter sunt portenta, id est signa nobilia sed deterrimis, id est obscuris, ignavie et imbecillitatis ac nequitie sordibus, id est vitiis, imbuta.

Age quinti etc. Ponit exemplum filii Fabii viri gloriosi qui iterum a patre degeneravit quia vitam luxuria perdidit. Et ut cetera oblivioni tradantur, flagitia illo vitupero satis mores sui premittere possunt, quia Q. Pompeius pretor urbanus paternis interdixit ingressum. Et dicit quod nemo in tanta civitate qui reprehenderet illud decretum inventus est quia homines ferebant pecuniam et Fabie gentis splendori sui deberi flagitiis dissipari.

Sequitur duplicis promissi pars adoptis illustrium virorum ymaginibus reddenda. Quoniam quidem sunt referendi qui ab eorum splendore degeneraverunt deterrimis ignavie ac nequitie sordibus imbuta nobilia portenta.

Quid enim monstro similius quam superioris Africani filius Scipio qui in tanta gloria domestica ortus a parvulo admodum regis Anthiochi presidio capi sustinuit, cum ei voluntaria morte absumi satius fuit quam inter duo fulgentia cognomina patris et patrui altero maiori oppressa Africa iam parto altero maiori ex parte recuperata Asia surgere incipiente manus vinciendas hosti tradere, eiusque beneficio precarium spiritum obtinere, de quo l. mox l. Scipio speciosissimum deorum hominumque subvecturus erat triumphum. Idem preture petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit ut nisi gratia Cicerei qui patris eius scriba fuerat adiutus esset honorem a populo impetraturus non videretur. Quamquam quid interfuit utrum repulsam an sic adeptam preturam domum referret? Quam cum propinqui ab eo pollui animadverterent, id egerunt ne aut sellam ponere aut ius dicere auderet. Insuper quoque e manu eius anulum in quo caput Africani sculptum erat detraxerunt. Dii boni, quas tenebras ex quo fulmine nasci passi estis.

Age Quinti Fabii Maximi Allobrogis et civis et imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Maximus quam perdita luxuria vitam egit. Cuius ut cetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt quod ei Q. Pompeius pretor urbanus paternis bonis interdixit. Neque in tanta civitate qui id decretum reprehenderet inventus est. Dolenter enim homines ferebant pecuniam que Fabie gentis splendori servire debebat flagitiis dissici.

[Marginal commentary, left margin:] Idem cum dictum candidam ... quod ... ponit ... romanis, et revocat Scipionem a talium narratione ... Et ponit exemplum filii superioris Africani ... [illegible]

[Commentary, lower left:] Tangit de eodem filio superioris Africani aliud exemplum ... in campo Martio ... candidi vocabantur ... [illegible]

[Commentary, lower right:] Possedit favorem etc. ... in tres partes dividit ... [illegible]

[Right margin commentary:] [illegible]

Ergo quem nimia patris indulgentia heredem reliquerat publica seueritas exheredauit.

Possedit fauorem plebis clodius pulcher sed quia contra eneruam et frigidam iuuentam egit perdito et amore uulgatissime meretricis infamis fuit mortisque erubescendo genere consumptus est auide enim abdomine deuorato fede ac sordide intemperantie spiritum reddidit.

Nam quinti quidem hortensii qui in maximo ingenuorum ciuium et amplissimorum prouectu summum auctoritatis et eloquentie gradum obtinuit nepos hortensius corbio omnibus scortis abiectiorem et obsceniorem uitam egit ad ultimum quia lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit quam aui pro salute ciuium in foro excubuerat.

Animaduerto ingressus periculosus iter processisse. Itaque me ipsum reuocato ne si reliqua eiusdem generis naufragia consectari perseuerauero aliqua inutili relatione implicer. Referam ergo pedem deformesque umbras ymo gurgite turpitudinis sue iacere patiar. Satius est enim narrare qui illustres uiri in cultu ceteroque uite ritu aliqua ex parte nouando sibi indulserunt.

[Margin addition:] Qui ex illustribus uiris et ueste aut cetero cultu licentius sibi quam mos patrie exigebat indulserunt. [illegible]

Scipio cum in Sicilia augendo traiciendo que exercitu in affricam opportunitatem quereret et Kartaginis ruinam animo uolueret inter consilia tante rei operam gignasio dedit, pallio que et crepidis usus est. Nec hac re segniores punicis exercitibus manus intulit sed nescio an ideo alacriores quia uegeta et strenua ingenia quo plus recessus sumunt hoc

Lucij uero et cetera. posterior quidem de lucio sapiente asiatico quod de suo fecit imediate dicit et hoc probat ab effectu quia statuam suam clamidatam et crepidatam
capitolio hic esse auctor dicit retinebat quia illo habitu aliquando usus fuerat. Deinde idem de lucio silla dicat. hic cum imperator id est consul esset uel dictator non duxit
sibi esse deforme clamidato et crepidato neapolim ambulare. || Gaius et duellius et cetera. qui primus ut dicit Tullius in libro de Senectute
de ira et hic ualerius fuit primus qui ex penis id est affricanis naualem triumphum rettulit. Quotienscumque erat epulaturus preeunte tibicine id est illo qui cum
insigne successu rei publice testando. Quid intelligat auctor per funalem cereum dici potest [illegible] in quo illam faciebat sollempnitatem

...hementiores impetus edunt crediderint, et fauorem eum sortiorum uberiorem se adeptum extimasse si uictum eorum et sollempnes exercitationes approbasset ad quas tunc ueniebat cum multum ac diu fatigasset humeros et certa membra militari agitatione firmitatem suam probare coegisset. Consistebat atque hiis labor eius, in illis remissio laboris.

Lucij uero sapientis asiatici statuam clamidatam et crepidatam in capitolio cernimus quod habitu uidelicet aliquando usus erat effigiem suam formatam poni uoluit. Lucius etiam silla cum imperator esset clamidato et crepidato neapoli ambulare deforme non duxit.

Gaius et duellius qui primus nauales triumphos ex penis rettulit, quotienscumque epulaturus erat ad funalem cereum preeunte tibicine et fidicine a cena domum reuerti solitus est. Insignem belli cerei successum nocturna celebratione testando. Nam papirius quidem masso cum bene gesta rei publice triumphum a senatu non impetrasset in albano monte triumphandi et ipse initium fecerat, et ceteris postea exemplum prebuit, proque laurea corona cum alicui spectaculo interesset mirtea semper usus est.

Iterum G. marij pene insolens factum. nam post iugurtinum Cimbrum que et teotonicum triumphum cantaro semper potauit quod liber pater indicum ex asia ducens triumphum hoc usus poculi genere ferebatur ut inter ipsum haustum uini uictorie eius suas uictorias compararet.

Marcus autem cato pretor M. scauri ceterorum que reorum iudicia nulla indutus tunica sub pretexta amictu egit. Sed hec atque huiusmodi illa uirtutis aliquid in consuetudine nouande licentie sumpsisse, iurauit illis autem que deinceps subnectam quantum fiduciam habere soleat cognoscatur.

Incipit capitulum septimum de fiducia sui.

Publio et gneo scipionibus et in hyspania cum maiore parte exercitus pace publica in oppressis omnibus prouincie eius nationibus Cartaginensium amiciciam secutis nullo ducum nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente Scipio quartum et vigesimum agens annum iturum se pollicitus est que quidem fiducia populo romano salutis ac victorie spem dedit. Eadem etiam in ipsa hyspania usus est nam cum oppidum bandia circumsederet tribunal suum adeuntes in edem que intra menia hostium erat vadimonium in posterum diem facere iussit. Continuo ergo urbe potitus et tempore et loco predixerat sella posita ius eis dixit. Nichil hac fiducia generosius nichil predictione verius nichil celeritate efficacius nichil dignitate dignius.

Nec minus animosus ac prosper illius in africam transitus quem ex sicilia exercitum senatu vetante traduxit quia nisi plus in ea re suo quam patrum conscriptorum consilio credidisset punici belli finis inventus non esset. Cui facto par illa fiducia quod postea africam tetigit speculatores hanibalis in castris deprehensos ad se perductos nec supplicio affecit nec de consiliis ac uiribus penorum percontatus est sed circa omnes manipulos diligentissime ducendos curauit interrogatosque an satis ea considerassent que spectare iussi erant prandio dato ipsis iumentisque eorum incolumes dimisit. Quo tam pleno fiducie spiritu prius animos hostium quam arma contudit.

Sed ut ad domestica eius eximie fiducie acta veniamus a lucio Scipione ex anthiocensi sestertium quadragies ratio in curia reposceretur prolatum ab eo librum quo accepte et expense summe continebantur refelli ergo inimicorum accusatio poterat discessit indignatus quod de ea re dubitatum esset quod ipso

legato administrata fuerat quin et in hunc modum egit. No-
redo pres ɔscripti erario uro sex ttii quatragies roem| alieni
Imperii minist. quam meo ductu meis que auspitiis bis milles sex
ttio que uberius feci. non enim puto eo malignitatis uentum ut de
mea ignocentia querendum sit. Non cum africam totam ptati
uestre subiecerim| nichil ex ea quod meum diceretur| pter cognomen retuli.
non me ergo punice| non fratrem meum asiatice gaçe| auarum reddide
runt. set utrumque nostrum inuidia magis quam pecunia locupletior est. Ta
men constantem defensionem scipionis uniuersus senatus comprobauit. sic
id factum quod cum necesse ad rei publice usum pecuniam ex erario promi op
ceret idque questores quia lex obstare uidetur aperire non auderent priuatus
claues poposcit patefacto que erario legem utilitati cedere coegit
quam quidem fiduciam continentia illa dedit qua meminerat omnes le
ges a se conseruatas.

Non fatigabor eiusdem facta identidem referendo quoniam ne illis quidem
in consilii genere uirtutis edendo fatigatus est. Diem illi ad populum M. neuius tri
bunus plebis aut ut quidam memorant duo petilii dixerant quo ingenti
frequentia in forum ductus rostra conscendit capitique suo triumphali po
sita hoc ego inquit quirites die Kartaginem magnam sperante
leges uestras accipere iussi proinde est uos mecum ire in capitolium suppli
catum speciosissimam uocem et eque claram euentu secutus est. Siquidem
et senatum totum et uniuersum equestrem ordinem et cunctam plebem iouis opti
mi maximi puluinaria petens comitem habuit restabat ut tribunus

ap(u)d ip(su)s sine p(o)p(u)lo agentis de se fit (et) i(n) foro cu(m) magno calu(m)pnie sue ludibrio solus moraret(ur) (et) deuitandi roboris ca(usa) in capitoliu(m) processit (con)tra accusatore(m) sapie(n)tis uenerator fact(us) est.

Huius sp(iritu)s egregius successor Scipio emulianus cu(m) urbe(m) p(re)ualida(m) obsideret suaderent(que) quibusda(m) ut circa menia ei(us) ferreos murices sp(ar)geret om(n)ia(que) uada plu(m)batis tabulis consterneret h(ab)entib(us) clauoru(m) cacumina, ne subita irruptio(n)e hostes i(n) p(re)sidia n(ost)ra impetu(m) facere possent, respo(n)dit n(on) e(ss)e eiusde(m) et cape(re) aliquos uelle (et) timere. Q(ua)mcu(m)q(ue) memorabiliu(m) p(ar)te(m) exemploru(m) conuert(er)o, uelim noli(m) i(n) cog(no)mi(n)e Scipionu(m) herea(m) necesse est. Cu(m) en(im) liceret hoc loci nasica(m) p(re)terire fidentis a(n)i(m)i dictu(m), clarissimu(m) auctore(m). Annone caritate increbescente, Curiati(us) tribu(nus) pleb(is) productos i(n) contione(m) consules compellebat ut de fru(m)ento emendo at(que) ad id negotiu(m) explicand(um) mittend(is) legatis in curia referent. (Ut) instituti n(on) inutilis inpellandi gr(ati)a(m) nasica contraria(m) actione(m) ordiri cepit. Obstrepente d(e)i(n)de plebe, tacete q(ue)so quirites, inq(ui)t, pl(us) ego e(n)i(m) q(ua)m uos quid rei publice expediat intelligo. Q(ua) uoce audita om(n)es pleno ue(n)erat(i)o(n)is silentio maiore(m) auctoritatis ei(us) q(ua)m suoru(m) alimentoru(m) respectum egerunt.

Liuij q(uo)q(ue) Salinatoris et(er)ne memorie tradend(us) a(nimus), qui cu(m) Hasdrubale(m) exercitu(m) q(ue) penoru(m) in umbria delesset (et) ei dic(er)et(ur) gallos ac ligures ex acie sine ducib(us) (et) signis sp(ar)sos pallantes p(ar)ua manu opprimi posse, r(espo)ndit i(n) hoc eis oportere parci, ne hostib(us) tante cladis domestici nu(n)tij dee(ss)ent.

Bellica hec etc. Valerius in hac parte exequitur exempla diversorum de duobus facit quia primo continuat se ad dicenda secundo exequitur ponit ibi quintum exemplum dicit quod fuit. Quintum etc. hic ponit exemplum et stat in hoc quod iste fuerit huius fiducia de duobus suis capitalibus inimicis sic enim fuit magnanimus ab inimicis se posse decipi vel fraudari. Dicit ergo hic Furius Q. Metellum Q. vel Pompeium consulares viros, i. de genere consulum vehementes suos cupidam sibi profectionem in provinciam Hyspaniam quam sortitus fuerat, vel quam sorte receperat, identidem exprobantes secum illuc legatos vel socios collaterales quos volebat. Fiducia non solum fortem sed et pene temerariam

Bellica hec constantia animi togata illa sed non minus laudabilis

quam L. Furius Philus consul in senatu exhibuit. Q. enim Metellum Q.que Pompeium

nique Pompeium consulares viros vehementes inimicos cupidam sibi profecti

onem in provinciam Hyspaniam quam sortitus erat identidem exprobantes lega

tos secum illuc ire coegit. **F**iducia non solum forte sed pene extemera

riam que duobus acerrimis odiis latera sua cingere ausa est. Vix tutum ministeriis

vix tutum in amicis e sinu inimicorum petere sustinuit.

Cuius factum sicut placet recte est. **L.** et Crassi qui aput maiores elo

quentia clarissimus fuit. Propositum non displiceat. **N**am cum consul provinciam Ga

llicam obtineret **f**acta sua vicissim non solum ei inde non sumavit sed insup

locum ei in tribunali assignavit nec ulla de re nec eo in consilium adhibito co

gnovit. **I**taque et vehemens Carbo nichil aliud Gallica peregrinatione conse

cutus est quam ut animadverteret recte patrem suum ab integerrimo viro in exilium

Cato vero supra sepe numero ab inimicis ad causae dictionem vo

catus nec ullo unquam crimine convictus, ad ultimum tamen fiduciae

in sua innocentia repoluit ut ab hiis in questionem publicam deduct

Tiberium Gracchum a quo in administratione rei publicae ad multum odium

dissidebat iudicem deposceret. Qua quidem animi constantia pertinacia insecta

di se inhibuit.

Eadem M. Scauri fortuna cuius senectus longa ac robusta. Ide

animus. Qui cum pro rostris accusaretur quod a rege Mithridate rei publicae prode

dam pecuniam accepisset causam suam ita egit. **E**t enim iniquum Qui

tes cum inter alios vixerim apud alios me rationem vitae reddere. **S**ed tamen au

debo vos quorum maior pars honoribus et actis meis interesse non potuit

Bellica haec etc. [illegible] in hac parte exequitur [illegible] fiducia non solum fortem sed et pene temerariam. Acerrimis odiis latera sua cingere ausa est. Vix unius ministerii i. amicorum vix tutum in sinu inimicorum petere sustinuit. Non quod hec fiducia nullo modo fiducia sed magis quedam presumptio potest tamen aliqualiter excusari quia fecerit hii duo viri legales et ipse fideles quod considerans fuerit redditus et secutum ut si ad se eos legatos eligeret nullus eorum ipsum posset decipere vel fraudaret eos ergo elegit inimicos legales legalitatem odio anteferens.

Nam Carbo tunc eorum patrem dampnaverat ad speculandum.

Cato vero etc. Refert de Catone nec supra vel censorino quod tante fuit fiducie ut ab inimicis pluribus ad causae dictionem vocatus et ullo tempore crimine convictus ipsum Gracchum a quo odio habebat iudicem deposceret quod sua constantia pertinacia ex insectando se inhibuit.

In questionem publicam: [illegible] accusatus contra quibusdam officialibus [illegible] contra alios et in questionem publicam.

Eadem etc. Emilius Scaurus [illegible] fame a [illegible] senectus [illegible] non tam [illegible] ymo [illegible] quod pecuniam quod rei publicae prodenda a rege Mithridate accepisset pro rostris vel sedibus iudicialibus et cetera in loco [illegible] accusabatur. Cuius Emilius eius fortune cum Catone antedicto equalis senectutis et robuste ac etiam [illegible] causam suam ita egit. Quirites vel Romani [illegible] inimicos meos iniquum [illegible] apud alios me rationem vitae reddere. Sed quia maior pars etc. vobis meis honoribus et actis interesse presentialiter non potuit audebo vos rogare et unam questionem proponere sed ista [illegible] Varius Severus Sucronensis Emilium Scaurum regia mercede corruptum prodidisse imperium populi Romani ait. Emilius Scaurus huic culpe affinem se esse negat utri creditis. Cuius verba debetis magis credere ut mea qui totiens pro imperio Romano pugnavi vel ista [illegible] quod nobis fecit notabilem cum admiratione commotus populus vetitum ab illa dementissima pe[titione] clamore depulit.

Interogare uarius seuerus uaronensis emilium regia corruptum imperium populi romani prodidisse ait emilius scaurus huic se affinem esse culpe negat utri creditis quirites dicti admiratione populus comotus uarium ab illa dementissima actione perpetuo clamore depulit.

Contra M. antonius ille dixit non enim respuendo sed amplectende cause dictionem conscientie inocens esse testatus est questor proficiscens in asiam brundisium iam peruenerat ubi litteris certior incesti se postulatum apud l. cassium pretorem cuius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebat cum id uitare beneficio legis memie liceret que eorum qui rei publice causa abessent recipi nomina uetabat in urbem tamen cucurrit quo tam plano fiducie bono consilio tum absolutionem celerem tum profectionem honestiorem assecutus est.

Sunt et illa speciose fiducie publice exempla nam cum eo bello quod aduersum pirrum gerebatur cartaginenses centum et triginta nauium classem in presidium romanis ultro misissent senatui placuit legatos ad ducem eorum ire qui dicerent populum romanum bella suscipere solere que suo milite gerere posset. proinde classem kartaginem reducentes.

Idem post aliquos annos cartaginensi clade exhaustis romanis rei publice uiribus supplementum exercitui in hyspaniam mitti fecit ne loco hostilium castrorum tamen maxime capenam portam armis hanibale pulsante minoris ueniret quod si illum peni non obtinerent. Ita se gerere in aduersis rebus quid aliud est quam seuientis fortunam in adiutorium sui pudore uictam conuertere.

Magno spatio diuersum est a senatu ad poetam accium transitur. Ceterum

[illegible]

ut ab eo decretus ad extra tuscam producatur in medium. Iulio Cesari amplissimo et florentissimo viro in collegium poetarum venienti numquam assurrexit, non maiestatis eius inmemor, sed quia in comparatione communium studiorum aliquanto se superiorem esse confideret. Quapropter insolentie crimine caruit, quia ibi voluminum non ymaginum certamina exercebantur.

Ne Euripides quidem Athenis arrogans visus est, cum postulante populo ut ex tragedia quandam sententiam tolleret progressus in scenam dixit se ut eum doceret non ut ab eo disceret fabulas componere solere.

Laudanda profecto fiducia est, que extimationem sui certo pondere examinat, tantumque abrogatione distat quantum a contemptu et insolentia distare satis est. Itaque et quod Alcestigi tragico poete respondit probabile. Apud quem cum quereretur quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur, Sed hoc inquit interest quod tui in triduum tantum, mei vero in omne tempus sufficient. Illius enim fecundi cursus scripta intra primas memorie metas corruerunt, alterius cunctante stilo elucubratum opus per omne evi tempus plenis glorie velis feretur.

Adiciam scene eiusdem exemplum. Antigenidas tibicen discipulo suo magni profectus sed parum feliciter se populo approbanti cunctis audientibus dixit: Michi cane et Musis. Quia videlicet perfecta ars fortune lenocinio defecta iusta fiducia non exuitur, quamque se scit laudem mereri, eam si ab aliis non impetrat, domestico tamen acceptam iudicio refert.

Zeusis autem cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines sensuri essent expectandum non putavit, sed protinus hos versus adiecit: [illegible]

… posuit exemplum de pictore, nunc ponit exemplum de fabricatore Phidia qui simulacrum nobilissimum Iovis Olympii perfecit … nullum admirabilius nec prestantius … antefecerat … que quidam quonam mentem suam dirigens Iovis vultum prope modum ex ipso celo petitum … amicus quia de ebore erat … esset amplexus interrogaret illis versibus, id est greco scriptis, quasi magistro usum respondit … magistro … ita fecit … opere magistro dignus erat.

~~… barnebius … alia … ut evii … neope nona … hexetii~~ adeo ut dextre sue multum pictor

abrogavit. ut eam tamen forma comprehensam crederet quantum aut Leda cele

sti partu edere aut Homerus divino ingenio exprimere potuit.

Phidias quoque carmine Homeri versibus egregio dicto allusit. Simulacro

Iovis Olympii perfecto quo nomen prestantius aut admirabilius huma

ne fabricate manus non sunt. Interrogatus ab amico quonam mentem suam diri

gens vultum Iovis prope modum ex ipso celo petitum eboris liniamentis esset am

plexus. illis se versibus quasi magistro usum fuisse respondit. ~~… oa … a …~~

~~… pone … alberiochia apoxaptoy~~

~~ephebeu … an licet an licet~~ hoc … ~~…~~

~~…~~

Non patiuntur me temerioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces.

Siquidem Epaminondas cum ei cives irati sternendarum in oppido viarum contu

melie causa curam mandarent (Erat enim illud ministerium apud eos sordi

dissimum) sine ulla cunctatione idem recepit. daturumque se operam ut

brevi speciosissimum fieret asseveravit. Mirifica deinde procuratione

abiectissimum negotium pro amplissimo expetendum Thebis reddidit.

Hanibal vero cum apud regem Prusiam exularet auctorque ei committendi prelii esset

atque hys non idem sibi exta portendere diceret: an tu inquit vitulinae ca

runcule quam imperatori veteri mavis credere? Si verba numeres breviter

et abscise, si sensum extimes copiose et valenter. Hyspanias enim direptas proprio

… capitaneus et belli auctor erat. Cum autem vice quadam de bello gerendo … id est sacrificiis ex intestinis … in teo … regi … Hanibale fore … quod audiens Hanibal verba in hunc modum … sacrificio … regi dixit: O vituline caru … o … vitulina … et diminutivum carnis, ut dicit … an tu mavis credere … veteri imperatori … si numeres breviter et abscise … si sensum extimes copiose et valenter … victorias Hanibalis eo ordine quo … quas … effudit et … hoste … longo … restata … ducto … hanc … auctoritas ad exploranda bella sacrificia … ad extimandos militares ductus attinebat … oculos … Hanibal … confide … portat.

romano et galloz ac ligurie uires in suaz redactas ptatez / z nouo tm̃ situ alpiuz iuga patefcā / z tr̃smenū lacū dira infuz / et capuas z canni as punice memorie clarissimuz monimtuz / z capuaz possessaz / z ita liaz lacessitaz ante pedes hoīs effu dit. uniusq hostie iecinori lō go exprimito testatā gliaz post / equo aīo nō tulit et sane / qd explo randa bellica sacrificia / extimādos q milhtares duct attinebat oēs foculos oēsq aras bithinie marte ipō iudice pect hanibal p grauasset. Capax gliosi spūs illd qd daīz regis codri / ut eni ib athe niensib ciuitatez sibi dataz cognouit / z ego inquit illis mee gñtis ius dabo / equauit atheīs t̃iaz / ne uicissitudīe talis beneficij impare se iudicā do humili de origine sua sententie extimaretur. Nobiliter et uirg spira nus / qui incepit a quodaz cpi aciē claud desederet / pugnare sibi nō fuge ppoituz ee rndit. z qui referente quodā / sagiptis psas so lē obscurari solere bene narras inquit / in umbra eni pliabitur. Cui sideur urbis atq aīi hospiti suo pric muros excelsos latosq oñdē ti dixit / si istos mulierib compasti recte si uiris / tpit.

· Capitulū octauū libri tcij . Va . d constantia Incipit ·

Aptum z animosuz bone fiducie pect enīso quasi debitū opus superest constantie rñitatoe. cūa eni sic copatū ē / ut siquis se aliquid ordīe z recte mte complexū confidit / l iaz gestuz si obtrectetur / acriter tueatur. / l nō duz edituz si interpelletur / sine ulla cuctatoe ad effecuz pducat. sz duz exemplar ppoite rei psequor / lati m circumspicienti añt oīa se fulvij flacci costantia offert.

Capax. hic ponit exō de codro rege atthēe cuius exm patet clare i lra du cui athenienses sibi ciuitati dederant stati illis ius sue gñtis dedit / quo beneficio tertiam atheniis equa uit ne si talis uicissitudo fuisset humilius de sua origine sentire extimaretur

D constantia

Aptū z aīosum zc. Quia ui de sua uirtute cofidentes debet esse firmi z costantes / jdeo auctor post capm d fiducia / ponit capm d constantia. z duo facit / p pō continuat se ad dicenda. sō exequitur ibi / Capua. dt g o p. m enīso bone fiducie aīosum z aptum pect i precedenti capo opus qi debitū superē rñta toē constantie / in sequenti. z ista tum scribit describendo dicens / cura i. diligentia . comparatū . i. co pertum est z p experientia hmum ut quisquis se recte aut ac ordie aliquid mte coplexū confidit . i. si aliquis scienā aliq pconcepit nō casu sz deliberatoe z cofidentie se posse illud in effcū reponere / tunc debz sequi costantia / et hoc du p si illud qd concepit sit iā gestū z hoc p alios obtrectetur certe p dicta constatez acriter tueatur. sō si pconcep du sit editū z interpelletur / i. detur impedimtū / ne fiat ille costans / ipm sine percuctatoe ad effectum pducat / sz du ppoite rei . i. costantie psequar lati m circuspicienti . i. cū mlta exā concurrerat / costantia fuluij flacci an oia se off

Capuaz fallacib

F.

Capuam fallacib; hanibal' pmissis ytalie regnu nefaria defec tione pacisci psuasa armis psuasa occupauat. ta dein culpe ho stiu ust extimator q speciosus uictor campanu senatu impii de creti auctore fundit delere constituit. Itaq cathenis onustu in duas custodias teanu calenuq diuisit, consiliuq exerciturus cu ea pe gisset quoq administrandoq celerior necitas ee uidebatur. Rumore aut de senatus mitiore snia orto, ne debitaz pena scelerati effugerent no cte amisso equo theanu contendit. interfectisq qui ibi asseruabant e uestigio calea transgressus pseuantie sue op exerciturus et ia diligatis ad palu hostib; litteras a patrib; conscriptis nequiqua sa lutares campanis accepit. in sinistra eni eas i manu sicut sicut erant tradite reposuit. ac iusso litore lege agere. demu ap uit. postq obtemperari no potat. qua constantia uictorie q gliam antecessit. quia si eu intra se ipm ptita laude extimes, maiore pu nita capua q capta reperias.

Atq ista quide seuitas. illa uo pietatis constantia admirabilis. qua q fabius maximus infatigabilez p re publica pstitit pecunia p captiuis hanibali numerauat. fraudat ea pu tacuit. Dictatori magru equitu minutiu iure impii senat equauerat. silentiu egit. Co plurib; pterea iniuriis lacessit i eodez ai hitu masit. n uq s rei pu pmisit irasci. ta pseuans in amore ciuiu.

Quid i bello gerendo nonne par ei constantia. Impiu romanu canensi plio pene destructu uix sufficere ad exercit comparandos uidebat. Ita q frustrari & eludere penoq impetus q manu cu iis tota acie co serere meli ratus pluribus cominationib; hanibal irritatus, sepe eti spe bn

gerende rei oblata numquam a consilii salubritate ne pilo quidem etiam in discrimine recessit. quod quia difficillimum ubique ita et spe superior apparuit. ergo ut Scipio pugnando ita ut hic non dimicando maxime civitati nostre succurrisse visus est. alter enim celeritate sua Kartaginem oppressit, alter cunctatione id egit ne Roma opprimi posset.

Gaium et Pisonem mirifice et constanter turbulento rei publice statu egisse consulem narratio in sequenti patebit. M. Palicani seditiosissimi hominis pestiferis blanditiis preceps populi furor consularibus comitiis summum decus admittere conabatur amplissimum ei deferre imperium cupiens cum teterrimis actis exquisitum potius supplicium quam ullus honos debebatur. nec deerat constanti multitudini ferialis fax tribunicia que temeritatem ei et ruentis comitaretur et languentem actibus suis inflammaret. In hoc miserando pariterque erubescendo statu civitatis tamen non maioribus tribunorum pro rostris Piso collocatus cum huc atque illuc eum ambiissent et an Palicanum suffragiis populi consulem creatum renuntiaturus esset interrogarent, primo respondit non existimare se tantis tenebris offusam esse rem publicam ut huc indignitatis veniret. deinde cum perseveranter instarent ac dicerent age si ventum fuerit? non renuntiabo inquit. quo quidem tam absciso responso consulatum Palicano prius quam illum adipisceretur eripuit. Multa et terribilia Piso contempsit dum speciosum mentis sue flecti non vult rigorem.

Metellus autem Numidicus pro consimile perseverantie genus excepit quod indignam maiestate ac moribus suis procellam animadverteret quod tendentem Saturnini plebis tribuni funesti conatus quanto cum malo rei publice nisi iis occurreretur erupturi erant. in exilium quam in legem eius ire maluit. Potest aliquis hoc

Gneium et cetera. hic ponit exemplum Gnei Pisonis qui ut dicit Seneca libro primo de ira fuit vir precavens cui placebat pro iustitia rigor. Ergo premittit quod fuit vir constans. Secundo exemplum ponit ibi M. Palicani et cetera. dicit ergo quod in sequenti narratione patebit Gnei Pisonem rei publice statu turbulento mirifice et constanter consulem egisse. M. Palicani et cetera. hic ponit exemplum. notandum ergo quod dum Piso erat consul quidam homo pessime conditionis et vite in urbe erat. populus ergo istius seditiosissimi hominis pestiferis blanditiis preceps i. furor consularibus comitiis summum decus admittere conabatur quia sibi amplissimum consulatus imperium deferre cupiebat et furori ipsius favebat fax tribunicia i. honor tribunalis temeritatem populi ac etiam Palicani fovebat et inflammabat. Nullus ergo remansit pro rostris i. pro officio consulis nisi Piso qui consulatum tenebat. ad quem cum diu et undique et Palicanum suffragiis populi consulem creatum renuntiantes accederent an ipse renuntiaturus esset interrogabant, quibus Piso ait non se existimare posse rem publicam adeo cecatam ut ad tantum indignitatis veniretur ut tam seditiosum faceret consulem. et deinde cum perseveranter instarent ac dicerent age si ventum fuerit i. si renuntiabitur consul inquit non renuntiabo. Quo quidem responso tam absciso et tam constanti Palicano prius consulatum illum adipisceretur eripuit. et non mirum quia Piso multa et terribilia contempsit dum speciosum mentis sue rigorem ab alio flecti noluit.

Metellus autem et cetera. de isto Metello Numidico dictum est infra libro quarto capitulo primo. Numidicus quia ad presens spectat nomen Saturninus fuit populi et Saturnina curia que suo tempore fuit maxima ampla cum Romanis duceret diversis temporibus bella ... ad patres ... descendentes de confinibus ... ut dicit cronica sub dubio ut erat qui consulibus deliberatis dimiserit. quo tempore plebis tribunus erat hic Metellus qui lege statuit ut ibi essent confines in quo eos ... ire nolebat. tempore ergo medio Saturninus munus honorantes disponebat ... quod adverterens Metellus non valens obviare ... hoc sustinere. dicit ergo Valerius Metellus Numidicus pro consimile perseverantie genus qualis fuit perseverantia Pisonis excepit procellam i. iacturam sua maiestate ac moribus indignam ... animadverteret quo funesti i. inquinati et sordidi ... Saturnini conatus pro malo rei publice erupturi erant nisi iis ... occurreret maluit in exilium quam in legem eius ire i. antequam consentiret voluit exulare. posset aliquis ... verba dicentis posse aliquis hoc viro dici constantior ... qui ne sententia qua decedat pelleret patriam in qua summum dignitatis gradum obtinebat carere sustinuit.

uiro dici constantio. qui ne sinu sua pelleretur, patria que summi dignitatis
gradum obtinebat carere sustinuit.

Age, ut nemini cedit pulcherrima constantia Q. Scevole auguris. Nunc copiam
dispulsis prostratisque inimicorum partibus Silla occupata urbe senatum armatus
coegerat, ac summa cupiditate ferebatur ut C. Marius quam celerrime hostis
iudicaretur. Cuius voluntati nullo obviam ire audente solus Scevola de hac re interrogatus
sententiam dicere noluit. Quin etiam truculentius sibi instanti Sille, licet, inquit,
michi agmina militum quibus curiam circumsedisti ostentes, licet mortem identidem
mineris, numquam tamen efficies ut propter exiguum senilemque sanguinem meum Marium
a quo urbs et ytalia conservata est hostem iudicem. Quid femine cum contione? Si
patrius mos servetur, nichil. Sed ubi domestica quies seditionum agitata fluctibus est,
priscae consuetudinis auctoritas convellitur, plusque valet quod violentia co-
git quam quod suadet et precipit verecundia.

Itaque, Sempronia, Ti. et Gaii Gracchorum soror, uxor Scipionis Emilia-
ni, non ut absurde gravissimis virorum operibus inserentem maligna rela-
tione comprehendam, sed quia a tribuno plebis producta ad populum in maxima con-
fusione nichil tuorum amplitudine degenerasti, honorata memoria prosequar.
Coacta es eo loci consistere ubi principum civitatis perturbari frons solebat.
Instabat tibi torvo vultu minas profundens amplissima potestas. Cum clamore
imperite multitudinis obstrepens totum forum acerrimo studio nitebatur ut Equi-
tio, cui Semproniae gentis falsum ius querebatur, tamquam filio Tiberii fratris tui o-
sculum dares. Tu tamen illum nescio quibus tenebris protractum ~~ut provenctum~~
ut portentum execrabili audacia ad usurpandam alienam propinquita-
tem ~~tendente~~ repulisti.

Non indignabuntur lumina nostre urbis sunt eorum eximium fulgorem centurionum quoque uirtus spectandam se obtulerit. nam ut humilitas amplitudinem uenerari debet, ita nobilitate fouenda magis quam spernenda bone indolis nouitas est.

An abigi debet cetus ab horum exemplorum contextu qui pro cesaris partibus incubans scipionis presidio interceptus cum uno modo salus ab eo daretur si se futurum Gnei pompei generi ipsius militem affirmasset. ita respondere non dubitauit. Tibi quidem scipio gratias ago. sed in ista conditione uite uti non est opus. sine ullis ymaginibus nobilem animum. De constantie appositum secutus

Meuius centurio diui augusti cum antoniano bello sepenumero excellentes pugnas edidisset impulsis hostium insidiis circumuentus et ad antonium alexandriam productus interrogatusque quidnam de eo statui deberet iugulari me inquit iubete quia non salutis beneficio nec mortis supplicio adduci possum ut aut cesaris miles esse desinam aut tuus esse incipiam. Ceterum quo constantius uitam contempsit eo facilius impetrauit.

Complura huiusce note romana exempla supersunt sed satietas modo uitanda est. Itaque stilum meum ad externa iam delabi permittam. Quorum principatum teneat Blasius. cuius constantia nichil pertinacius. Salapiam enim patriam suam presidio punico occupatam romanis cupiens restituere dasium acerrimo studio secum in administratione rei publice dissidentem et alioquin toto animo hanibalis amicitie uacantem, sine quo propositum consilium peragi non poterat, ad id opus aggrediendum maiore cupiditate quam spe certiore temptare ausus est. qui protinus sermonem eius adiectis que et ipsum commendatiorem et inimicum inuisiorem factura uidebantur hanibali rettulit. a quo missi sunt ut alter crimen probaret alter defenderet. Ceterum cum in tribunali res gereretur et omni

hic fuit prius atheniensium qui eis consilium [dedit] contra thebanos qualiter agerent dedit aliis consilium contrario ... consilium dantibus atheniensis receperunt ... et inde prospere res successit ... ymo quod eorum successu letari dixit sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret. non enim dampnavit quod recte viderat quod alius male consuluerat, bene cessant quod fuit feliciter et fortunaciter, sed hoc consilium phocionis prudencius

illi omnium delicti intenti essent dum aliud forte aterionis arte negotium tracta-
tur, Blasius vultu dissimulante ac voce summissa monere Dasium cepit ut
Romanorum potius quam Kartaginensium partes foveret. cum in te ille prelati se in
conspectu ducis adulescentium sollicitatum, quod quia incredibile extimabat, et ad unum
tamen aures pervenerat et iactabat ab inimico, veritas fide caruit. Sed non
multo post Blasius mira constantia Dasium ad se contraxit. Marcello quoque
et Salapiam et quingentos Numidas qui in ea custodie causa erant tradidit.

Phocion vero cum Athenienses rem aliter atque ipse suaserat prospere administrassent,
adeo perseverans sententie sue propugnator extitit ut in contione letari quidem
se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret. non enim dam-
pnavit quod recte viderat, quia quod alius male consuluerat bene cesserat, feli-
cius istud extimans, hoc sapientius. plerumque enim temeritatis causa vivat
ubi pravo consilio prosperitas aspirat, quia vehementius nocet insperati prosperitas. mansuetu-
des et liberales omni quoque suavitate temperati mores Phocionis, quos optime per-
fecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. Itaque constantia
que natura rigidior videbatur lenis eius mansueto pectore fluxit.

Socrates autem virilitatis palliatum animus aliquanto prestantiorem perseverantie exemplum edidit.
Universa civitas Atheniensium iniquissimo truculentissimo errore instincta de
capite decem pretorum qui apud Arginusas Lacedemoniorum classem deleverant triste
sententiam tulit. Forte tunc eius potestatis Socrates cuius arbitrio plebiscita ordina-
rentur, indignum iudicans tot et tam bene meritos ex indigna causa impetu in uno
die abripi, temeritati multitudinis constantiam suam obiecit, maximoque totius
contionis fragore et incitatissimis minis impulsus non est ut se publice dementie auctorem
describeret. Quoque oppositu et legitima via prohibita iniusto proborum cruore

al. et sane blandum animi temeritati casus iacet. alia littera sic: et sane blandum non animi plerumque est temeritate causa vivat ubi et cetera.

Socrates autem ... communi alterius philosophi ... ubi notandum quod iste Socrates non fuit ille famosus philosophus sed quidam alius ut patebit ... diffuse. hic enim erat Atheniensis plebiscitum ... officium habebat quod habebant tribuni plebis in Roma. hic de decem pretoribus ... navis Lacedemoniorum apud Arginusas ... ad mortem ... de quo Athenienses invidias ... sententiam ... quorum dementie Socrates se opponens furore cum eis ... [illegible]

al. ... pleno consilium suum fuisse melius.

manus suas contaminare perseuerauit. non timuit socios nec conspirate patrie undecim furor mors ipsius exsisteret.

Proximum etsi non eiusdem splendoris, est tamen eiusdem constantie huic potest exprimi efficacis opere forensis fidei non latentis. Athenis Ephialtes accusare publice iussus inter ceteros Demosthenis nomen referre coactus est. Cuius filius erat Democrates excellentis forme puer, quo is flagrantissimo inherens amore. Itaque cum is officii sorte truculentus accusator, priuati affectus condicione miserabilis reus, puerum ad se exorandum quo parcius patris criminibus insisteret uenientem neque repellere nec supplicantem genibus suis aduolutum intueri sustinuit, sed operto capite flens et gemens preces expleri passus. Nichilominusque sincera fide accusatum Demosthenem dampnauit. Victoriam nescio laude an tormento maiore partam: quem priusquam sontem opprimeret, se ipse uicit Ephialtes. Quem Siracusanus diuersitate coequat, qui quibusdam monentibus ut aduersus Eraclidem et Caliphum, quorum fidei plurimum credebat, tamquam insidias ei nectentes cautior esset, respondit uitam se malle exuere quam in metu uiolente mortis amicos inimicis uix ponere. Quod sequitur et rei ipsius admiratione et celebritate auctoris illustre est.

Alexander Macedonum rex inclita iam pugna excellentissimis opibus Darii contusis, aestu itineris feruore Cilicia percalefactus, Cigno qui aque liquore perspicuus Tarson influit corpus suum immersit. Subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis neruis ac torpore hebetatis artubus maxima cum exanimatione totius exercitus in oppidum castris propinquum defertur. Iacebat eger Tarsi, inque illa ualitudine eius aduersa instantis uictorie spes fluctuabat. Itaque conuocati medici attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant. Quorum cum ad unam potionem sententiam direxissent, atque Philippus suis manibus temperatam Alexandro ... Erat autem amic[us]

· a. d. quod dii fecerunt ut illa potio uenefica quam sumpsit Alexander non nocuit sibi propter nimiam confidentiam quam habuit in Philippo, licet ipse Philippus fuit malus uel fortassis illa potio non fuit uenefica ... et sic per falsum iudicium Parmenonis presidium Alexandri sanitatis non fuit impeditum ... incolumitate ...

ipsi et comes pervenisset a parmenione litterae missae supervenerunt admonentes ut rex insidias philippi pro inde ac pecunia corrupti a dario caveret. quas cum legisset sine ulla cunctatione medicamentum hausit has tamen legendas philippo tradidit. pro quo tam constanti erga amicum iudicio dignissimam a diis inmortalibus mercedem recepit qui incolumitatis eius presidium falso interpellari iudicio noluerunt.

Incipiunt capitula quarti libri Val. Maximi Pompeij militaris.

De moderatione ca. 1 — De amore coniugali ca. 6m

Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia vel necessitudine ca. 2

De abstinentia et continentia ca. 3

De paupertate ca. 4 — De amicitia ca. 7m

De verecundia ca. 5m — De liberalitate ca. 8m

Val. Maximi dictorum ac factorum memorabilium lib. quartus incipit.



TRANSGREDIAR ad saluberrimam partem animi moderationem que mentes nostras impotentie temeritatis incursu transversis ferri non patitur. quo evenit ut reprehensionis morsu sit vacua et laudis questu sit opulentissima. Itaque effectus suos in claris viris recognoscat.

Atque ab incunabulis summi honoris incipiam. P. Valerius qui populi maiestatem venerando publicole nomen assecutus est cum exactis regibus imperij eorum universa omnia insignia sub titulo consulatus in se translata cerneret invidiosum maiestatis fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit fasces securibus vacuefaciendo

in concione populi summittendo. numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit.
ultro spurio luctio collega assumpto. ad quem quia maior natu erat priores
fasces transferri iussit. legem et comitiis centuriatis tulit ne quis
magistratus civem romanum adversus provocationem verberare aut neca
re vellet. Itaque quo civitatis condicio liberior esset imperium suum paulatim de
struxit. Quid quod edes suas diruit quia excelsiore loco posite instar arcis
habere videbatur. nonne quantum domo inferior tantum gloria superior evasit.

Vix iuvat abire a publicola sed venire ad furium camillum libet cuius tam
moderatus ex magna ignominia ad summum imperium transitus fuit ut cum presidium
eius cives capta urbe a gallis ardee exulantis petissent non prius ad
accipiendum exercitum iret quam de dictatura sua omnia sollempni iure acta compe
risset. magnificus camilli veietanus triumphus. egregia gallica victoria. sed
ista cunctatio longe admirabilior. multo enim multo quam seipsum quam hostes sup
are operosius est nec adversa prepropera festinatione fugientem nec secunda effuso gaudio
apprehendentem.

Par furio moderatione marcius rutilius censorinus. iterum enim censor creatus ad
concionem populum advocatum quam potuit gravissima oratione corripuit quod eam
bis sibi detulisset cuius maiores quia nimis magna videretur tempus coartandum iu
dicassent. utrique recte et censorinus et populus. alter enim ut moderate honores crederet
precepit. alter se moderato credidit.

Age. L. quintius cincinnatus qualem consulem gessit. cum honorem patres conscripti
continuare vellent. non solum propter ipsius egregia opera sed et quia populus eosdem tribunos
in proximum annum creare conabatur quorum neutrum iure fieri poterat utrumque
discussit senatus studium simul inhibendo et tribunos verecundie sue exemplo

cogendo. Atqui un[us] c[on]a fuit amplissimus ordo pl[ur]es tutus e[ss]et ab in
iusti s[enatu]s rephensione ...

Fabius u[er]o maxim[us] cu[m] a se quinquies z a p[at]re auo z proauo maiorib[us]q[ue] suis sepenu[mer]o co[n]sulatu[m] gestu[m] aiaduerteret comitiis q[ui]b[us] fili[us] ei[us] sumo co[n]sensu co[n]sul creabatur q[uam] potuit constanter cu[m] ipso egit ut alii h[oc] honoris fabie genti daret. no[n] q[uod] uirtutib[us] filii diffideret. erat e[nim] illustris. s[ed] ne maximu[m] imp[er]iu[m] i[n] una familia continuaretur. Quid hac moderatione efficatius aut ualentius q[uae] et p[ri]os affectus q[uae] potentissimi h[abe]nt superauit.

Non defuit maiorib[us] g[ra]ta mens ad p[re]mia superiori africano exoluenda. siquide[m] maxima ei[us] merita paribus ornamentis decorare conati s[un]t. uoluerunt illi statuas i[n] comitio i[n] rostris i[n] curia in ipsa denique iouis optimi cella pone[re]. uoluerunt imaginem ei[us] triumphali ornatu indutam capitolinis puluinarib[us] applicare. uoluerunt ei continuum p[er] o[mn]es uite a[n]nos co[n]sulatu[m] p[er]petuamq[ue] dictaturam tribuere. quor[um] nichil sibi neq[ue] plebiscito dari n[eque] senat[us] co[n]sulto patiendo pene tantu[m] se i[n] recusandis honorib[us] gessit q[uan]tu[m] egerat i[n] merendis. Eode[m] robore mentis causam hanibalis i[n] senatu p[ro]texit. cu[m] eu[m] ciues sui missis legatis tanq[uam] seditiones ap[ud] eos molientem accusarent. adiecit q[uod] no[n] oportere p[at]res conscriptos se i[n] re pu[blica] kartaginensium i[n]terpone[re]. altissima moderatione alt[er]ius saluti co[n]suluit alt[er]ius dignitati. uictoria ten[us] utriusq[ue] hoste[m] egisse contentus.

At M. marcell[us] q[ui] p[ri]mu[s] z hanibale uinci z siracusas capi posse docuit cu[m] i[n] co[n]sulatu ei[us] sicilienses questum i[n] urbem uenissent. n[on] senatu[m] ulla de re h[ab]uit. q[uia] collega ualeri[us] leuini forte aberat. ne ob id siculi i[n] querendo timidiores e[ss]ent. et ut iis redyt. ult[ro] de hiis admittendis rettulit. querentes

quod de se patienter sustinuit. illos et a latio discedere remanere ut sue defensioni interessent coegit. Ac deinde utraque parte perorata et excedentes curia subsecutus est quo liberius sententiam ferret senatus. Improbatis quoque eorum querelis supplices et orantes ut ab eo in clientelam reciperentur clementer excepit. Super hec Siciliam sortitus eam provinciam college cessit. Totiens laudato Marcelli variari non potest quotiens ipse novus gradibus moderatione adversus socios usus est.

Quam ti. b. etiam Gracchus admirabilem se exhibuit. Tribunus enim plebis cum ex professo inimicitias cum Africano et Asiatico Scipionibus gereret et Asiaticus iudicate pecunie satis dare non posset atque ideo a consule in vincula publica duci iussus esset appellatoque collegio tribunorum nullo volente intercedere secessit a collegis decretumque composuit. Non quisquam dubitavit quin eo scribendo irati hostis adversus Asiaticum verbis usurus esset. At is primum iuravit se cum Scipionibus in gratiam non redisse. deinde tale decretum recitavit. Cum L. Cornelius die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem coniecerit alienum et indignum maiestate rei publice videri eodem ipsum duci. Itaque id non passurum fieri libenter. tunc opinionem suam populus romanus a Graccho deceptam cognovit. moderationemque eius debita laude prosecutus est.

Gaius quoque Claudius Nero inter certa precipue moderationis exempla numerandus est. Livii Salinatoris in Asdrubale opprimendo glorie particeps fuerat tamen eum triumphantem equo sequi quam triumpho quem ei senatus equo decreverat uti maluit quia res in provincia Salinatoris gesta erat. Sine curru ergo triumphavit eo quidem clarius quod illius victoria tantum laudabatur huius etiam moderatio.

Nec Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur qui censor cum lustrum conderet inque solito faciendo scriba ex publicis tabulis sollempne ei precationis carmen preiret quo dii immortales ut populi romani res meliores amplioresque facerent rogabantur.

Ad intelligentiam huius exempli notandum quod [illegible] P. Cornelius Scipio frater Scipionis Africani dictus Asiaticus quia Asiam devicit [illegible] peccatum pecunie compertus reddere non posset nec satis dare valeret magistratus publicus eum in carcerem poni mandavit. de quo dicitur in libro V. [illegible] magistratus [illegible] habetur. Gaius tiberius Gracchus et germanus Gracchi cum isto L. et eius fratre Africano inimicitiam habebant. tertio cum ipse L. carceri esset adiudicatus. hic tribunus erat plebis tiberius. qui L. pro defensore tanquam falso iudicatus appellavit. qui tiberius moderatione sic inimicitiam temperavit ut ipsum iudicatum a carcere liberaret. que omnia tanguntur valde [illegible] [illegible] quod tiberius Gracchus etc.

Gaius quoque etc. hoc tempore exercitus stat in [illegible]. Livius Salinator et Claudius Nero contra Hasdrubalem Hanibalis fratrem consules mittuntur de quibus dictum est supra libro 2o capitulo de censoria nota. Salinator et infra habetur [illegible] prius Hasdrubalem interfecerunt. Ipsis ergo in urbem revertentibus decrevit senatus triumphum dari. Sed Claudius Nero currum triumphi ascendere noluit sed socium suum posuit post currum in equo sequi maluit quod ideo fecit quia provincia illa in qua hec victoria fuerat quedam Salinatoris erat provincia. Ibi enim [illegible] in finibus [illegible] multas victorias habuerat Salinator. hoc autem magis fuit moderatoris triumphum vitare et se a victorie laude abstinere. Dicit ergo Valerius [illegible] et est melior littera Claudius Nero etc.

Nec africanus etc. ponit Scipionis Africani posterioris. Ad cuius intellectum sciendum est Rome in capite quinque annorum regulariter quedam processiones et depurationes fuisse in quibus quedam carmina dii rogabantur ut res romanas ampliores et meliores facerent. cum Scipio posterior censor esset et suo tempore deberet fieri lustrum et audivit carmen in quo [illegible] precabatur augmentum displicuit sibi dicens sunt bone et magne nimis. Ideo precor ut eas perpetuas incolumesque servet. quam autem moderatorem autem condar [illegible] conderet i. faceret. nam condere dicitur quod facere edificare construere [illegible] et quandoque dicitur quod abscondere.

Indictionis. et vocabatur lustrum. erant autem [illegible] quedam carmina per modum laudum ordinata [illegible] unum carmen erat [illegible] lustrum lustro as. are. dicitur quod purgare circuire [illegible] lustrare sive luminare. unde et purgabat. [illegible] quod lustrat. inde hoc lustrum i. circundatio vel purgatio vel luminatio quinquennium annorum. vel est obscurum latibulum sive cubile ferarum vel est domus meretricum.

satis ingt bone z magne sunt. Itaq₃ pstor ut eas ppetuo incolumes fuerit.
ac publicas ptin tablis adhuc modu carm emdari iussit. Qua votoz ue
cundia deinceps censores i condendis lustris usi sunt. prudenter eni sensit
tc i crementu romano impio petend fuisse cu int septimu lapide triumphi
qrebantur. Maiore aut totius terraz orbis ptez possideri aut auidu ee
quicq₃ ultra appetere. Ita abunde felix si nich ex eo qd obtinebat amitteret.

Neq₃ alia in eius censura moderato p tribunali applicuit continuatas r
cognoscens equitu. postq₃ C. licinium sacerdotem citatum pcessisse animaduertit
dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. proinde siquis eu accusare ve
llet usuz testimonio suo. Sz nullo ad id negotium accedente traduc equum
sacerdos inquit. i lucri fac censoriam notam ne ego i tua p z accusatoris
z testis z iudicis ptes egisse videar.

Quod aut temperamentu et i quinto sceuola excellentissimo uiro anota
tu ē. testis nāq₃ i reu pductus cu id rndisset qd salute piclitantis magnope
lesurum videbat discedens adiecit ita s̄ oportere si z alij id asseuerassent qm unius
testimonio credere pessimi exempli ee. z religioni sue q debitam fidem z coi utili
tati salubre consilium reddidit.

Sentio quos cives q ue facta eoz ac dcā q angusto ambitu orōnis
amplectar. Sz cu magna z multa breuiter dicenda sint claritate excelle
tibus infinitis psonis rebusq₃ circumfusus utrumq₃ pstare nequeo. ppoiti q nō to
nō laudanda sibi oia sed recordanda suscepit. Quapp boā cu venia duo mete
lli Macedonicus z numidicus pcie ornamenta strictius narrari patient. Acerrime
me cu Scipione affricano macedonicus dissenserat. eoz q emulatione virtutis

profecta contemptio ad graves testatasque inimicitias progressa fuerat, sed tamen cum interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit mesto que vultu et voce confusa: concurrite, inquit, cives, menia nostre urbis eversa sunt. Scipioni enim Affricano intra suos penates quiescenti nefaria vis allata est. O rem publicam pariter Affricani morte miseram et Macedonici tam humana tamque civili lamentatione felicem: eodem enim tempore et quantum amisisset principem et qualem haberet recognovit.

Idem filios suos monuit ut funebri eius lecto humeros subicerent, atque huic exequiarum illum honorem vocis adiecit non fore ut postea id officium ab aliis maiori viro prestari posset. Ubi illa tot curie iurgia, ubi tam multe pro rostris altercationes, ubi maximorum civium et ducum tantorum togata prelia? Omnia nimirum ista precipua veneranda consequenda delevit moderatio.

Numidicus autem Metellus popularis factionis iniuria pulsus in Asiam secessit. In qua cum ei forte ludos Trallibus spectanti littere reddite essent quibus scriptum erat maximo senatus et populi Romani consensu reditum illi in urbem datum, non e theatro prius abiit quam spectaculum ederetur, nec letitiam suam proxime sedentibus ulla ex parte patefecit, sed summum gaudium intra se continuit. Eundem constat pari vultu exulem fuisse et restitutum: adeo moderationis beneficio medius semper inter secundas et adversas res cum animi firmitate versatus est.

Tot familiis in uno genere laudis cruatis Porcium nomen velut expers huius glorie silentio preterundum se negat fieri debere.

Posterior Cato non parvo sume moderationis fisus indicio Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia et sanctitate in urbem deportaverat. Cuius ministerii gratia senatus relationem interponi iubebat ut pretoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. Sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans quod nulli alii tribueretur sibi decerni, ac ne quid in persona sua novaretur campestrem experiri temeritatem quam curie beneficio uti satius esse duxit.

Idem filios etc. ponit exemplum rei et honoris exhibiti Macedonicus iussit ut filii sui lectum Scipionis portarent. Magna enim animi modestia fuit sic de inimici hominis morte dolere. Dicit ergo: Idem Macedonicus filios suos monuit ut funebri eius scilicet Scipionis lecto humeros subicerent atque huic vocis illum honorem exequiarum adiecit. Alia littera dicit et hic est sensus idem: non fore, id est non esse ut id officium scilicet portandi feretrum posterius ab aliis vel ab illis filiis maiori viro prestare possent, quia nullus posset esse maior Scipione nec dignior tale honorem suscipere. Ubi illa etc. Verba auctoris in quibus magnificat Metelli moderationem et dicit: ubi supple sunt illa tot iurgia in curia, id est in loco in quo fiebant senatus consulta de causa rei publice sic dicta; ubi tam multe pro rostris altercationes, quod sit rostrum eodem titulo scilicet non desunt supra patet. Ubi maximorum civium et ducum tantorum togata prelia, quia sub tempore pacis et toge erant diversi. Nam bellum civile non habebant, sed aliqua littera habet togata prelia. Sensus tamen non mutatur. Omnia erant inter Metellum et Scipionem nimirum omnia precipua veneranda consequenda delevit moderatio Metelli.

Numidicus etc. posito Metelli Macedonici exemplo ponit exemplum Metelli Numidici qui in fraude et dolo populi a patria pulsus fuit et in Asiam cessit, in qua cum quadam die ad spectaculum in theatro staret litteras de sua revocatione a senatu recepit, quas cum legisset a theatro donec spectacula complerentur non recessit, nullam letitiam de hoc hiis sedentibus ostendens, sed quasi intus gaudium continuit ut pari vultu exul fuisset et civis. Dicit ergo Valerius: Non solum Macedonicus Metellus hac id est in moderatione fecit, sed Numidicus Metellus autem quia populari factione id est dolo populi patriam pulsus in Asiam secessit, in qua cum ei forte et cetera littere in oppido [illegible] ludos theatrales id est qui fiebant in theatro de quo dictum est supra libro [illegible] ultimo. Eodem etc.

Tot familiis etc. posito de Catone Porcio exemplo [illegible] quod constaret senatus et populus volebant Catonem extra ordinem id est preter populi suffragia de quibus supra dictum libro etc. et qui a pretoribus dignitatem reciperet; sed ipse Cato renuit et non potius maluit in dubio esse et demum pretor fieri ut cum populus postulasset ut mos erat quam a senatu ultro delatum honorem sibi recipere. In littera autem tangitur eo spectaculo quare hunc honorem sibi volebant deferre quia ipse pecuniam de Cipro cum magna diligentia in urbem portaverat. Unde dicit: tot familiis in uno genere laudum in precedentibus enumeratis Porcium nomen velud expers huius glorie silentio preteriri negat fieri debere. Posterior Cato ad dictam antiquioris non parvo indicio sume moderationis fisus supple fuit, nam quia pecuniam Cipriacam id est de Cipro hiidem reciperet [illegible] tributi cum magna diligentia et sanctitate in urbem deportaverat, cuius ministerii gratia senatus relationem tam gloriosam interponi iubebat pretoriis comitiis id est in comitio pretorum existentibus ratio eius extra ordinem reciperetur sine electione; sed ipse Cato id fieri passus non est, iniquum esse affirmans sibi decerni quod nulli alii tribueretur, ac ne quid id est ne aliquid in sua innovaretur satius id est melius esse duxit campestrem experiri temeritatem quam curie beneficio uti. De hac campestri temeritate habetur supra libro 3o capitulo de hiis qui a claris parentibus degeneraverunt sed idem patet.

Ad extra iam mihi ex(empla) transire conanti M. bibulus vir amplissime dignitatis et summis honoribus functus manum iniecit, qui cum in siria provincia moraretur, duos egregie indolis filios a gabinianis militibus egipti occisos cognovit. Quorum interfectores ad eum vinctos regina cleopatra misit ut gravissime cladis ultionem arbitrio suo exigeret. At ille oblato beneficio quo nullum maius lugenti tribui poterat, dolorem moderationi cedere coegit: carnifices sanguinis sui intactos e vestigio ad cleopatram reduci iussit, dicendo potestatem huius vindicte non suam sed senatus debere esse.

Tarentinus archytas dum se pittagore preceptis metaponti penitus immergit, magno labore longoque tempore solidum opus doctrine complexus, postquam in patriam revertitur ac rura sua revisere cepit, animadvertit negligentia villici corrupta et perdita, intuensque male meritum: suppsissem inquit a te supplicium, nisi tibi iratus essem. Maluit enim impunitum dimittere quam propter iram iusto gravius punire.

Nimis liberalis archite moderatio, temperantior platonis. Nam cum adversus delictum servi vehementius exarsisset, veritus ne ipse vindicte modum dispicere non posset, speusippo amico castigationis arbitrium mandavit, deforme sibi futurum existimans si commisisset ut parem reprehensionem culpa servi et animadversio platonis mereretur. Quo minus miror quod in xenocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit. Audierat eum de se multa impie locutum: sine ulla cunctatione criminatorem respuit. Instabat certo vultu index, causam querens cur sibi fides non adhiberetur. Adiecit non esse credibile ut quem tantopere amarem ab eo invicem non diligerer. Postremo cum ad iusiurandum inimicitias serens malignitas confugisset, ne de pretio ei disputaret, affirmavit numquam xenocratem illa dicturum fuisse nisi ea dici expedire iudicasset. Non in corpore mortali sed in arce celesti et quidem armatum animum eius interpellatorem putes pepulisse humanorum vitiorum incursus, ac se invicta pugna repellentem cunctosque virtutis sue numeros altitudinis sue sinu clausos custodientem.

Nequaquam platoni litterarum commendatione par siracusanus [Dion], sed quod ad prestandam moderationem attinuit vehementioris exempli. patria pulsus a dionisio tyranno megaram petierat ubi cum theodorum principem eius urbis domi convenire vellet, nec admitteretur multum diu ante fores retentus comiti suo hoc patienter ferendum est, ait. enim forsitan et nos cum gradu dignitatis nostre essemus aliquid tale faceremus qua tranquillitate consilii ipse sibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

Transibulus etiam hoc loco comprehendendus est qui plurimum atheniensium triginta tyrannorum sevitia sedes suas relinquere coactus dispersam et vagam vitam miserabiliter exigentem civium pariter atque animis confirmatum in patriam reduxit. insignes deinde restitute libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. plebis enim scitum interposuit ne qua preteritarum rerum mentio fieret. hec oblivio quam athenienses anestiam vocant concussum et labentem statum civitatis in pristinum habitum revocavit.

Non minoris admirationis illud Stasippi tegeatis ortantibus amicis ut quendam in administratione rei publice emulum sibi aliosque probum et ornatum viris qualibus ratione vel tolleret vel summoveret, negavit se facturum ne quem in tutelam patrie bonus civis obtineret malus et improbus occuparet. seque potius vehementer adversario urgeri quam patriam egregio advocato carere potavit.

Pitaci quoque moderatione pectus instructum qui alceum poetam et amaritudine odii et viribus ingenii adversus se pertinacissime usum tyrannide a civibus delatam adeptus tantum quid in opprimendo posset admonuit.

Huius viri mentio subicit ut de septem sapientum moderatione referam. a piscatoribus in milesia regione everriculum trahentibus quidam iactum emerat. extracta deinde magni ponderis aurea delphica mensa orta controversia est. illis se piscium capturam vendidisse affirmantibus hoc fortunam ductus emisse

Nomina septem sapientum sunt hec
Tales milesius
Solon atheniensis
Chilon lacedemonius
Pittacus Mitilenus
Bias spartanus vel prienesis
Cleobolus lidius
Periander corinthius

dicente qua conditione propter nouitatem rei et magnitudinem pecunie ad uniuersum ciuitatis cetum delata placuit Apollinem Delphicum consuli cuinam adiudicari mensa deberet. Deus respondit illi esse dandam qui sapientia ceteros prestaret ~~[illegible]~~ Tum illi Milesio Thaleti mensam dederunt. Ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii, deincepsque per omnium septem sapientium orbem ad ultimum ad Solonem peruenit. Qui et titulum amplissime prudentie et premium ad ipsum Apollinem transtulit.

Age ut Theopompo Spartanorum duci moderationis testimonium reddamus, qui cum primus instituisset ut ephori Lacedemone crearentur, ita futuri regie potestati oppositi, quemadmodum Rome consulari imperio tribuni plebis sunt obiecti, atque illi uxor dixisset id egisse illum ut filiis minorem potestatem relinqueret, relinquam inquit sed diuturniorem. Optime quidem: ea enim demum tuta est potentia que uiribus suis modum imponit. Igitur Theopompus regnum legitimis uinculis constringendo quo longius a licentia retraxit, hoc ad beniuolentiam ciuium propius admouit.

Antiochus autem a L. Scipione ultra Taurum montem imperii finibus summotus, cum Asiam prouinciam uicinasque ei gentes amisisset, gratias agere populo Romano non dissimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur. Et sane nichil est tam preclarum aut tam magnificum quod non moderatione temperari desideret. ‖ Cui ex inimicitiis iuncti sunt amicitia aut necessitudine. Capitulum.

Quoniam multis et claris uictoribus illustria sunt, transgrediamur ad egregium humani animi affectum, que ab odio ad gratiam deflexit, eumque cum leto stilo prosequamur. Nam placidum mare ex aspero, celumque ex nubilo serenum ylari aspectu sentitur. Sic bellum pace mutatum plurimum gaudii affert. Offensarum etiam acerbitas deposita candida relatione celebranda est.

Antiochus rex, iste rex de quo liber Machabeorum testatur hystoria, in Asia existens a L. Scipione affricano Romanis fuit ultra Taurum montem de quo dictum est libro secundo capitulo de disciplina militari in fine, finibus imperii summotus, cum Asia prouinciam uicinasque ei gentes amisisset, gratias populo Romano agere non dissimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus modicis terminis regni uteretur. Et sane uerba auctoris et conclusio capituli: nam nichil tam preclarum aut tam magnificum quod non desideret moderatione temperari, quia recta moderatio prudentia que actus regulatur et qua mores hominum disponuntur ad bonum teste Salomone dicente in prouerbiis: qui moderatur labia sua prudentissimus est.

Co.

que autem ab odio ad gratiam deflexerunt, id est inclinati, eamque cum suis supple deflexerunt leto stilo, id est leta narratione prosequamur. Nam hic ponit rationem quare. Nam ... sicut placidum mare ex aspero, id est sicut maris tranquillitas post tempestatem, et sicut celum ex nubilo serenum ylari aspectu sentitur ... mutatum plurimum gaudii affert ... acerbitas etiam offensarum deposita relatione candida, id est clara, celebranda est. Nota quod ... est summum bonum ... quare sic tempus guerre durante ... aspectus redditur indissolubilis, quia nobis tollitur claritas corporis quibus uirtus nostra ... plurimum delectatur ... in tranquillitate que per odium gignitur ... nostra uoluntas in qua tota consistit humana delectatio ... nam est ut homines delectentur in ... delectatur in hiis ... homines qui ... reguntur ... fere conueniunt nisi in bellis illis que ... pacem conseruandam ... ergo ... tempori quieto in maiori mundo assimilatur tempus pacis in minori mundo, id est homine ... corde humano ... mare ... profunditatem consilii et cetera.

Marcus emilius lepidus bis consul et pontifex maximus splendori quoque honorum pari vite gravitate diutinas ac vehementes inimicitias cum fulvio flacco eiusdem amplitudinis viro gessit, quas ut simul censores creati sunt in campo deposuit existimans non oportere eos privatis inimicitiis dissidere qui publice summa iuncti essent potestate. Id iudicium animi eius et presens etas comprobavit et nobis veteres annalium scriptores laudandum tradiderunt.

Sexti quoque livii salinatoris finiendarum simultatum illustre consilium ignotum posteritati noluerunt esse. Is namque cum neronis odio ardens in exilium profectus fuisset testimonio eius precipue afflictus, tamen postquam eum inde revocatum cives collegam illi in consulatu dederunt et ingenii sui quod erat acerrimi et iniurie quam gravissimam acceperat oblivisci sibi imperavit, ne si dissidente animo consortium imperii usurpare voluisset pertinaciter exhibendo inimicum malum consulem ageret. Que quidem fuit ad tranquilliorem habitum inclinatio in aspero ac difficili temporum articulo plurimum salutis urbi atque italie attulit, quia pari virtutis impetu connisi terribiles punicas vires contuderunt.

Clarum etiam in affricano superiore ac tiberio graccho depositarum inimicitiarum exemplum. Siquidem ad cuius mense sacra odio dissidentes venerant ab ea et amicitia et affinitate iuncti discesserunt. Non contentus enim scipio auctore senatu in capitolio iovis epulo cum graccho concordiam comitasse filiam quoque ei corneliam protinus ibi despondit.

Sed hoc genus humanitatis etiam in marco cicerone precipua apparuit. Aulum namque gabinium repetundarum reum summo studio defendit qui eum in consulatu suo expulerat.

Iderq p

G

Idem Cn. P. vatinium dignitati sue semper infestum duobus publicis iudiciis tutatus est ut sine ullo crimine levitatis ita cum aliqua laude. quia speciosius aliquanto iniurie beneficiis vincuntur quam mutui odii pertinacia pensantur.

M. Ciceronis autem factum adeo visum est probabile ut inimicissimi id ... imitari.

Quod illi P. Pulcer dubitavit qui maiestatis crimine a tribus lentulis accusatus unum ex his ambitus reum patrocinio suo protexit atque in animum induxit et iudicem et pretorem et testem eadem intuens amicum lentulo agere in quo ille salutem eius sedo crimine obruere cupientes hostili voce postularant.

Cannium autem gallum reum pariter atque accusatorem admirabilem egit C. antonii quem dampnaverat filiam in matrimonium ducendo et M. colonium a quo dampnatus fuerat rerum suarum procuratorem habendo.

Celii vero rufi ut vita inquinata ita misericordia quam Q. pompeio prestitit probanda. Cui a se publica questione prostrato cum mater cornelia fidei commissa predia non redderet atque iste auxilium suum litteris imploraverit pertinacissime absenti affuit. Recitavit etiam eius epistolam in iudicio ultime necessitatis indicem qua impiam cornelie avaritiam subverterit. Factum propter eximiam humanitatem ne sub ceno quidem autore repudiandum.

De abstinentia et continentia. ca. 3m

Magna cura et precipuo quidem studio referendum est quanto pere libidinis et avaritie furori silentes imperet ab illustrium virorum pectoribus consilio et ratione summoti sunt. quia iis demum penates ea civitas id regnum eterno in gradu facile steterit ubi minimum virium veneris pecunieque cupido sibi vindicavit. Nam quo iste generis humani certissime pestes penetrarint iniuria dominatur infamia flagrat. ergo hos contrarios his tam

Quartum. hic ut dicebatur auctor prosequitur quod intendit. duo autem dicenda premisit s. de abstinentia libidinis pecunie quod recepit ... libidine ... a pecunia retracta ... Cn. marti ... Scipione affricano superiori ... de hystoria ut titus et alii hystoriographi narrant in hac stat. duobus Scipionibus in hyspania truncatis hic scipio .xx. annorum ... a romanis in hyspania mittitur qui kartagine noua ... magne kartaginis per obsidionem oppressa ac post hoc maioris kartaginis capiende suscepisset auspitia. i. auxilio in ipsa ... aurum argentum et belli apparatum quod affri preparauerant repperit. nobilissimos quosque obsides quos in ea urbe peni. i. kartaginenses clausos ex hyspanis habuerant. Magone et hanibalis fratrem in sua potestate redegit. quem cum aliis roma misit. his excepto quod hyspanorum obsides parentibus reddidit. denique dum quedam adulto flore pulcherrima ab eo comprehensa fuisset eam paterna pietate non obstante quod ipse scipio erat etatis adulte aptus coniugio et iuuenis quod est quodam ad uenerea attractiuum et celebs s. uxore quod erat aliud trahens et uictor consuauit ... postquam comperit eam illustri loco inter celtiberos. i. hyspanos natam et nobilissime eius hyspanie gentis indibili uiro desponsatam. i. promissam accersitis. i. uocatis ipsis redimendam eo cessit et sponso inuiolatam reddidit aurum quod quod pro receptione puelle ablatum erat summe et quantitati dotis adiecit. qua continentia ac munificentia indibilis uir ille sponsus puelle obligatus celtiberorum. i. hyspanorum animos romanis applicando meritis eius scipionis debitam gratiam rettulit. Nam ut cronica dicit amitate puelle sponsus eiusque parentibus omnes fere hyspani ad eum transierunt. Simile narrat vegetius de re militari.

duris vitiis mores commemoremus

Quartum et vicesimum annum agens Scipio cum hispania capta oppressa maioris Kartaginis capiende suscepisset auspitia multosque obsides quos in ea urbe Peni clausos habuerant in suam potestatem redegisset eximie inter eos forme virginem etatis adulte et iuvenis et victor postquam comperit illustri loco inter celtiberos natam nobilissimoque gentis eius Indibili desponsatam accersitis parentibus et sponso inviolatam tradidit. Aurum quoque pro redemptione puelle allatum erat summe dotis adiecit. Qua continentia et munificentia Indibilis obligatus celtiberorum animos romanis applicando meritis eius debitam gratiam rettulit.

Verum ut huius viri abstinentie testis hyspania ita M. catonis Cipros achaia Ciclades insule maritime partes asie provincia Cipros. Unde cum pecunie deportande ministerium sustineret tam aversum animum ab omni venere quam a lucro habuit in maxima utriusque intemperantie materia versatus. Nam et regie divitie potestati ipsius continebantur et fertilissime deliciarum totius grecie urbes necessaria totius navigationis diverticula erant. Atque id Munatius Rufus cipriace expeditionis fidus comes scriptis suis significat. cuius testimonium non amplector. proprio enim argumento laus ista innititur, quoniam ex eodem nature utero et continentia nata est et cato.

Drusum et germanicum ... exercitum ... est drusi de quo dicitur sicut ... a venere abstinuisse ut fuit ... tamen uxore sue ipsa presente siue absente. Unde dicit constitit autem. i. manifestum fuit drusum germanicum quia in germania pugnabat eximie. i. gloriose familie claudie gloriam preciosam. i. urbis ... et ornamentum et desuper omnia ... a tiberio augusto ...

Drusum etiam germanicum eximiam claudie familie gloriam patrieque rarum ornamentum et quod super omnia opera suorum pro habitu etatis magnitudine vitrico puteratque fratri augusto duobus rei publice divinis oculis mirifice respondentem constat usum

X.

... opum suorum etatis magnitudinem vitrico i. sue matris viro s. octaviano pariter ac fratri suo Tiberio. ... tempore Tiberii Valerius scripsit quia ipsum vocat augustum duobus rei publice divinis oculis. Nam octavianum et tiberium octavos vocat divinos mirifice respondentem quia non degeneraverat ab illis. usum veneris inter coniugis karitate clausum tenuisse.

Volsci gens ytala de qua gente fuit camilla que in subsidium turni contra eneam pugnantis venit de qua ... in pluribus locis noiat ut in septimo et in undecimo eneid. vii. Inter ad venit volsca de gente camilla

veneris intra coniugis caritatem clausum tenuisse.

Antonia quoque femina laudibus virilem familie sue claritatem supergressa amorem mariti egregia fide pensavit que post eius excessum forma etate florens cubiculum socrus pro coniugio habuit, in eodemque thoro alterius adolescentie vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imponat. Deinceps his vacemus quibus animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit.

Gn. Marcius patritie gentis adolescens antiqua regis clara progenies, cui Corioli Volscorum oppidum captum cognomen adiecerit, cum editis conspicue fortitudinis operibus a Postumio Cominio consule accurata oratione apud milites laudatus omnibus donis militaribus et agri centum iugeribus et decem captivorum electione et totidem ornatis equis centenario boum grege argentoque quantum sustinere valuisset donaretur, nichil ex his preter unius hospitis captivi salutem equumque quo in acie uteretur accipere voluit. Quam circumspecta animi moderatione ne sciat utrum maiore cum laude premia meruerit an reiecerit.

At Curius exactissima norma romane frugalitatis idemque fortitudinis perspectissimum specimen Samnitum legatis agresti se in scamno assidentem foco atque ligneo catillo cenantem quales epulas apparatus indicio est spectandum prebuit. Ille enim Samnitum divitias contempsit, Samnites autem eius paupertatem admirati sunt. Nam cum ad eum magnum pondus auri publice missum attulissent benignis verbis invitatus ut eo uti vellet vultum risu solvit et protinus superuacue inquit ne dicam inepte legationis ministri narrate Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare quam ipsum fieri locupletem, atque istud tam pretiosum ita malo hominum excogitatum munus

Maximi(?) dcit de Samnitibus et Sabinis de pirrho triumphassi consumpsit extremum tps etatis ... contemplans ... ex ... imperare.

retrofecte et mementote nec acie uinci me nec pecunia corrumpi psse.

Idem cum ytalia pirrhum regem expulisset n[ichil] omnino ex preda regia qua exercitum urbem q[ue] ditauerat attigit decret[o] et a senatu septenus iugeribus agri populo ... aut quinquaginta iugeris assignationis modum non excessit parum ydoneum rei p[ublice] ciuem existimans qui eo quod reliquis tribueretur contentus non esset.

Idem sensit fabricius luscinus honoribus et auctoritate omni ciuitati temporibus suis maior censu par unicuique pauperrimo. qui a samnitibus quos uniuersos in clientelam habebat decem eris et quinque pondo argenti totidem q[ue] seruos sibi missos in samnium remisit. continentie sue beneficio sine pecunia predives. sine usu familie abunde comitatus. quia locupletem illum faciebat non multa possidere sed modica desiderare. Ergo domus eius quemadmodum ere et argento et mancipiis samnitum uacua ita gloria ex hiis comparata referta fuit.

Consentanea repudiatis donis fabricii uota extiterunt. legatus enim ad pirrhum profectus cum apud eum cineam thesalum narrantem audisset quendam atheniensem clarum sapientia suadentem ne quid homines aliud quam uoluptatem captarent pro monstro eam uocem accepit continuo q[ue] pirrho et samnitibus istam sapientiam deprecatus est. licet athene doctrina sua glorientur uir tamen prudens fabricii detestationem quam epicuri maluit precepta. quod euentus quoque indicauit. nam que urbs uoluptati plurimum tribuit imperium maximum amisit. que labori delectata est occupauit. Et illa libertatem tueri non ualuit. hec etiam donare potuit.

Curii et fabricii Q. tuberonem cognomine catulum discipulum fuisse merito quis existimauit cui consulatum gerenti cum ethologorum gentis omnes usus uasa argentea magno pondere et exquisita arte fabricata per legatos misissent qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti rettulerant fictilia se in eius mensa ...

Idem [Curius] ... de quo dicitur ... nichil ... Item ... ponit de fabricio ... Consentanea ... de quo fabricio aliud ... Item ... ep[istu]la ad marcellinum ... Salustii.

Bene hec sunt verba auctoris in quibus factum Tuberonis commendans et quam ipse gerebant despicit dicens quod bene Tubero etholiciis muneribus et vasis domestica vel familiaria fictilia prelegerat si exemplum frugalitatis et temperantie eius posterior etas sequi voluisset. nunc autem quo ventum est et interrogative loquitur et respondet sibi ipsi vix et cum difficultate potest non ... et melius ... solum admonitus et consiliis ut fuit Tubero sed a servis impetrari ne eam supellectilem fastidiat vel fictilia vasa qua supellectili tunc consul non erubuit.

Nec metuo etc. In isto paragrapho usque ad finem capituli actor duo intendit. primo Pompeium commendare et sibi gratias referre. secundo homines ab inuidia detrahere. dicit ergo primo: nec metuo nec parum. una more antiquorum superfluit negatio, id est non timeo quod non conueniat mihi Pompeium meum instar, id est ad similitudinem esse Alexandri cum illi Ephestio suus alter fuit Alexander. ego uero grauissimo crimini obnoxius, id est obligatus, exempla constantis et benigne amicitie sine eius Pompei mentione transgressus in cuius animo uelut in amantissimorum parentum pectore letior status uite mee uiguit tristior acquieuit quia ipse meum prosperitatem et consolabatur et multa consequentur actor bona que ab ipso recepit que clarent, itaque pater quod actor sustinuit multorum molestiam et inuidiam quia dicit uictima optimi amici quorundam inuidia patitur qui mihi inuidebant quia fuerunt forsan sed non debebant quia non meo merito nec propter me uerecundum uerbum quia gratiam meam conciliatus fuit cum ipso qui cauit uoluerit paratus fuit. Verum hic notabile capitulum concludens dicit quod non debet quis mirari si sibi inuidebatur quia nulla felicitas est tam modesta quod malignitatis dentes possit uitare. ego secessu et qua arte quosdam fugeris aut quibus misericordie infideles permulseris non poteris uitare. ne alienis malis perinde ac suis bonis letetur et gestiat id est exultet sed alienis iactibus diuites calamitatibus locupletes funeribus immortales. sed illi quatenus alienis incommodis suorum adhuc expertes insultent optima insolentie id est superbie uindex humane conditionis uarietas uideretur. cum enim humana conditio uarietur nullus debet de firmitate sui status solidari quia cum ei omnis prosperitas sit concessa illico eadem ad uersitatem preparatur. In quo finita capituli terminatur.

Sensus est uerum pagina Valerii sit certa et secure que condicionis respectu Ephestionis parum queritur uel esse Pompeio esse instar, id est meum Pompeium dedecus comparatione et simili Alexandri hoc est Pompeium fuisse in tanta quietudine sicut Alexander Ephestionem

Nostrum etc. Postquam locutus fuit de amicitia in capitulo precedenti cum de ratione amicitie sit liberalem esse, ideo in isto capitulo loquitur de liberalitate. Et duo facit quia primo proponit suum intentum, secundo inducit exempla ibi Accedit. In prima parte dicit nostrum opus hic quarti libri pio egressu ad sanctiorem rem provectum in suum ordinem revocetur liberalitatisque commemorationi vacemus. Cuius liberalitatis duo sunt maxime probabiles fontes, id est ad quam liberalitatem duo principue requiruntur, scilicet verum iudicium ut det quibus oportet et honesta benivolentia ut det bona gratia, secundum Aristotelem quarto ethicorum. Nam ex quo cum ab hys fontibus beneficii largitio oritur, tunc demum ei ratio constat, id est tunc habet rationem virtutis quia est in ordine ad rectam rationem. Aut per sed ipsi liberalitati gratia quidem et magnitudo sua que est in recto iudicio et amore honesto donum conciliat, id est sua ipsius ratio ipsam edificat et integrat, sed ulterius hec oportunitas aliquanto efficaciorem supple reconciliat. Et est sensus quod quamvis semper et ubique liberalitas, a se ipsa sit magna, quantum tamen tempus requirit, est efficacior ut declarant exempla sequentia.

Accedit etc. Ponit exempla, et primo romana, secundo aliena ibi Hyero. Primum autem exemplum est de Q. Fabio Maximo qui cum captivos ab Hanibale sub quodam pretio redemisset, cum illam pecuniam senatus non daret, filium suum et fundum quem in Pupinia villa septem iugerum habebat vendi iussit et eius pretium Hanibali numeravit, magis desiderans se inopem patrimonii esse quam patriam fide carere. Hoc autem magne liberalitatis quia non plus potuit quam fecit. Ista ergo liberalitas habuit verum iudicium quia captivos iudicavit redimere, honestam benivolentiam quia pro bono communi, ex quibus vere liberalis fuit. Parvum, scilicet pretium, utpote in Pupinia. Pupinia erat valde sterile et plenum lapidibus, et ideo dicit redactum, id est recollectum et adunatum ex additis septem iugeribus in Pupinia positis confinatibus in Pupinia, et sic pretium redactum ex illis videbatur parvum esse debebat.

Itaque eiusdem etc. Similiter Busa nobilis genere femina de Apulia nata liberalis fuit. Nam post bellum Cannense X^{m} cives romanos alimentis sustentavit. Liberalitatem tamen Fabii non equavit quia hoc quod Busa femina fecit salvo statu suarum fortunarum fecit. Sed Fabius paupertatem suam pro honore patrie inopia mutavit. De hac femina loquitur Titus Livius libro secundo de bello punico. Livius presens ibi eo quidem ibi comparat liberalitatem Fabii. Lege. Eo quidem, id est ex hoc ipso cum maiori commendatione fecit hoc Fabius quod certius est iudicium, id est certius signum proni studii, id est prompti amoris est supra vires niti, scilicet quod fecit Fabius quam viribus ex facili uti, quod femina sequens fecit quia alter, scilicet qui facilitate viribus utitur, quod potest prestat; alter, scilicet qui supra vires nititur, plus prestat quam potest.

In. Q. etc. Proponit quasdam senatoris exemplum qui cum deberet a civibus magnam pecunie quantitatem recipere, res publica Katiline furore consternata incitatum quod pretium de possessionibus capi non poterat nec creditoribus solvi neque de sorte neque de usura quicquam debitorum suorum appellari a suis passus est, id est voluit revocari, qui quantum in se fuit privatam tranquillitatem amministravit, publice confusionis mitigavit, testatusque fuit se feneratorem nummorum suorum non civilis sanguinis esse. Nunc autem qui negotiatione vel feneratione principue delectantur cum pecunias cruentas domum retulerint, quam pecunias improbando gaudio exultent, id est tanto magis deberent gaudere de pecunia improbata vel de cruenta ad se domum portata, si diligenter consultum senatus quo Considio gratie acte sunt legere non fastidierint recognoscerent. Nam Tullius qui furore Catiline durante fuit consul, huic feneratori de sua liberalitate gratias dedit. Q. Considius nomen proprium feneratoris sexterciorum summa, id est summam duarum librarum et semis, et tunc centum quinquaginta sex tertii sunt trecente LXXV libre auri.

suis lucidiora et clariora reddidit. Itaque patriam in invidiam quodammodo optimi amici iactura vindicavi(?), quos fructu tot rerum non quidem merito gratiam meam contagioque fuit cum hys qui ea uti voluerunt potentie(?). Verum nulla tam modesta felicitas est que malignitatis dentes vitare possit. Et quo successu quandoque effugeris aut quibus insiliis(?) mentem permulseris, ne alienus malus pendeat ac bonis suis letetur et gesta? Divites sunt aborum(?) iactura locupletes calamitatibus, immortales funeribus sed illi quatinus alienis incommodis suorum adhuc expertes insultent. Optima index insolentie vitas humane conditionis videtur.

Capitulum de liberalitate

Nostrum opus pio egressu ad sanctiorem rem provectum in suum ordinem revocetur liberalitatisque commemorationi vacet. Cuius duo sunt maxime probabiles fontes, verum iudicium et honesta benivolentia. Nam cum ab hys oritur, tunc demum ei ratio constat. Dono autem ipsi gratia et magnitudo quidem sua, sed efficaciorem aliquanto oportunitas conciliat.

Accedit enim pretio rei inextimabile momentum occasionis, quod Fabium Maximum tot ante secula parve pecunie summa erogata ad hoc usque tempus laudabilem facit. Captivos ab Hanibale interposita pactione nummorum receperat; quibus cum a senatu non prestaretur, misso in urbem filio fundum quem unicum possidebat vendidit. Eiusdem pretium Hanibali protinus numeravit. Si ad calculos revocetur, parvum, utpote septem iugeribus et hoc in Pupinia additis redactum; si animo erogantis, omni pecunia maius. Se enim patrimonii quam patriam fidei inopem esse maluit. Et quidem est maiori commendatione, quia proni studii certius indicium est supra vires niti quam viribus ex facili uti. Alter enim quod potest, alter etiam plus prestat et plusque potest.

Itaque eiusdem temporis femina Bussa nomine regionis Apulie ditissima merito quidem liberalitatis testimonium recepit, sed excellentes opes suas Fabianis rei familiaris angustiis non comparavit. Nam etsi circiter decem milia civium nostrorum Canensis prelii reliquias benignissime intra Canusina menia alimentis sustentavit, salvo tamen statu fortunarum suarum munificam se populo romano prestitit; Fabius inopia pro honore patrie paupertatem mutavit.

In Q. Considio salutare civitati exemplum nec sine fructu eius liberalitas innotata est. Cuius

Ceterum. prosequitur de liberalitate populi romani, pretermittens tamen quod de ipsa populi liberalitate multa loqui debet; quia ipsa apud [illegible] et urbibus ymo omne decus preclarius in populo romano renitescat, et primum exemplum quod ponit stat in hoc. Asiam quidem [illegible] Attalo regi populus romanus dedit, quod donum fuit felicis victorie, quia sicut tantum occupasse invidiam habere potuit, ita tantum tribuisse gloria et fama carere non debuit.

Catiline furore ita consternata re publica ut ne a locupletibus quidem debite pecunie propter tumultum pretiis possessionum diminutis solvi creditoribus possent, cum centies atque quinquagies sextertii summam in fenore haberet, neque de sorte quemquam debitorum suorum neque de usura appellari a suis passus est. quantum in ipso fuit, amaritudinem publice confusionis privata tranquillitate mitigavit, operae mirifice testatus se nummorum suorum, non civilis sanguinis esse feneratorem. Nam qui nunc precipue negotiatione delectantur, si pecuniam domum cruentam retulerint, quam impensiore gaudio exultant, cognoscent, si diligenter senatusconsultum quo Considio gratie acte sunt legere non fastidierint.

Queri mecum iam dudum populus romanus videtur, quod cum singulorum munificentias consecter, de sua taceam. Ad summam enim eius laudem pertinet quid regibus, quid urbibus, quid gentibus prestiterit recognosci, quia omnis preclari facti recens memoria in se ipso renitescit.

Asiam bello captam Attalo regi muneris loco possidendam tradidit, eo celsius et speciosius urbi nostre futurum imperium credens, si ditissimam atque amenissimam partem terrarum orbis in beneficio quam in fructu suo reponere maluisset. ipsa victoria donum felicius, quia multum occupasse invidiam habere potuit, tantum tribuisse gloria carere non potuit.

Illius vero romane libertatis celestem spiritum nulle littere satis dignis laudibus prosequentur.

Philippo enim rege Macedonie superato, cum ad Isthmicum spectaculum tota Grecia convenisset, Titus Quintius Flaminius tube signo silentio facto per preconem hec verba recitari iussit: S. P. Q. R. et T. Quintius Flaminius imperator omnes Grecie urbes que sub dicione Philippi regis fuerunt liberas atque immunes esse iubet. Quibus auditis maximo et inopinato gaudio homines perculsi primo veluti non audisse se que audierant credentes obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione preconis tanta celum clamoris alacritate compleverunt ut certe constet aves que supervolabant attonitas paventesque decidisse. Animi fuisse tot captivorum capitibus servitutem detraxisse, quot tunc nobilissimis et opulentissimis urbibus populus romanus libertatem largitus est. Ad cuius maiestatem pertinet non solum que ipse benigne tribuit, sed etiam que alio tribuente sensit commemorari. Ut enim illic commemorate, ita hic reddite laudis commendatione.

Illius vero. Titus quintius flaminius omnes urbes que fuerunt sub dicione regis philippi macedonum immunes et liberales, quod tantum beneficium nulle littere possent dignis laudibus prosequi. Ideo ibi mira dicit de avibus, et non videatur difficile, nam constat magis aves in nullas mori et ad terram cadere. Nullum autem movebatur nisi tantum maximi populi tumultum et clamorem equipollere ad ysmon, id est locum in macedonia.

Hyero siracusan(us) r(ex). ponit nu(n)c ex(emplu)m alienu(m) z p(rimo) d(e) Siracusano rege d(e) quo tactu(m) est libro p(rimo) c(apitulo) z ... dicto. hic audita clade .i. peste qua romani apud trasimenu(m) .i. perusinu(m) lacu(m) erant ab hanibale afflicti hanc liberalitate(m) p(o)p(u)lo romano facere voluit. nam licet ipse sciret romanos dona recipe(re) simulavit se ob victoria(m) qua(m) haberet illa diis romanor(um) mitte(re) z sic urbi n(ost)re volu(n)ta(te) p(r)i(us) mitte(n)di (et) p(ro)vide(n)tia eius ne removeretur liberalitas cavendi trecentor(um) modior(um) tritici z ducentor(um) ordei auriq(ue) ducenta z quadraginta pondo munu(s) misit. Nec ignar(us) verecundie ... ne nollent .i. ut vellent i(n) modu(m) sive habitu(m) victorie .i. patere. Fecit en(im) ... auru(m)

Subnecta(m) ... hic Gillias d(e) agrigentina civ(itate) que nunc dicitur Gergentu(m) in Sicilia posita notus efficacissime ipsi(us) liberalitatis precordia habuit ... ver(um) ... honesta(m) benivolentiam. nam hic erat divitiis excellens s(ed) multo locupletior a(nim)o in eroganda pecunia q(uam) in accipienda occupat(us) in tantu(m) q(uod) dom(us) eius quasi queda(m) officina .i. dom(us) ill(ius) officii munificentie videretur. Na(m) o(mn)ia monumenta publicis usibus apta illic extruebant(ur) grata spectacula oculis p(o)p(u)li illinc edebantur. Illic epularu(m) magnifici apparat(us) latentisq(ue) subsidia annone ... z cu(m) hoc universis inopia laborantib(us) alimenta privatim ... paupertate pressis ... subsidia erogabantur. hospitesq(ue) cu(m) urbanis penatib(us) .i. nobilib(us) z domesticis ... z rusticis tectis receptis benignissime excepti variis ornati munerib(us) mittebantur. quodam u(ero) t(em)p(or)e quingentos sil(icet) Gelensium .i. d(e) illo loco equites sub tempestatis i(n) possessiones suas compulsos aluit ac vestivit. Quid multa no(n) diceres eu(m) mortale(m) aliquem s(ed) benig(nu)m sinu(m) fortune esse ... Ergo q(uo)d Gillias possidebat erat q(ua)si co(mmun)e primoniu(m) o(mn)i(u)m p(ro) salute ... agrigentini civitas ... vicine regiones votis excubabant .i. vigebant collocato e co(n)traria p(ar)te ... imparatum ... collocabis arcas inexorabilib(us) ... claustris ... firmatoriis z clavib(us) obseratis no(n)ne ... custodiam. Et loquitur auctor quasi yronice ... stando ... inexorabiles arcas tenere ymo ... se ipso neglecto ... Sed in ... nisi ... moritur ... recte facit quo ... sapi(en)t(ius) ... scelestius. In q(u)o t(er)minat(ur) liber quartus.

Hyero siracusan(us) rex audita clade qua Romani ap(ud) Transimenu(m) lacu(m) erant afflicti trecenta milia modiu(m) tritici et .cc. ordei, auriq(ue) ducenta z .xl. p(o)do urbi n(ost)re mun(er)i misit. Neq(ue) ignar(us) verecundie maior(um) n(ost)ror(um) ne nollet accip(er)e in habitu(m) id victorie formavit, ut eos religio(n)e motos munificentia sua uti coge(re)t voluntate mittendi p(r)i(us) iter(um) p(ro)v(id)entia cavendi ne remitteretur liberalis.

Subnectam huic agrigentinu(m) Gilliam q(ue)m p(ro)pe modu(m) ip(s)i(us) liberalitat(is) p(re)cordia co(n)stat h(abu)isse. erat opib(us) excellens s(ed) m(u)lto etiam a(nim)o q(uam) divitiis locupletior, semp(er)q(ue) i(n) eroga(n)da pot(ius) q(uam) corripienda pec(un)ia occupat(us) adeo ut do(mus) ei(us) q(ua)si qued(am) munificentie officina crederetur. illinc e(n)i(m) publicis usib(us) apta monume(n)ta extruebantur, illinc grata p(o)p(u)li oc(u)lis spectacula edebant(ur). Illinc epular(um) mag(ni)fici apparatus latentisq(ue) a(n)none subsidia oriebantur. Et c(um) h(ec) universis privati alime(n)ta inopia laborantib(us) dotes v(ir)gib(us) paupertate p(re)ssis subsidia detrim(en)tor(um) in c(on)su(m)p(tu) quas s(uba)t(io) erogabant(ur). hospites q(uo)q(ue) (et) urbanis penatib(us) tu(m) et(iam) rustic(is) tectis benig(ni)ssime excepti variis munerib(us) ornati dimittebant(ur). quodam v(er)o t(em)p(or)e quingentos sil(icet) Gelenses equites in tempestatis i(n) possessio(n)es suas compulsos aluit ac vestivit. Quid m(u)lta no(n) mortale(m) h(ominem) aliquem s(ed) p(ro)pitie fortune benignu(m) e(ss)e dice(re)s sinu(m). Ergo q(uo)d Gillias possidebat o(mn)i(u)m q(ua)si co(mmun)e patrimoniu(m) erat p(ro) c(uius) salute (et) i(n)columitate tu(m) agrigentina civitas tu(m) et(iam) vicine regio(n)es votis excubabant. collato co(n)traria p(ar)te arcas inexorabilib(us) claustr(is) obseratis n(on)ne p(re)stantior e(ni)m aliq(ua)nto existimes illam impensam q(uam) hanc custodiam.

Explicit liber quartus incipit q(ui)ntus

Liberalitati quas etc. Iste liber quintus habet secundum unam communitatem x capitula secundum alios tamen octo quia capitulum de pietate parentum potest distingui a capitulo de pietate patrum et de pietate erga patriam et sic sunt decem vel capitulum de pietate parentum et fratrum et patrie est tantum unum et sic sunt octo et propter hanc varietatem quidam libri decem quidam octo capitula habent. quia tamen non variant res cuiuscumque distinctionis modum sequamur capitulum de humanitate et clementia est ...

De humanitate et clementia

Liberalitati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim, quoniam idem genus laudis expetunt? quarum prima inopie, proxima occupationi, tertia ancipiti fortune prestatur. Cumque nescias quam maxime probes, ea tamen commendatione preire videtur, cui nomen ex ipso numine quesitum est.

Ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam. qui cum Kartaginiensium legati ad captivos redimendos in urbem venissent, protinus eis nulla pecunia accepta reddidit iuvenes numero duorum milium et septingentorum quadraginta trium, expletissimos rerum. tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, et tot Punicas iniurias veniam datam ipsos legatos obstupuisse arbitror, ac secum dixisse: o munificentiam gentis Romane, gentis deorum benignitati equandam. o etiam nostram legationem supra votum felicem. nam quod beneficium numquam dedissemus accepimus.

Illud quoque non parvum humanitatis senatus indicium est. Siphacem enim opulentissimum Numidie regem captivum in custodia Tiburi mortuum publico funere censuit efferendum, ut vite dono honorem sepulture adiceret.

Consimili clementia in Perse usus est. nam cum Albe, in qua custodie causa relegatus erat, decessisset, questorem misit, qui publico eum funere efferret, ne regias reliquias iacere inhonoratas pateretur.

Hostibus hec et miseris et fato functis officia regibus erogata, illa amicis et felicibus et vivis tributa sunt.

Confecto Macedonico bello Musagetes Masinisse filius cum equitibus quos in presidium Romanorum adduxerat ab imperatore Paulo ad patrem missus tempestate classe dispersa Brundisium eger delatus est. quod ubi senatus cognovit, continuo illo questorem ire iussit, cuius cura et hospitium adolescenti expediretur, et omnia que ad valitudinem opus essent preberentur, impenseque liberaliter tum ipsi tum toti comitatui prestarentur. naves etiam ut prospicerentur quibus se bene ac tuto cum suis in Africam traiceret. equitibus singulas libras argenti et quingentos sextertios dari imperavit. quod ...

taz pmpta z taz exquisita p̄rūz conscriptoꝝ humanitas efficē potuit ut etsi expirasst adolescens equiori aīo desiderium ei pater tolerarēt.

Idez senatus cū filii Brusiaz Bithinie regez p̄se uenire audiss; obuiā publiū corneliū sapiēz questorez Capuā misit. Censuitq; ei dom̄ Rome q̄ optima cōducerētur z copie n̄ soluz ipi s; ē comitibz ei publice p̄berentur. in coq; excipiēdo tota urbs uni⁹ humanī aīa uultuz hūit. Itaz qui amātissim⁹ uenāt duplicata ꝑ erga nos bñiuolētia ī regnum suum reuersus est.

Nec egipt⁹ q̄d romane humanitatis exps fuit. rex ē ptholome⁹ a miōr frē reg̃ spoliatus petendi auxilij grā ē paucis admōdū suis squalorē obsit⁹ romā uenerat. ac se in hospitiū alexandri p̄tois contulerat. Id postq̄ senatui relatus est accersito iuuene q̄ potuit accurata excusatōē us⁹ est. q̄ n̄ q̄storez illi d̄ mor̄ maioꝝ obuiā misisset. nec publico eū hospitio excepisset. eaq; n̄ sua negligētia s; ei subito et clādestino aduētu fcā eē dix. ē illū p̄tin⁹ ē curia ad pu penates dedux. hortatusq; ē ut depositis sordibz adeūdi diez ipi peteret. Cauit ēt aīre hūit ut muna p q̄storē cotidie darentur. hys gradibz officioꝝ iacētez ad regnū fastigiū erexit. Effecitq; ut pl⁹ spei ī aux̄ p̄p roma ni q̄ metus in sua fortuna reponeretur.

Atq; ut uniuersis p̄ribz cōsceptus ad singlōs ueniā. l. corneli⁹ cōsul p̄mo bello pu[n]ico cū albiaz oppidū cepisset p q̄ fortissime dimicās hāno dux kartaginensiū occiderat corp⁹ ei⁹ ē tabernaclō amplo funē extulit. n̄ dubitauit hostis exequias celebrare. eaz dēmuz uictoriaz z ap̄ deū z ap̄ hoīes minimū inuidie hituraz credēs q̄ plimuz huānitatis hūiss;.

Quid d̄ .Q. c̄spinio loquar. ē mansuetudiēz potētissimi affect⁹ ira atz glīa quatē nō potuerūt. blandiū capanuz z hospitō benigssiē domi sue exceperat. z adūsa ualitudiē cōreptuz attentissima cura recreauarat. a quo post illaz nefariaz capanoꝝ defectōēz ī acie ad pugnaz puocat⁹ ē et uiribz corporis z aīi uirtute aliqto eēt superior. mone ingratuz q̄ uincerē maluit. Nā quid agis inquit demens. aut q̄ te praua cupiditas trāsuersū rapit

Age M. sc. hoc exemplum stat in hoc quod Marcellus dum Siracusas cepit et eas destruxit in arce stans et casum ciuitatis lugubrem aduertens lacrimas cohibere non potuit. et de hoc etiam Augustinus libro de ciuitate dei mentionem facit. fas non erat i. non erat licitum :,

parem habes pro impietate fuisse non est. piata lapsus fugis. sin uidelicet tibi parcit quibus placas inquo scelesta exercitus arma et penatibus uicissitudinem et salutem tuam debes. de me fed?
amicitie dii quod hospitales sanctam nostro sanguinem uitis pectoribus uelut pigra hospitali certamine
cogunt tecum uetant. Quicquid si in cunctu exercituum fortuito ubique mi inpulsu prostratus aguisse
applicatam iam ceruicibus tuis mucronem reuocassem. Tuum quoque crimen sit hospitem occidere
uoluisse meum non eius hostes occisus. pro in aliam qua occidas dexteram quere quam
mea te seruare didicit. Dedit uterque celeste numen debitum exitum. Siquidem eo prelio Bladius
obtruncatus est. Q. insigni pugna clarus euasit.

Nec M. marcelli clementia quod clara quam memorabile exemplum habitum potest. qui captis a se siracusis in arce earum constitit ut urbem modo opulentissime tum afflicte fortunam
ex alto cerneret. Ceterum casum eius lugubrem intuens fletum cohibere non potuit.
Quem si quis ignarus uir aspexisset alterius esse credidisset. Itaque Siracusana ciuitas
maxima clade tua aliquid admixtum gratulationis habuisti. quia si tibi incolumi stare fas
non erat leniter sub tam mansueto uictore cecidisti :-

Quintus Metellus celtibericum in hyspania gerens bellum cum urbem centobricam obsideret iam
admota machina partem muri que sola conuelli poterat disiectum uidetur humanitatem
propinque uictorie pretulit. Nam cum retogenis filios qui ad eum transierat celtobri
censes machine ictibus obiecissent ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis con
sumerentur (quamquam ipse retogenes negabat esse impedimento quominus etiam per exitium san
guinis sui expugnationem perageret) ab obsidione discessit. Quo quidem tam clementi facto etsi
non unius ciuitatis menia omnium tamen celtiberorum urbium animos cepit. effecitque ut ad redigendas
eas in ditionem populi romani non multis sibi obsidionibus opus esset. :

Africani quoque posterioris humanitas speciose late que patuit. expugnata enim Kartagine circa ciuitates Sicilie litteras misit ut ornamenta templorum suorum a penis rapta per legatos reciperarent. ut que pristinis sedibus reponenda curarent. beneficium diis pariter atque hominibus receptum :,

Quintus metellus etc. Dux Q. metellus celtibericus i. hispanus. est enim celtibia quedam in hyspania prouincia bellum ageret centobricam ciuitatem obsedit. erat autem in ipsa ciuitate nobilis quidam theogenes qui eorum rebellioni non consentiens ad romanos confugit set suos filios paruos non secum duxit. obsidione igitur durante cum multas machinas bellicas ad tantum deuenerat ut murus esset iam paratus rumpere machine uirtute. Quod celtobricenses aduertentes filios theogenis obiecerunt. quod uidens Metellus ymo persuaderet ut per exitum sanguinis sui expugnationem pergeret nichilominus humanitatem propinque uictorie pretulit et ne pueri in conspectu patris crudeli morte consumerentur ab obsidione discessit quo facto clementi etsi non unius ciuitatis menia omnium tamen urbium celtiberorum animos cepit effecitque ut eas in ditione rei publice ad redigendum non multis obsidionibus opus esset :

Affricani quoque etc. Exemplum patet clare in littera. Nam kartaginenses Siciliam oppresserunt templa omnia suis ornatibus nudantes in kartaginem deportauerunt. ea igitur capta Scipio postea uictor Siculis notificauit ut legatos mitterent qui templorum ornamenta s. penis rapta cognoscentes in propria templa unde fuerant ablata reportarent. quod beneficium diis et hominibus fuit acceptum :

Hunc facto etc. Ad intellectum huius exempli nota quod capti in bello antiquitus sub hasta vendebantur in signum quod virtu|te haste victi fuerunt. De isto modo vendicionis loquitur titus livius libro sexto ab urbe condita. Principium igitur
Kartagine hyspanie a Scipione postquam capta questor suos captivos haste vendebat. Inter quos unus puer
forme eximie et liberalis id est nobilis habitus
missus sub hasta fuit, quem cum Scipio vide|ret eius personam miratus quis esset interrogavit.
Qui postquam comperit ipsum esse de Numidia
sororis Massinisse filium a patre orbum relictum
et cum ipso Massinissa educatum et eo ignoran|te militiam immaturam quia adhuc puer erat
nondum ad militiam aptus adversus romanos
ingressus statim extimavit errori veniam
dare et venerationem amicicie Massinisse
regis fidelissimi romano populo vel rei publice tri|buere. Mox itaque puerum anulo ut moris
nobilium erat ornavit fibula aurea pect|us signavit et tunica laticlavia id est clavos
latos habente induit hyspanoque sagulo id est
pallio ad modum hyspanum facto cooperuit
et sibi ornatum equum modo nobilium conce|ssit cum prosecutione convenienti ipsum ad Massi|missam romanorum in comuni et suum ami|cum proprium remisit, illos fructus victorie
maximos apprehendens ut templis sua orna|menta redderet ut in precedenti exemplo dictum est
et regibus suum sanguinem restituere.

L. etiam pauli etc. De isto L. paulo plura di|cta sunt supra et quod hic ponitur clarum est. Nam
postquam Persen regem Macedonie intravit cum ad
ipsum rex captus duceretur ornamentis romani
imperii decoratus sibi occurrit et volentem ad ge|nua procumbere allevavit vel sublevavit greco quoque sermone
locutus ipsum ad spem hortatus fuit et ipsum etiam
in domum propriam ducens iuxta se in consilio se|dere iussit. Honore quoque mense eum non indi|gnum iudicavit. Proponatur in conspectu etc. hec
sunt verba auctoris comendantis hanc hu|manitatem. Acies enim id est pugna qua pro|stratus est Perses ponatur in conspectu id est cla|re videatur et diligenter consideretur
et rerum humanarum quas rettuli contextus id est
ista duo simul inspiciantur et quo istorum
vel in bello aut hac humanitate homines
delectentur magis dubitabitur. Nam quamvis si egre|gium est hostem abicere non tamen minus nobile
est et laudabile infelici scire misereri.

Hec L. pauli etc. Ponit quartum humanitatis exem|plum pompei qui Tigranem regem infestissi|mum populo romano inimicum invitatum quod per se solum
ac etiam cum Mitridate contra fuisse et plurima bel|la romanis intulit. Demum a pompeio victus
coram ipso supplex utputa genuflexus a pompeio
id est ne patiente infestissimis benignissimis ver|bis confortatus coronam quam de capite abiece|rat reponi sibi iussit imperans quoque ei quedam
ad regni pristinum statum reposuit. Quod fuit victo|ris humanitatis etc. O quam preclarum etc. vult
dicere quod pompeius fuit specialiter tribute id est
ab eo donate Tigrani et multis alys re|gibus, sed fuit eius miserabile desiderate ab eo pompeio humanitatis. Nam cum a cesare victus in
campis Emathie ad Ptholomeum regem Egypti cui ipse regnum dederat confugisset caput pompei ab
scissum proditorie Cesari donavit. Quod caput pompei coronam in capite Tigranis reposuerat cum magna
ma humanitate non habuit locum in suo modo terrarum orbe quia paulo ante pompeius Egypti subiugaverat
at sed quod peius fuit illud caput tribus coronis triumphalibus insignitum quia ter triumphaverat absciditur per
Ptholomeum et sine rogi honore Cesari portatum fuit quod ut Cesar aspexit deposito vultu ini|micitie soceri quia Cesar pompei socer fuerat vultum induit lacrimabilem. Quod plane ponit lucanus in suo
nono libro. Fertque Cesar caput pompei cum multis preciosis rebus cremavit quod si non ita mansuetus. Ver|ba auctoris dicentis quod si animus Cesaris non fuisset ita mansuetus vecors caput pompei ipsum honora|do et cum mando quod dum a proditoribus ipse Cesar fuit interfectus suum inhumatum iacuisset sed quia man|suetus fuit in illo honore et suum corpus humatum et honoratum a romanis fuit.

Hic facto par eiusdem viri humanitas a questore suo haste subiectos captivos vendente puer eximie forme et liberalis habitus missus est. De quo cum exploratum esset Numidam esse, orbum relictum a patre, educatum apud avunculum Maximissam, eo ignorante immaturam adversus romanos ingressum militiam, et illi errori veniam dandam et amicitie regis fidelissimi populo romano debitam venerationem tribuendam existimavit. Itaque puerum anulo fibulaque aurea et tunica laticlavia hyspanoque sagulo ornato equo donatum, datis qui eum prosequerentur equitibus, ad Massinissam remisit, eos maximos victorie fructus ratus, dys ornamenta templorum, hominibus regibus sanguinem suum restituere.

L. etiam pauli in tali genere laudis memoria apprehendenda est, qui cum Persen prius temporis nominato rege captivum ex rege ad se adduci audisset, occurrit ei romani imperii decoratum ornamentis et greco sermone ad spem exhortatus est. Introductum etiam in tabernaculum lateri suo proximum in consilio suo sedere iussit. Nec honore mense indignum iudicavit. Proponatur in conspectu acies qua prostratus est Perses, et hec rerum quas rettuli contextus, uter magis spectaculo delectentur homines dubitabitur. Nam si egregium est hostem abicere, non minus tamen laudabile infelicis scire misereri.

Hec L. pauli humanitas admonet me ne Gn. pompei clementiam taceam. Regem Armenie Tiganem, qui et per se magna cum populo romano bella gesserat et infestissimum urbi nostre Mitridatem ponto pulsum viribus suis protexerat, in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est, sed benignis verbis recreatum diadema quod abiecerat capiti reponere iussit. Certisque rebus imperatis in pristinum fortune habitum restituit, eque pulcrum esse iudicans et vincere reges et facere. Quam prelarum tribute humanitatis specimen Gn. pompeius, quam miserabile si iam evasit exemplum. Nam qui Tigranis tempora insigni regio texerat, eius caput tribus coronis triumphalibus spoliatum in suo modo terrarum orbe nusquam sepulture locum habuit, sed a corpore inops rogi nefarium Egyptie perfidie munus portatum est et ipsi victori miserabile. Ut enim cesar aspexit, oblitus hostis soceri vultum induit, ac pompeio tum proprias tum et filie sue lacrimas reddidit. Caput autem plurimis ac preciosis odoribus

cremavit quod postquam sibi genus tributi recognitione ... populo romano recepit in pristinum forme habitum restituit rebus imperatis id est dato modo solvendi tributi et recognitione ... dicit Cicero quod ipsum regni parte et pecunia multavit. pulcherrimum esse iudicans et reges vincere et reges facere.

Catonis quoque etc. aliud exemplum humanitatis Caesaris. Cum enim audivisset Catonem interemptum ipso permisso, dixit Caesar se invidisse gloriae Catonis et Catonem invidisse gloriae Caesaris, quia noluit Cato quod Caesar rem publicam obtineret et ei contradixit multum fuit. Et hoc non obstante Caesar filiis Catonis bona et patrimonium paternum restituit.

cremandum curavit. Quod si non tam mansuetus animus divini principis extitisset, paulo ante imperii romani columen (huius sic mortalium negotia fortuna versat) inhumatum iacuisset.

Catonis quoque morte Caesar audita et se illius gloriae invidere et illum suae invidisse dixit, et patrimonium eius liberis ipsius incolume servavit. Et hercule divinorum Caesaris operum non parva pars Catonis salus fuisset.

Marcus Antonius quoque talis humanitatis intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidit, quoque honoratius cremaretur, iniici ei suum paludamentum iussit, iacentem non hostem deposito odio sed civem aestimans. Cumque interceptum paludamentum cognovisset, supplicium ita fecit: "Quid tu ignorasti cuius tibi viri sepulturam commisissem?" Fortem eius piamque et victoriam Philippicam dii libenter viderunt, sed ne ista quidem generosissimae indignationis verba invitis audierunt.

Commemoratione vero nostra ex Macedonia deducitur mos Alexandri proponere, facere cogor: cuius ut infinitam gloriam bellica virtus, ita praecipuum amorem clementia meruit. Ille, dum omnes gentes infatigabili cursu lustrat, quodam loco nivali tempestate oppressus, senio iam confectum Macedonem militem nimio frigore obstupefactum ipse sede sua propinqua igni sedens animadvertit, factaque non fortunae sed aetatis utriusque aestimatione descendit et illum manibus quibus opes Darii afflixerat corpus frigore duplicatum in suam sedem posuit, id ei salutare futurum dicens quod apud Persas capitale extitisset, solium regium occupasse. Quid ergo mirum est sub eo duce tot annis militare iocundum ducebant, cui gregarii militis incolumitas proprio fastigio carior erat?

Idem non hominis ullius sed nec fortunae quidem cedens, violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus dexteram omnibus qui eam contingere vellent porrexit. Quis autem illam osculari non curreret, quae iam fato oppressa maximi exercitus complexu humanitate quam spiritu vividiore sufficeret?

Non tam robusti generis humanitas, sed tamen memoria praedicanda Pisistrati Atheniensium tyranni narrabitur. Cuius adolescens quidam amore

A Trasippo etc. Hic tyranno de quo precedens exemplum loquitur erat quidam nomine Trasippus specialis amicus a quo sine fine dum simul in cena essent fuit convicio laceratus, nec tamen ita tyrannus motus fuit sed potius putares satellitem i. crudelem militem et scelleratum a tyranno male audire. Surgit igitur Trasippus a cena pro furore quem abeuntem vertit i. timens tyrannus ne per metum amicus se convivio maturius subtraheret cepit ipsum familiari invitatione retinere qui impetu concitate temulentie i. ebrietatis eiecit i. elatum et portatum sputo os i. faciem eius respersit, nec propter hoc tyrannus ad sui vindictam accendere voluit. Immo filios suos violate maiestati patris subvenire cupientes a vindicta retraxit. Die igitur adveniente sequenti, considerans Trasippus sue dementie et temeritatis culpam se ipsum voluntarie occidere quesivit. Sed mox tyrannus ad ipsum veniens dedit fidem se in eodem gradu amicitie remanere ipsumque a proposito incepto revocavit. Merito igitur si hic nichil aliud honore dignum memorie gessisset, his tamen factis abunde se posteritati commendasset.

Minime dignum. Vox etc. Verbum ac dictum supradictum. Si eos qui nos amant etc. iste talis vox supradicta minime i. non fuit digna ut cui tyranno adiciatur eam manasse, sed est digna ut adiciatur eam manasse de ore humanitatis viri et non tyranni qui crudelis reputatur.

filie eius virginis accensus in publico obviam factam osculatus est, exhortante uxore ut ab eo capitale supplicium sumeret, respondit: Si eos qui nos amant interficiemus, quid iis faciemus quibus odio sumus? Minime digna vox cui adiciatur eam ex tyranni ore de humanitate manasse. In hunc modum filie iniuriam tulit, suam multo laudabilius.

Thrasippo amico inter cenam sine fine convicio lacerat(us) ita et vocem et animum ab ira cohibuit ut putares satellitem a tyranno male audire. Abeuntem quoque ne per metum maturius se convivio subtraheret invitatione familiari cepit retinere. Trasippus concitate temulentie impetu eiecit os eius sputo respersit nec tamen in vindictam sui valuit accendere. Ille in filios suos violate patris maiestati subvenire cupientes retexit, posteroque die Trasippo supplicium a se ipso voluntaria morte exigere volente venit ad eum data quoque fide in eo gradu amicitie mansurum ab incepto revocavit. Si nichil aliud dignum honore memorie gessisset, his tamen factis abunde se posteritati commendasset.

Equemitis animus Pyrrhi regis. Audierat aliquos in convivio Tarentinorum parum honoratum de se sermonem habuisse; accersitos qui ei interfuerant percontabatur an ea que ad aures ipsius pervenerant dixissent. Tum ex his unus: Nisi, inquit, vinum nobis defecisset, ista que tibi relata sunt pre his que de te locuturi eramus lusus ac iocus fuissent. Tam urbana crapule excusatio tamque simplex veritatis confessio iram regis convertit in risum. Qua quidem clementia et moderatione assecutus est ut et sobrii sibi Tarentini gratias agerent et ebrii bene precarentur.

Ab eadem altitudine humanitatis legatis romanorum ad redimendos captivos castra sua petentibus quo tutius venirent Liconem Molosson obviam misit. Quo ornatius exciperentur ipse cum ornatu militum extra portam occurrit. Haud rex prosperitate non corruptus ut officii professorum in his deponeret qui tamen maxime armis cum eo dissidebant. Ceterum mitis ingenii debitum sicut ultimo fati sui tempore recepit. Nam cum diris auspiciis Argivorum invasisset urbem, abscisumque eius caput Alcioneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatorem letus velut

Eque mitis etc. Autor in hac parte consequenter exempla de Pyrrho rege et primo ponit quandam humanitatis que ipse in vita aliis contulit. Secundo quam ipse in morte ab aliis recepit. Primum et secundum valde lucide ponuntur in textu. Primum stat in hoc quod tante fuit humanitatis Pyrrhus quod de verbis iniuriosis de ipso dictis ut in littera patet non curavit. Secundum stat in hoc quod dum semel cum Tarentinis contra romanos bellaret ambassiatoribus romanis qui pro captivis redimendis ad ipsum veniebant Liconem Molosson virum sic dictum obviam ut tutius venirent misit et ipse personaliter cum exercitus ornatu extra portas eis occurrit. Ceterum mitis ingenii debitum ultimo fati sui tempore consumatus a rege Antigono cepit. Nota igitur quod postquam Pyrrhus a romanis de Ytalia pulsus fuit in Greciam adiit et civitatem Argivorum invadens ibi a gente Antigoni regis superatus occisus fuit. Cuius caput abscissum Alcioneus Antigoni filius velut aliquod mirabile opus felicissimum letus attulit. Quod ut pater aspexit filium quod subito revera tam humanorum casuum immemor effuse gaudio insultaret porrexit et caput humo i. a terra sublatum gausea i. corona panni bissini de lino candidissimi qua caput suum macedonum more tegebat velatum texit et corpori Pyrrhi redditum i. applicatum honorantissime cremari curavit et filium Pyrrhi Helenum ad se captum perductum cultum et animum regium gerere iussit ossaque Pyrrhi urna aurea inclusa sic Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem Pyrrhi portanda dedit.

Campani autem etc. Hec hystoria tacta est in isto capitulo quando dicitur. Cum enim romani fuerunt sub iugum a samnitibus apud caudinas furcas missi de qua loquitur titus livius libro 9 ab urbe et valerius in libro septimo capitulo ... facta exercitum romanorum capuani non solum inermem non secundum nudum ymo sicut victorem et spolia hostium portantem exceperunt et consulibus honoris insignia militibus vestem arma equos et commeatum benignissime prestando quibus inopiam et deformitatem romane cladis mutaverunt.

aliquod felicissimum victorie opus attulisset. Anthigonus correpto iuvene quod tam viri sorte rium inmemor humanorum casuum effuso gaudio insultaret, humo caput sublatum gansea qua velatum caput suum more macedonum habebat texit, corporique pirhi redditum honoratissime cremandum curavit. quin et elenum filium eius captivum ad se perductum et cultum et animum regium gerere iussit. ossaque eius pirhi aurea inclusa urna capiendam in patriam ad alexandrum fratrem portandam dedit;

Campani autem exercitum nostrum cum consule apud caudinas furcas sub iugum a samnitibus missum non inermem tantum sed etiam nudum urbem suam intrantem perinde ac victorie et spolia hostium pre se ferentem venerabiliter exceperunt. protinusque consulibus insignia honoris militibus vestem arma equos commeatum benignissime prestando et inopiam et deformitatem romane cladis mutaverunt. quo animo si pro imperio nostro adversus hanibalem usi fuissent truculentis securibus materiam seviendi non prebuissent;

Facta mentione acerrimi hostis mansuetudinis eius operibus quam romano nomini prestitit locum quem in manibus est finiam.

Hanibal enim emilij pauli apud cannas trucidati quesitum corpus quantum in ipso fuit inhumatum iacere passus non est. Hanibal tyberium gracchum lucanorum circumventum insidijs cum summo honore sepulture mandavit et ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit;

Hanibal M. marcellum in agro bruttio dum conatus penorum cupidius speculatur circumventum legitimo iure extulit. punico sagulo et corona donatum laurea rogo imposuit. ergo humanitatis dulcedo etiam efferata barbarorum ingenia penetrat. torvosque et truces hostium mollit oculos ac victorie etiam insolentissimos spiritus flectit. nec illi arduum atque difficile est inter arma contraria inter strictos comminus mucrones placidum iter repperire. vincit iram prosternit odium hostilemque sanguinem hostilibus lacrimis miscet atque hanibal admirabilem vocem quoque pro funeribus romanorum ducum arbitria statuentis expressit. quod aliquanto ei plus glorie paulus et gracchus et marcellus quam sepulti quoque oppressi attulerunt. siquidem illos punico astu decepit romana mansuetudine honoravit. vos quoque fortes ac pie umbre non penitendas sortiti estis exequias nam ut optabilius in patria ita speciosius pro patria collapse summum officium decoris infelicitati amissum virtute recuperastis:

In quo capitulum de humanitate finitur

Gratas vero etc. Quia nullus potest esse humanus et clemens nisi sit gratus, cum ingratitudo sit quedam crudelitas, ideo dictus actor postquam determinavit de humanitate determinat de gratitudine et ingratitudine et primo de gratitudine, 2° de ingratitudine in sequenti capitulo. In determinando de gratitudine duo facit, quia primo continuat se ad dicenda, 2° exequitur ibi Atque. Dicit ergo: dixi de humanitate, nunc dicendum est de gratitudine. Gratas significationes et ingrata facta oculis lectoris libuit subicere ut iusta mercede existimationis ... ipsa comparatione accedente. Sed quoniam gratitudo et ingratitudo sese contrario proposito distinxerunt, nostro quoque stilo in diversa capitula separentur et priorem locum obtineant qui laudem quam qui reprehensionem merentur.

Capitulum de gratis

Gratas vero animi significationes et ingrata facta libuit oculis subicere, iudicio utriusque iusta mercede existimationis ipsa comparatione accedente. Sed quoniam contrario proposito sese distinxerunt, nostro quoque stilo separentur, prioremque locum obtineant qui laudem quam qui reprehensionem merentur.

Atque ut a publicis actis ordiar, Marcium praecipiti impetu conantem, admoto quoque portis urbis ingenti Volscorum exercitu, funus ac tenebras Romano imperio minitantem, Veturia mater et Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus suis passae non sunt. In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis ordinavit. Sanxit namque ut feminis semita viri cederent, confessus plus salutis rei publicae in stola quam in armis fuisse, vetustisque aurium insignibus novum vittae discrimen adiecit. Permisit quoque his purpureae veste et aureis uti segmentis. Super haec aedem et aram Fortunae muliebri eo loco quo Coriolanus exoratus fuerat faciendam curavit, memorem beneficii animum suum religionis cultu testando, quem sacrificii etiam punici belli tempore exhibuit.

Nam cum a Fulvio Capua obsideretur ac duae Campanae mulieres benivolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluissent, Vestia Oppia mater familiae et domina Facula meretrix, quarum altera cotidie pro salute exercitus nostri sacrificavit, altera captivis militibus Romanorum alimenta ministrare non destitit, urbe illa oppressa senatus his et libertatem et bona restituit, et si quid amplius premii petissent libenter se daturum asseveravit. Vacasse tanto gaudio patribus conscriptis duabus humillimis feminis referre gratias, ne dum tam praeclaras tulisse, mirandum.

Quid illa quam invicte Romana, que Minutio et Annutio consulibus ultro navalia sua militum sacramento obtulit, ut Tusculanis quorum fines Equi occupaverant presidium ferret. Ergo qui paucis ante mensibus constantissime et fortissime imperium populi Romani defenderant, se quod auditu novum est, ne prior grata voluntas cessasse videretur, exercitus se ipse conscripsit.

Magnum quoque populo Romano specimen in Quinto Fabio Maximo erutum. Nam cum quinque consulatibus salubriter rei publicae administratis decessisset, certatim aes contulit quo maior ...

Cum enim etc. Cum Fulvius Flaccus Capuam obsideret, due mulieres de Capua, quarum una vocabatur Vestia Oppia que erat mater familie, altera vocabatur Cluvia Facula et hec erat meretrix non a meretricio corporis sed a merce vero. Erat enim tabernaria ... Altera vero militibus Romanis captivis alimenta ministrare non destitit. Ergo urbe oppressa senatus gratus existens hiis duabus mulieribus bona et libertatem restituit. Et si quid amplius premii petissent libenter se daturum promisit et assenserunt. Vacasse tanto etc. Verba auctoris dicentis: mirandum est patribus conscriptis tanto gaudio vacasse ...

Quid illa etc. Due civitates fuerunt prope Romam ... et speciosior ...

Magnum etc. Quintus Fabius Maximus qui quinquies consul salubriter administravit populus Romanus ... tanti beneficii non immemor ... specimen et experimentum gratitudinis ostendit ... Elevet aliquis verba auctoris notabilia quia quilibet debet ... cum advenerat ... fortes viros ... ingratos ...

et speciosior funus ei pompa duceretur. aliquis prima uirtutum cum animaduertat

fortes uiros felicius sepelliri quam uiuere ignauos.

Fabio at incolumi summa et gloria relata est gratia. Dictatori enim magister equitum Minucius scito plebis quod ante factum non erat equatus pariter exercitu separatim in Samnio cum Hannibale conflixerat ubi temere inito certamine pestiferum habiturus exitum subsidio Fabii conseruatus et ipse eum patrem appellauit et a legionibus suis patronum salutari uoluit. ac deposito equalis imperii iugo magisterium equitum sicut par erat dictature subiecit imprudentisque uulgi errorem grata mente significatione correxit.

Tam nuper Q. Terentius Culleo pretoria familia natus et inter paucos senatorii ordinis splendidus optimo exemplo Affricani superioris currum triumphantis quia captus a Kartaginensibus ab eo fuerat recuperatus pilleum capiti gerens secutus est auctorem libertatis sue tamquam patronum accepti beneficii confessione spectante populo romano reddidit.

At Flaminini de Philippo rege triumphantis currum non unum sed duo milia ciuium romanorum pilleata comitata sunt que ille Punicis bellis intercepta in Grecia seruientia cura sua collecta in pristinum gradum restituerat. Geminauit ea decus imperatoris a quo simul et deuicti hostes et conseruati ciues spectaculum patrie prebuerunt. Illorum quoque salus duplicatur omnibus accepta fuit quia tam multi quam grati exoptatum libertatis statum recuperauerant.

Metellus uero Pius pertinaci erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis quam alii uictoriis cognomen assequi meruit. nec dubitauit consul pro Q. Calidio pretore candidato supplicare quod tribunus plebis legem qua pater eius restitueretur tulerat. Quin etiam patronum eius domus et familie sue semper dictitauit. nec hac re principatui quem procul dubio obtinebat quicquam decessit. quia non humili sed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximia summittebat dignitatem.

Iam C. Marii quidem non solum prepotens sed etiam potens gratia fuit uir insignis. nam duas Camertium cohortes mira uirtute uim Cimbrorum sustinentes in ipsa acie aduersus condicionem federis ciuitate donauit. quod factum et uere et egregie excusauit dicendo inter armorum

+ les cos cives romanos constituit et civitati donavit. Eum quod de hoc reprehenderetur a quo accepit a senatu vere et egregie hoc factum excusavit dicendo se inter armorum strepitum verba iuris civilis exaudire non potuisse. Et sane etc. Verba auctoris in quibus excusationem Marii acceptat dicens sane etc. in bello id tempus erat quo tempore oportebat magis leges defendere quam audire. Multa quod regulariter prohibet glue (?) in casu et necessitate permittuntur etc.

Marii etc. Cum posuit exempla Marii ponit exempla Sille sui adversarii etc. in hoc quod Silla dictator existens Pompeio non habente aliquod officium coram assurrexit pro eo quod ab eo plura receperat beneficia etc. Marii Silla certamine laudis ubique consequitur quod de eo omnis quod Marius laudatur etiam Silla. Patet quia eius gratitudinem enim quia dictator existens in summo imperio Rome tenens Pompeio puero in publico magistratu aperuit caput adaperuit et denudavit et sella surrexit et equo descendit et hec omnia se libenter facere in contione pro auctoritate predicavit memor ab eo Pompeio duo et viginti annos nato annorum decem et octo etc. duo et viginti una partes tota et secundum Beneventum de ymola est dicendus ... anno se primo viagentur partes de Mello et dicti xxii anno partes suas exercitu paterno adiutas. Multa etc. Verba auctoris in quibus hanc gratitudinem commendat dicens multa insignia honoris Pompeio contigerunt sed nescio an hoc quicquam melius sibi Silla ... admirabile contigit quod magnitudinem beneficii Silla sui ... oblivisci coegit.

Sit aliquis etc. Cum posuit quod nobilium ... [illegible]

strepitu verba se iuris civilis exaudire non potuisse. Et sane id tempus erat quo magis defendere quam exaudire leges oportebat.

Gaii Marii vestigia utrique L. Silla etiam in laude subsequitur. Dictator enim privato Pompeio et caput adaperuit et sella surrexit et equo descendit. Eaque se libenter facere in contione predicavit memor ab eo duo et viginti annos nato partes suas exercitu patrio adiutas. Multa insignia Pompeio, sed nescio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii sui oblivisci Sillam coegit.

Sit aliquis in summo splendore et sordibus gratis locus. M. Cornuto pretore funeribus ... et parte iussu senatus locate, quod tunc Libitinam exercebant, in rem suarum usum tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt, quod hii pro re publica dimicantes occiderant. Perseverantique ... prebentibus adiecerunt. Quorum laudes adiecta laude conditio auget, magis quam excedit. Quoniam quidem questus contempserunt nulli alii rei quam questui inutiles.

Pretereo ancorum suorum reges gentium exterarum, quod huc tam contemptus gregem referri se patientur quam aut non attingendum aut non in ultima parte domesticorum exemplorum collaudandum fuit. Sed duorum honestum et ab infimis ... editi ... memoria non infraudat ... separatum obtineat ut nec hys adiecti nullus plurimi indicant.

Nam adhuc private fortune amictus Silosontus Samii delectatus curiosa contemplatione fecit, ut ultro sibi et quidem a cupido daret, et munus quam grata existimatione animo eius esset, allapsa regno potitus ostendit. Totam namque urbem et insulam Samiorum Silosonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei existimare sed occasio liberalitatis honorata est. Magisque a principe conferentur quam ad quem pervenirent prospexit.

Mitridates quoque rex magnifice gratus apparuit. Quoniam pro Leonico acerrimo salutis sue defensore a Rhodiis navali pugna excepto omnes hostium captivos permutavit, satius existimans ab invisissimis circumveniri quam bene merito gratiam non referre.

Liberalis fuit Romani magnitudine nunius quam Athalo refugi Asia dono dedit

[illegible]

Et Athalus in testamenti equitate gratus, qui candidam Asiam populo romano legavit. Itaque nec huius magnificentia nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari potest quot amplissime civitatum vel amice data vel pie reddita sunt.

Ceterum nescio an precipue Masinisse regis pectus gratis animi pignoribus fuerit refertum: cuius beneficio Scipionis et persuasu regnum munere liberali auctum memoriam inclita muneris ad ultimum vite finem, longa etiam a diis immortalibus senectute donatus, constantissima fide perduxit, adeo ut eum non solum Africa sed etiam omnes gentes scirent amiciorem Cornelie familie atque urbi Rome quam sibimet ipsi superesse. Ille cum gravi Karthaginiensium bello premeretur ac vix tutele regni sui imperii sufficeret, tamen Scipioni Emiliano (qui nepos Africani erat) bonam magnamque partem Numidici exercitus, quam Lucullo consuli, a quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hispaniam duceret, promptissima mente tradidit, periculi quam presentis respectu pristini beneficii anteposuit. Ille cum etate iam deficiente magnas regias opes quattuor et quinquaginta filiorum numero relinquens in lectulo iaceret, M. Manilium, qui proconsul Africam obtinebat, litteris obsecravit ut ad se Scipionem Emilianum sub eo tunc militantem mitteret feliciorem mortem suam futuram ratus si in complexu dextere eius supremum spiritum ac mandata posuisset. Ille autem Scipionis adventum precurrentibus fatis hec uxori liberisque suis precepit: unum in terris populum romanum et Scipionis domum nosse, integra omnia Emiliano reservare, eum dividendi regni arbitrum habere; quod ipse statuisset perinde testamento cautum immutabile ac sanctum immutabile obtinere. Tot itaque variis rebus se Masinissa infatigabilis pietatis hic ad centesimum extendit annum. His et horum similibus exemplis beneficia generis humani nutritur atque augetur. Hec sunt eius faces, hi stimuli, propter quos iuvandi et merendi cupiditate flagrat. Et sane amplissime divitie sunt felicitate erogatis beneficiis late patere censeri. Quorum usui quoniam religiosi cultus instituimus, nec sugillandi gratia que sit grorum referamus.

Urbis nostre parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia

Ethaligi prosequitur auctor populi romani gratitudinem de qua gratitudine habetur supra libro quarto capitulo de liberalitate. Sed quere mecum. Et duo ergo facit, quia primo ponit Romanorum gratitudinem in donando quod patet quia Athalo regi Asiam dedit dono. 2o gratitudinem Athali in reddendo beneficium. Sed Athalus fuit testamenti equitate gratus cedens Asiam populo romano relegavit. Itaque hic auctor concludat de bonitate laudis dicens: Itaque nec huius scilicet populi romani magnificentia nec animus ille Athali tam memor beneficii cum tot verbis et tam brevibus laudari potest quam amplissime civitatis sicut erat Roma vel amice et amicabiliter vel civitatis Athali data vel pie reddita sunt beneficia.

Ceterum etc. In hoc capitulo prosequitur auctor exemplum Massinisse animi grati. De quo primo loquitur in genere; 2o magis in particulari descendit ibi Ille. Dicit ergo primo quod pectus huius regis fuit pignoribus grati animi refertum, qui ex hoc quod beneficio Scipionis auctoris persuasu in magnitudine et in suma regis auctus fuit, et memoriam tanti beneficii et tam incliti muneris longa senectute que de constantissima fide ad ultimam vite finem perduxit, adeo ut non solum Africa cum aderat sed et diverse gentes scirent ipsum amiciorem urbis romane atque Cornelie familie quam sibimet sit superstes. Ille. Hic ut dicebatur ponit gratitudinem huius regis in speciali et tam primum consistit in hoc: Emilianum enim Scipionem, dum in Hyspania bellaret, Lucullus ad regem Massinissam pro auxilio misit, qui non obstante quod bello Karthaginiensium premeretur et vix sibi pro suo imperio sufficeret, quia tamen hic Emilianus erat Africani amicissimi sui nepos, bonam partem numidici exercitus promptissima mente reddidit et presenti periculo prestinum beneficii respectum anteposuit. Ille autem. Hic ponit secundum exemplum et stat in hoc quod hic rex etate deficeret et in lectulo moreretur magnas regias opes et quinquaginta filios habens, M. Manilium Marcellum proconsulem romanum in Africa litteris exhortavit ut celeriter Scipionem Emilianum tunc sub ipso militantem mitteret ratus mortem feliciorem futuram si in complexum eius dextere supremum id est ultimum vel rationalem spiritum ac mandata testamenti posuisset. Ille. Tertium exemplum quod consistit in hoc: Nam cum cognosceret in Scipionis adventu se mori fatis suis precurrentibus uxori et liberis precepit ut unum populum romanum in terris, et unam in specie Scipionis domum noscerent, ut integra omnia Emiliano reservarent et eum dividendi arbitrum haberent, et quod Scipio statuisset velut testamento suo cautum immutabile ac sanctum obtineret. Et tot et tam variis rebus infatigabilis pietatis sic Massinissa ad centesimum annum extendit, de quo in libro octavo capitulo de senectute habetur.

His horum etc. Hic ponitur conclusio capituli in qua pulere concludens dicit: His exemplis et horum similibus generis humani beneficium nutritur atque augetur. Hec sunt faces, hi stimuli per quos iuvandi et emerendi cupiditate beneficii flagrat. Et hoc merito quia feliciter beneficiis erogatis late id est longo tempore posse censeri amplissime et speciosissime divitie sunt. Quorum beneficiorum quoniam religiosum cultum loquendo de gratis instituimus, in sequenti capitulo nunc neglecti cultus gratia sugillandi id est condempnandi quorum sit genus ingratis in sequenti capitulo referemus.

Urbis nostre etc. In hoc capitulo VI agit de ingratis: 2o primo de Romanis, 2o de aliis in Atheniensibus. Primum exemplum quod tangit ponitur a Tito Livio primo ab Urbe. In quo primo Romuli mortem sub dubio loquitur, an morte sua precipitatus a diis vel gladio interiit. Sed Valerius hic a senatu ipsum occisum asserit in quo ingratitudo notabiliter fuit. Dicit ergo: Senatus urbis nostre parentem id est Romulum, a quo fuerat in amplissimo dignitatis gradu constitutus, in curia laceravit id est interfecit. Dixit in curia, quia ubi senatores ibi curia, non quia Rome fuisset, sed apud paludem Capream extra Romam fuit occisus a senatoribus ut ait Lucius Florus libro primo in principio. Alii vero dicunt ipsum raptum fuisse a diis. Sed Valerius verum tangit, nam fictum est a diis magnatibus quod ipse raptus fuerat in celum ne plebs ipsius amabilis insurgeret contra occisores. Nec dixit senatus retulit, non reputavit dignum ei scilicet Romulo qui eternum imperium romano populo ingeneraverat vitam adimere quod secuti numini rude et grossum fide ac corde vel sanguine sui conditoris maculatum. Quod nec posteritatis summa pietas dissimulare potest eo quod summe adorat est in deum. Ceterum. Hic dicit quod pietas posterorum que adorat illum in deum non potest tegere turpitudinem et veritatem illorum qui occiderunt suum regem, a quo tantum boni habuerant. Nam senatores predicti dixerunt quod vivat cum diis habitaturus, et sic populus dissimulavit antiquus quod non potest facere novus. Ordinem huius exempli quere in Tito Livio libro I. Ad presentem tamen materiam non pertinet adducatur quia in hoc stat solum quod Romulus pater urbis a senatu ingrato occideretur.

Hunc ingratum ec. [illegible] simile ingratitudinis pro eo quod Furius camillus que pro patria [illegible] ...

laceravit. nec dux nephas ei vitam ademit qui centum romano imperio spem ingravavit.

rud numerum illis ferox secli quod conditoris sui cruore sed conmadatum ne summa qui

de posteritate dissimulare pietas patitur.

Hunc ingratum lapse mentis errorem consentanea civitatis nec penitentia sequitur. Invictum

romanorum et incremitum letissimum et tute la certissima fuerat camillus in urbem incolu

mitatem suam tueri non valuit. cuius ipse salutem stabilierat felicitatem auxerat. a l. enim apule

io tr. pl. tanquam peculator veietane prede factus civibus atque ut ita dicam feris sen

tentiis in exilium missus est. equidem eo tempore quo optimo iuvene filio spoliatus solatiis

magis allevandus quam cladibus onerandus erat. sed immemor patria tanti viri maximorum

meritorum exequiis filii dampnationem prius iunxit. at patria inquit erario abest tr. pl.

querebatur xv. milia eris. tanti namque pena finita est. indignam summam propter quam populus

romanus tali principe careret. priori adhuc querela vibrante alia deinceps exurgit.

Affricanus superior non solum contusam et confractam belli punici armis rem publicam sed pene

iam exanguem atque morientem affrice dominam reddidit. cuius clarissima opera iniuriis pensa

do civitatem ignobilis eum ac deserte paludis accolam fecerunt eiusque voluntarii exilii

acerbitatem non tacitus ad inferos tulit sepulcro suo inscribi iubendo ingrata patria ne ossa

quidem mea habes. Quid ista aut necessitate indignius aut querela iustius aut ultione mo

deratius. cineres ei suos negavit quam in cineres collabi passus non fuerat. Igitur hanc unam

Scipionis vindictam ingrati animi urbs roma sensit. maiorem me hercule Coriolani viole

ntia. Ille enim metu patriam pulsavit. hic verecundia de qua re ne queri quidem tanta vere pie

tatis constantia nisi post fata sustinuit.

Talia passo credo quod fratri eius accideret solatio esse potuerit. cum rex antiochus

devictus et asia imperio populi romani adiecta speciosissimum triumphum et peculatus reus fieret. ac in carcerem

duci iuberetur causam prebuit. || Nichilo virtute posterior affricanus aut minor si nec exi

tu quidem felicior. duabus enim urbibus Numantia atque kartagine imperio romano imminentibus ex rerum

Talia passo ec. hic ut dicebatur ponit [illegible] exemplum est l. Scipionis fratris Scipionis affricani. est autem exemplum tale. hic l. non obstante quod sic victoriosissimus de rege antiocho fuit et asia populo romano subiecit nichilominus in carcerem ab iniusto populo missus poni fuit. dicit ergo ipse scipio talia passo ut dictum est credo quod ea que fratri suo acciderent solatio esse potuerit. i. si frater suus considerauit ea quod Scipioni accidere sua mala solatio sibi fuerunt. cum iste rex Antiochus devictus [illegible] et asia imperio romano adiecta. i. addita speciosissimus triumphus [illegible] ... et peculatus reus fieret. [illegible] ...

Nichilo ec. hic ponit Scipionis [illegible] exemplum ... populo romano fecerunt mirabilia rome ... Numantia hyspanie et kartagine affrice imperio romano imminentibus ... [illegible]

natura depulsis raptore spe sui domi iueit mortis. puitore i foro n reperit.

Quis ignorat tm̃ laudis Sapiētie Nasicaz toga q̃ armis utriusq affricanū meruisse qui pestifera Ty. Gracchi manu faucibus oppssaz rep̃u strãglari pass n̄ est. Sedis quoq pp iniquissimas uirtutū suaz ciues existimatōes sb titulo legatōis p̃g[amum] miss secessit. Et q̃d uite supfuit ibi sine ullo ingrate p̃ie desiderio p̃git.

In eodē noīe uersor nec dū cornelie gētis querelas exhausi. naq p. lentul' clarissim' z amatissim' rei pu. qui cū c. gracchi nefarios conat' acie pia ac forti pugna uulneribus exceptis fugasset. plij ill' quo lege pace libertateq i suo statu retinuerat hac mercedē tulit ne in urbe nr̃a moriret. siquidē inuidia z obtrectatōe cōpulsus legatōe a senatu libe impetrata hitaq cōtione qua dijs imortalib petijt ne usq ad ingratū ppl'm reuerteret in Siciliaz pfect' est. ibiq pseuerãt morãdo cōpotē se uoti fecit. Cuiq g deīn cornelij totidē st nouissima ingrate p̃ie exempla ut horū quidē uoluntarij secessus.

Ala u̇ō c magr̃ equitū spurium meliuz reg̃m affectatē occidisset cōdicōne libalitatis cōiuium exilio suo penas pependit. Ceterū ut senat' ppliq mēs i mō sbite tēpestatis cōcitata leni querela pseqnda ē. ita sorbij singlorū ingrata fcã libiore indigtōe prosciendenda st. quia potentes cōsilij ē utrunq rōe ppendere liceat scelus pietati prtulerit.

Quo eniz nimbo qua procella uerborū impiū Sextilij caput obrui meretur q̃ p c. cesare a quo tu; studiose nu et feliciter grauissimi criminis rē defensus fuerat cinnane proscriptōis tpre pfugiū psidiū suuz in fundo Targnsi cladis cōditore implorare beneficij iure repertē coactū a sacris pfide mēse z altaribus nephandorū penatū auulsiz truculēto uictori iugulandū tradere nō exhorruit. Finge accusatorē eius fortunā pu̇i in supplicijs nominis conuersuz taz luctuosaz illaz opez genib' annixuz orasse crudeliter tn̄ repulsus uideret. Quiã quos iniurie inuisos faciūt graciosōs miserie reddūt. Verū Sextilius nō accusatorez sz patronuz scelissimi inimia uolēte suis manibus obiecit, si metu mortis uita

Sed ut ad etc. Tangit consimile exemplum de popilio qui multiplicatis a Marco Tullio defensus et nunquam offensus ipsum Tullium cupide ab antonio decollandum impetrauit. dicit ergo. sed ut ad alium actum huic de quo dictum est. ingrati animi consentaneum transgrediar suppl. videamus quod M. cicero C. popilium lenatem sic vocatum picene .i. marchie anchonitane regionis rogatu M. celij non minore cura quam eloquentia defendit quod singularis eloquentie fuit. ipsum quod popilium causa admodum .i. valde dubia fluctuantem saluum ad penates suos remisit. hic popilius postea nec re nec verbo a cicerone lesus ultro sponte et ex abundantia Marcum antonium scilicet octauianum rogauit ut ad illum videlicet ciceronem proscriptum persequendum et iugulandum mitteret. et ita factum est. nam ipsum cicerone decapitauit et suum caput tanquam opima spolia in urbem potenter portauit. Inualide etc. [illegible]

dignus, si primi sit dignissimus morte.

Sed ut ad alium consentaneum huic ingrati animi tactum transgrediar M. Cicero C. Popilium Lenatem Picene regionis rogatu M. Celij non minore cura quam eloquentia defendit. eumque causa admodum dubia fluctuantem saluum ad penates suos remisit. Hic Popilius postea nec re nec verbo a Cicerone lesus ultro M. Antonium rogauit ut ad illum proscriptum persequendum et iugulandum mitteretur. Impetratisque detestabilis ministerij partibus gaudio exultans Caietam cucurrit et virum mitto quod amplissime dignitatis certe salubritate studio prestantis officij priuati sibi venerandum iugulum prebere iussit. ac protinus caput romane eloquentie et pacis clarissimam dexteram per summum et securum otium amputauit. eaque sarcina tanquam opimis spolijs alacer in urbem reuersus est. Neque enim portanti onus scelestum succurrit illud se caput ferre quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualide ad hoc monstrum sugillandum littere quoniam qui tales Ciceronis casum satis digne deplorare possit alius Cicero non extat.

Quo modo nunc te Magne Pompei attingam nescio. nam et amplitudinem fortune tue que quondam omnes terras et omnia maria fulgore suo occupauerat intueor et ruinam eius maiorem esse quam ut manu mea attentari debeat memini. Sed tamen nobis quoque tacentibus Gn. Carbonis a quo admodum adolescens de patrimonio bonis tuis foro dimicans protectus es iussu tuo intempestiua mors animis hominum non sine aliqua reprehensione obseruabitur quia tam ingrato facto plus L. Sille viribus quam proprie indulsisti verecundie.

Athene namque confessis alienigene urbes insultent. Kartaginenses Hanibalem qui pro illorum incolumitate et victoria tot exercitus nostros trucidauerit quot gregarios milites hostium occidisse magne glorie foret. consspectu suo submouere in animum induxerunt.

Neminem Ligurgo aut maiorem aut utiliorem virum Lacedemon genuit. ut pote cui Apollo Phitius oraculum petenti respondisse fertur. nescire se utrum

Quo modo etc. Ponit autor exemplum de pompeio. quem quamuis multa commendet tamen a veritate tacitus suam ingratitudinem non tacet. dicit ergo quod tacentibus nobis mors Gn. carbonis tuo iussu intempesta a quo tu pompei admodum .i. valde adolescens in foro dimicans de patrimonio bonis protectus es non sine aliqua reprehensione obseruabitur. [illegible]

Athene nostra etc. Ponit exemplum romana nunc [illegible]

Neminem ligurgo etc. Ligurgus lacedemonensis vir tante dignitatis et excellentie fuit ut cum ab apolline phitio oraculum de sua fortuna peteret tales responsum habuisse fertur se ignorare an numero deorum an hominum aggregaret. hic tamen excellentia non obstante aues lacedemonis infestos expertus fuit ymo sepe lapidibus petitus aliquando et pro ac [illegible] furore [illegible] eiectus et ad ultimum patria expulsus fuit nec vite sinceritas nec ad patriam amor nec salutaris exceptatio legum sibi auxilio esse potuit. Unde hic autor [illegible] ingratitudinem lacedemonum et dicit quod [illegible] ingratitudinis [illegible] ad athenienses i. de hoc etc. dicit ergo. quid alie faciunt urbes si illa urbs que constitue moderatoris et [illegible] sibi laudem vendicat. nam [illegible] laudabat lacedemoniorum constantia moderatore et [illegible]. Si ergo ipsi tam [illegible] aduersus ligurgum [illegible] bene meritum extiterunt quid alie urbes facient. [illegible] dampnabile.

ullius hominum an deorum numero aggregaret. huic tamen nec vite summe sinceritatis neque constantissimus erga patriam amor neque leges salubriter excogitate auxilio esse potuerunt quominus infestos eius cives experiretur. Sepe enim lapidibus petitus, alium furore publico electus et privatim ipsa patria ad ultimum pulsus est;

Quid alie faciet urbes si et illa que continentie et moderationis et gravitatis eximiam sibi laudem vendicat tam ingrata adversus tam bene meritum extitit;

Dat hec atheniensibus Theseus nulle aut non tam clare athene essent. Siquidem ille locatim dispersos cives suos in suam urbem contraxit separatimque et agresti more viventi populo amplissime civitatis formam atque ymaginem imposuit. Idem seva potentissimi regis Minois regna vixdum etate pubescente repulit. Idem effrenatam thebarum insolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit. Et siquid usquam monstri aut sceleris fuit virtute animi ac robore dextre comminuit. Hunc tamen summoti ab atheniensibus Scyros exulis ossa mortuum accepit:

Iam Solon qui tam preclaras tamque utiles atheniensibus leges tulit, ut si hys perpetuo uti voluissent sempiternum habituri fuerint imperium, qui Salaminam velut hostilem arcem vicinie ex propinquo saluti eorum imminentem recuperavit, qui Phisistrati tirampnidem primus vidit orientem, solus armis opprimi debere palam dictitare ausus senectutem Cipri profugus exegit, nec ei in patria de qua optime meruerat humari contigit;

Bene egissent athenienses cum Milciade si eum post trecenta milia Persarum Marathone devicta in exilium protinus misissent ac non in carcere et vinclis mori coegissent. Verum puto hactenus sevire adversus optime meritum abunde duxerunt. ymo ne corpus quidem eius sic expirare coacti sepulture prius mandari passi sunt quam Cymon filius eius eisdem se vinclis constringendum traderet. hanc hereditatem paternam maximi ducis filius et futurus ipse etatis sue dux maximus solam se meruisse in catenis et carcere gloriari potuit;

Dat hec etc. hic revertitur ad athenienses, et in brevi tangit diversa ex parte que ut intelligantur per ordinem sunt tangenda. Ubi primo notandum est quod Theseus fuit Egei filius magnificus quidam vir et patrie zelatrinus, et tante glorie ut sine ipso athene aut nulle aut non tam clare fuissent. inter cetera mirabilia que in patria fecit hoc fuit primum quod locatim et per diversa loca cives dispersos suos in civitate habitare non valentes in urbe unam coniunxit. Secundo quod populo separatim et agresti id est rusticali more viventi formam amplissime civitatis atheniensis atque ymaginem imposuit. hec duo tangit auctor usque ibi Idem. in quo tangit unam hystoriam ad quam sciendum quod Androgeus filius Minois Crete athenas ad studium proficiscens ab atheniensibus per invidiam interfectus est, eorum mirabiliter excellentia excellebat. propter quam causam Minos pater suus athenas bello petiit easque devictas tributarias sibi fecit, a quo tributo Theseus eas liberavit. et hoc tangit auctor in hys verbis seva potentissimi Minois imperia vixdum etate pubescente repulit, id est crudelia dicti regis dominia adhuc multum iuvenis abiecit. Idem et plus fecit quia effrenatam, id est sine freno insolentiam, id est superbiam civitatis thebarum domuit. Idem etiam plus fecit quia liberis herculis illius scilicet qui fuit atheniensis opes, id est divitias et possessiones tulit ob merita patris. et generaliter iste Theseus quicquid monstri vel vituperii aut sceleris ubique, id est in aliqua parte vel ex aliqua causa in civitate fuit virtute animi ac robore, id est fortitudine dextre comminuit. Hunc tamen Thesey summoti, id est expulsi et abiecti ab atheniensibus exulis insula minor Cyros sic vocata ossa mortui scilicet Thesey recepit;

Bene egissent etc. Ad intellectum huius lectionis notandum quod sicut in Cronica atheniensi libro secundo invenitur, Milciades fuit atheniensium nobilis dux, qui multas victorias civibus adduxit, in primis quia Marathonem civitatem persarum iuxta ad quam victoria trecentamilia persarum Marathone sunt devicta et tributaria facta, qui propter invidias fuit captus et in carcere et vinculis mori coactus, nec mortuum sepeliri permiserunt quousque filius suus carcerem intravit pro ipso. hanc autem hystoriam tangens auctor dicit cum Milciade athenienses bene egissent si eum post trecenta milia persarum Marathone devicta in exilium protinus misissent ac non in carcere et vinculis mori coegissent. yronice autem loquitur minus malum vocans bonum quam ex quo sic volebant esse ingrati sufficere videbatur exilium. Unde magis yronice sequitur abunde duxerunt adversus optime meritum hactenus sevire. videbatur enim virtuose agere contra virtuosum abunde sevire, ymo ne corpus quidem sic, id est in vinculis expirare coacti, passi sunt prius sepulture mandari quam Cymon filius eiusdem eisdem se traderet vinculis constringendum inhumana crudelitas. hanc etc. exclamat hic auctor dicens hanc patriam hereditatem vel quam dixit scilicet in carcere et vinculis mori maximi ducis Milciadis filius et futurus ipse etatis sue dux maximus solam se sortitum fuisse ab athenas et carcerem gloriari potuit.

[illegible]

Aristides et quo totius Graeciae iustitia censetur, continentiae quam eximium specimen, patria iussus excedere est. Felices Athenas, quae post illius exilium invenire aliquem aut virum bonum aut amantem sui civem potuerunt, cum quo tunc ipsa sanctitas migravit.

Themistocles eorum qui migrare patriam experti sunt celeberrimus, cum illam incolumem, claram, opulentam principemque Graeciae reddidisset, eousque sensit inimicam, ut ad Xersem quem paulo ante debellaverat non debitam sibi misericordiam profugere necesse haberet.

Phocion vero his dotibus quae ad promerendum vires potissimae iudicantur, clementia et liberalitate instructissimus, nonne tamen in eculeo ab Atheniensibus impositus est? Sed certe post obitum eius nullam Atticae regionis quae ossibus eius iniceretur glebulam invenit, iussus extra fines proici inter quos optimus civis vixerat.

Quid abest ergo quin publica dementia sit existimanda, summo consensu maximas virtutes quasi gravissima delicta punire beneficiaque iniuriis rependere? Quod cum ubique tum praecipue Athenis intolerabile videri debet, in qua urbe adversus ingratos actio constituta est. Et recte, quia dandi et accipiendi beneficii commercium, sine quo vix vita hominum constat, tollit quisquis bene merito parem referre gratiam neglegit.

Quantam ergo reprehensionem merentur, qui cum aequissima iura sed iniquissima ingenia haberent, moribus suis quam legibus uti maluerunt? Quod si qua providentia deorum effici posset ut excellentissimi viri, quorum modo casus rettuli, legem ingratorum iudicium retinentes, pridem suam in urbem ad aliam civitatem perferrent, nonne ignominiosum et garrulum populum mutum atque elinguem hac postulatione reddidissent? Discordes fora tua, pauci quidem dividua tuguria Graeciae facta sunt columen. Lucet Marathon Persas trophaeis, Salamina et Artemisium Xersis naufragio numerantur, praevalidis manibus exhausta moenia pulchrioribus operibus consurgunt. Harum rerum auctores ubi vixerunt, ubi iacent? Responde. Nempe Thesea parvulo in scopulo sepelliri, et Miltiadem in carcere mori, et Cimona paternas induere catenas, et Themistoclem victorem victi hostis

[illegible]

... sicut dicebatur atheniensium malicia qui malemeritis beneficia exhibuerit. Notandum quod si malum sit gratiam non reddere peius tamen est pro bono retribuere, detestabile enim est et omnis caret ratione merentibus mortem in gratie merorem vitam retribuere, quod athenienses fecerunt ... hec supple ... suppeditata sunt fecisti. Cum interim isto in medio cineribus nostris fede id est turpiter ac miserabiliter dispersis. Edypodis etc. Notandum ad intellectum huius ... in Thebaidos plene exequitur quod edyppus laium suum patrem occidit et cum Jocasta matre sua concubuit, et multa scelera horrenda que licet ... ut tam cognita veritatem ipse de se ipso penas exigeret pro sceleribus suis confectum oculis se privavit. Cuius tandem athenis moriens ... in Areopago id est in loco sapientum nobili domicilio collocaverit et honoraverit. Hys visis patet littera. Edypodis ossa cede id est morte patris et nuptiis matris maculata etc. quia fuit iste de Thebis, tuis bonis o athene ... lege itaque legem iurata que te iure iurando obstrictam tenet, et quia bene meritis premia reddere debita noluisti iusta piacula id est purgationes et expiationes et penas exsolvisti. Si mutiunt illorum dictum umbre, id est manes fati necessitate constricte tacent ... ne beneficiorum inmemores lingua sermone liberam soluta non tacent. Sed omittamus. Hoc ultimo loco se ad dicenda ... ingratos de quibus in ... isto dicta etc. et potius de piis et sequentibus loquamur quia aliquanto satius id est melius est favorabili ... vacare, veniet ... in manus nostras pia parentum vota ... felicibus auspiciis et consiliis propagata ... id est generare que efficiat ut genuisse iuvet et generare libeat. ... Explicit ... libri ...

genua complecti, Solonemque et Aristiden et Phocionem penates suos ingrata fugere
coegisti. Cum interim cineribus nostris fede ac miserabiliter dispersis Edypodis ossa cede
patris nuptiis matris contaminata inter ipsum Ariopagum divini atque hu
mani etiam iudicii venerabile domicilium et excelsis presidiis Minerve arce honore
are decoratos sacrosanctiores colis. Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiosi
ora sunt. Lege itaque legem que te iureiurando obstrictam tenet, et quia bene meritis
debita reddere premia noluisti, desis iusta piacula exsolvisti. Tacent nunc
illorum umbre fati necessitate constricte, at inmemores beneficiorum Athene re
prehensione lingua sermone liberam soluta non tacent. Sed omittamus ingratos et po
tius de piis loquamur. Aliquanto enim satius est favorabili quam invise rei vacare.
Veniet ergo in manus nostras prospera parentum vota, felicibus auspiciis propagate
soboles, que efficiat ut et genuisse iuvet et generare libeat. Capitulum de pietate
erga parentes.

Coriolanus maximi vir animi et altissimi consilii optimeque de re publica
meritus, iniquissime dampnationis ruina prostratus ad Volscos infestos tunc
romanis confugit. Magno ubique pretio virtus estimatur. Itaque qui latebras quesitum
venerat ibi brevi summum adeptus est imperium, evenitque ut quem pro se salutarem imperatorem cives
habere noluerant, pene pestiferum adversus se ducem experirentur. Frequenter enim fusis exercitibus
nostris victoriarum suarum gradibus aditum iuxta menia urbis Volsco militi struxit. Quapropter
fastidiosus ille in extimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est
supplicare. Missi ad eum deprecandum legati nichil profecerunt; missi deinde sacerdotes cum infulis eque sine
effectu redierunt. Stupebat senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium
imminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater Volumniam uxorem
eius et liberos secum trahens castra Volscorum petiit. Quam ubi filius aspexit, expugnasti inquit
et vicisti iram meam, patria, precibus huius admotis, cuius utero quamvis merito mihi invisam dono ...

Coriolanus etc. In isto capitulo tractat auctor de pietate erga parentes, ut patet in fine precedentis capituli ad cuius intellectum sciendum nota quod ... que nostre pietatis et confessionis ... ostendere parentes utpote patrem et matrem et fratres ... in qua sumus et nutrimur. Valerius loquitur de pietate erga patrem et matrem ... fratres et ... de pietate erga patriam secundum ... altissimi etc. ... duo fuerunt ... romana et externa ... nec ... pietatis ... erga patrem ... Marco Coriolano de quo ... iste ... que fuit ... Romanorum ... maximi animi et altissimi consilii ... pulcherrime meritus iniquissime dampnationis ... propter iniquitates romanorum ... ad Volscos ... romanis infestos confugit quia ipsum non ... romanum nec ... bene honorare ... quia magis ubique pro meritis estimatur ... qui latebras id est loca occulta ... latendo ... quesitum venerat ibi brevi summum est adeptus imperium et sic evenit ut illum quem cives Romani pro se salutarem imperatorem habere noluerant pene pestiferum adversus se ducem experirentur. Ergo fuit dux ... romanis et ... se ... Nam sepe ... romanis exercitibus fusis ... victoriarum suarum gradibus ... menia id est urbis muros

militi Volsco dedit, quapropter ... populus iste romanus in extimandis bonis suis fastidiosus qui reo ... suam ... non pepercerat exuli coactus supplicare ad eum deprecandum legati id est ambasiatores mittuntur et nichil profecerunt. Mittuntur sacerdotes cum infulis id est cum insignibus sacerdotalibus qui eque sine effectu redierunt. ... stupebat senatus, trepidabat populus, viri et mulieres pariter exitium imminens lamentabantur. ... De hoc ... miraculis et fortune tractum est ... tangit auctor ut diffusius de hac pietate loquitur ad titulum ... ab urbe recurreret. Tandem Veturia mater Coriolani Volumniam eius uxorem et liberos secum trahens castra Volscorum ... filium petiit ad filium exorandum, cui mater complexum ferre ... inquit mater, sane ... captiva sum ... ad hostem an ad filium venerim, captiva mater nec in castris tuis sim in hoc me longa vita et infelix senecta traxit ut exulem deinde ... potuisti populari hanc terram que te genuit atque aluit non tibi ... infesto animo et minaci perveneris ingredienti fines ... ira cadere non cum in conspectu ... sint menia illa domus ac penates mei ... mater coniunx liberi ... si ego non peperissem Roma non oppugnaretur nisi filium haberem libera in libera ... immortua essem. Ergo nichil iam pati nec tibi tam ... miserior possum nec ut sim miserior diu futura sum. Hec verba ponit ... et multa alia ... pudens ... Unde dicit quam ubi filius aspexit et supplicem verbis audivit, inquit expugnasti et vicisti iram meam et patriam ... id est ... admotis id est admissis ... donavit ... continuo ... agrum romanum hostilibus armis liberavit. Quid autem de isto ... factum sit ... alii auctores non plene declarant. ... tamen ... in urbe fore ... pugnavit ne exul maneret.

totumque agrum romanum hostilibus armis liberavit. Ergo pectus dolore accepte iniurie
spe potiende victorie vere credendum detrectandi ministerii metu mortem efferatum totum
pietas mansuefecit, uniusque parentis aspectus bellum atrox salutari pace mutavit.

Eadem pietas nobis suis inflammatum Affricanum superiorem vix dum annos pubertatis ingressum
ad opem patri in acie ferendam virili robore armavit. Consulem enim apud Ticinum
flumen adversis auspiciis cum Hanibale pugnantem graviter saucium intercessu suo servavit.
Neque illum aut etatis infirmitas aut militie tirocinium aut infelicis proe-
lii etiam veterano bellatori pertimescendus exitus interpellare valuit, quominus dupli-
ci gloria conspicuam coronam imperatoris simul et patris ex ipsa rapto mereretur.

Has urbis ista tam preclara civitas accepit, illa vidit oculis. L. Mani-
lio Torquato diem ad populum M. Pomponius tribunus plebis dixerat, quod occasione benefaciendi belli
inductus legitimum optinendi imperii tempus excessisset, quodque filium optime indolis iuve-
nem rustico opere gravatum publicis usibus subtraheret. Id postquam Manlius adolescens
cognovit, protinus urbem petiit et se in Pomponii domum prima luce direxit. Cui exi-
stimans in hoc eum venisse, ut patris crimina, a quo plus iusto aspere tractabatur, defer-
ret, excedere omnes iussit cubiculo, quo liberius remotis arbitris indicium pa-
geret. Nactus occasionem opportunam, proposito suo iuvenis gladium quem tectum
attulerat destrinxit, tribunumque minis ac terrore compulsum iurare coegit
a patris eius accusatione recessurum, eoque effectum est ne Torquatus causam diceret.

Commendabilis est pietas que mansuetis parentibus prestatur, sed Manlius quo horridio-
rem patrem habuit, hoc periculo eius laudabilius subvenit, qui ad eum diligendum preter naturalem
amorem nullo indulgentie blandimento invitatus fuerat.

Hanc pietatem M. Cotta eo ipso die quo togam virilem sumpsit, protinus ut
e Capitolio descendit, Cn. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, postu-
lavit, peractumque reum iudicio afflixit, et adolescentiam et ingenium preclaro auspicatus opere.

Ad C. fl. Ad intellectum huius ex nota quod quando Galli Romam obsiderunt magnum agrum et multam latitudinem occupaverunt, qui in eodem agro debellati recesserunt, sed senatus ad perpetuam rei memoriam indivisum remanere iudicavit. Si autem C. Flaminium trib. legem de Gallico agro viritim id est per singulos viros dividendo, tamen repugnante senatu promulgavit, qui precibus et minis senatus acerrime resistebat ac ne exercitum adversus se conscripto si in eadem sententia perseveraret absisteret, ymo ad rostra ascendit, et cum iam legem referre vellet pater suus manum iniecit sibi quod tribunus ne hanc legem ferret qui privato id est paterno fractus e rostris descendit nec quidem minimo murmure destitute concionis plebis id est derelicte deprehensus. Ita populus ad legem audiendam erat coniuncta non modicum murmuraverat quod contentionem dimiserat et precem audierat. In quo G. pietas fortiter comendatur qui patris timore patrie auctoritatem postposuit.

Apud C. Flaminium auctoritas patria eque potens fuit. Nam cum tribunus plebis legem de Gallico agro viritim dividendo invito et repugnante senatu promulgasset, precibus minisque eius acerrime resistens, exercitum etiam adversus se conscripturum si in eadem sententia perseveraret, absistitur. Postquam pro rostris ei legem iam referenti pater manum iniecit, privato fractus imperio descendit e rostris, ne minimo quidem murmure destitute concionis reprehensus.

Magna sunt hec virilis pietatis opera, sed nescio an hiis omnibus valentius et animosius Claudie virginis vestalis factum. Que cum patrem suum triumphantem e curru violenta tribuni manu trahi animadvertisset, mira celeritate utrisque se interponendo amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in edem Veste duxit. Nec discerni potuit utri plus laudis tribueretur, cui victoria an cui pietas comes aderat. Ignoscite vetustissimi foci, veniamque eterni date ignes, si a vestro sacratissimo templo ad necessarium magis quam speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuit. Nulla enim acerbitate fortune, nullis sordibus pretium care pietatis evilescit, quin etiam eo certius quo miserius experimentum habet.

Sanguinis ingenui mulierem pretor apud tribunal suum capitali crimine damnatam triumviro in carcere necandam tradidit. Qua recepta is qui custodie preerat misericordia motus non protinus strangulavit. Aditumque ad eam filie sed diligenter excusse ne quid cibi inferret dedit, existimans futurum ut inedia consumeretur. Cum autem plures iam dies intercederent, secum ipse querens quidnam esset quo tam diu sustentaretur, curiosius observata filia animadvertit illam exerto ubere famem matris lactis sui subsidio lenientem. Que tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad triumvirum, a triumviro ad pretorem, a pretore ad consilium iudicum perlata remissionem pene mulieri impetravit. Quo non penetrat aut quid non excogitat pietas, que in carcere servande genitricis novam rationem invenit? Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum quam matrem uberibus nate alitam? Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum, nisi diligere parentes prima nature lex esset.

Magna sunt hec etc. Dicit in hoc quod postquam posuit exempla virorum post hoc feminarum, quarum primum est Claudie virginis vestalis. Et dicit hec que in precedentibus dicta sunt opera sunt magne virilis pietatis et nescio an Claudie virginis vestalis factum hiis potius omnibus valentius et animosius fuerit. Que Claudia cum patrem suum triumphantem violenta manu tribuni e curru id est de curru trahi animadvertisset, mira celeritate utrisque scilicet patri et tribuno se interponendo amplissimam potestatem tribunalem inimicitiis accensam depulit. Notandum quod … ad Jovem … loquitur que fuit filia Claudii qui … bellaverat triumpharet et inimicus eius sibi violenter obstabat, que filia virgo vestalis audaciam muliebrem induens et inter medium arma consistens. Igitur alterum triumphum pater in capitolium, alterum filia in domum dee Veste et templum duxit. Nec discerni potuit utri id est cui plus laudis tribueretur, an ei cui victoria vel pater vel cui pietas scilicet Claudie pietas aderat. Ignoscite etc. Postquam de mulieris … excusat se quod … fit mentio de carcere et hunc modum rethoricum nobilia et magna cum infimis simul narrare. Ideo auctor duo facit, quod primo se excusat, secundo ponit exemplum ibi Sanguinis etc. Dicit ergo primo sic, vetustissimi foci vestales de quibus supra locutum est … Ignoscite et veniam eterni date ignes si a vestro sacratissimo templo de quo locutus sum in precedenti ad locum urbis id est carcerem magis necessarium quam speciosum contextus operis mei progressus fuerit et michi indulgere debetis quod pretium care pietatis nullis sordibus evilescit id est nulla acerbitate fortune quin eo certius quo miserius … Notandum quod … audaciam et timorem, temperantiam et passionem et similia. Cum sed pietas ad parentes sit … tenemur … quanto magis … indiget tanto magis pietas nostra relucet. Ideo dicit quo miserius. Sanguinis etc. ponit exemplum diffusum et clare quod expositione non eget. Triumviro. Notandum quod triumvir est nomen officii quia tres ad aliquod officium homines deputati. Inedia id est fame. Quo non penetrat etc. hec sunt verba auctoris in quibus pietas commendatur. Et sunt notanda quod pietas ad omnes utilis maxime paterna pietas quibus plus debemus, quia etiam debemus subvenire in multo magis eis quod nobis et plura maxima beneficia debemus eis honorem quodammodo divinum.

[…] quemadmodum supple usu contigit ex pictura quod solet evenire animo recordanti dico admonito a […] manifesta […] litterarum aliquanto efficaciore supple quam sit que fit per muros a pictoribus. Nota picturam istarum duarum […] fuisse […]

[…] quod necesse […] Valerii […] dico admonito […] homines […] sculpture filiarum qui homines admonuit et spectatores […] in marmore illas filias […]

Nec te quidem: sicut dicebatur prius exemplum ceterorum […] de quo hic agitur diffuse posuit in precedenti […] ideo hic solum sub brevitate repetit dicens nec te quidem Cimon […] silentio involvam […] Atheniensium dux fuit […] plus laudis assecutus es in carcere quam in curia […] virtutes […] admirationis […] pietas […] amoris plurimum meretur […]

Vos quoque fratres […] Hyspanorum […] Grecorum […] Epastus […] tyrannum […] memoria […] humiles […] erogando […] xii milia nummum […] ut Epastum tyrannum interficeretis […] et strenuo ac forti exitu clarueritis […] gloriosa fata pertulistis […] tumulis […] senectutem tueri […] duxistis.

Iudex predicationis de pietate tuus existimetur. Que prius sinu Cymona consilii fecit […] na affectu patri quam custodis reddidit iam ultime senectutis velut in fantem pectori suo admotum aluit. Heret ac stupet hominum oculi cum huius facti pictam ymaginem vident casusque antiqui conditionem presentis spectaculi admiratione renovant. In illis mutis membrorum liniamentis viva ac spirantia corpora intueri credentes. Quod necesse est animo quoque evenire aliquanto efficaciore pictura litterarum vetera pro recentibus admonito recordari.

Ne te quidem Cymon silentio involvam qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti. Nam etsi maximo postea et civi et duci evadere contigit, plus tamen aliquanto laudis in carcere quam in curia assecutus es. Ceteras enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.

Vos quoque fratres memoria complectar quorum animus origine fuit nobilior, siquidem admodum humiles in Hyspania nati pro parentum alimentis spiritum erogando speciosissimo exitu vite inclaruistis. xii enim milibus nummum que post mortem vestram iis daretur a patientibus ut eorum prius interfectorem Epastum gentis sue tirampnum occideretis. Nec ausi solo tamen […] facinoris […] et strenuo ac forti animo exitu claruistis, ipsa enim manibus patientes ultorem Epasto penam genitoribus nutrimenta et vobis gloriosa fata peperistis. Itaque tumulis etiam non vivis quos pro parentum senectute tueri quam vitam expectare satius esse duxistis.

Notiora sunt tamen pia Cleobis et Bithonis, Amphinomi et Anaphis illi quod ad sacra uninominis pagenda matrem vexerint, hi quod patrem et matrem humeris per medios ignes portaverint. Sed nec utrique pro spiritu parentum expirare propositum fuit. Nec ego arguam detrectato laudem aut Ethnei montis gloriam involucrum obscurioris ignorantie pietati nostre lumen admoveo. Sic et Scythis libenter pietatis testimonium reddo. Dario enim totis regni sui viribus in eorum regionibus subinde impetum facienti paulatim cedentes ad ultimas solitudines pervenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos quem finem fugiendi aut quod initium pugnandi facturi essent, responderunt se nec urbes ullas nec agros cultos pro quibus dimicarent habere, ceterum cum ad

Notiora sunt. Ponit exempla Grecorum et quia exemplum dictum est excellentius quam quod nunc dicitur ideo autor primo ponit exemplum. 2o dicit quod laudi Grecorum non detrahit ibi nec ergo. Ad intellectum notandum quatuor in Grecia fuisse fratres quorum duo patrem et matrem per ignes portaverunt, alii et matrem ad templa vexerunt. Dicit ergo exempla fratrum videlicet Cleobis et Bito, Amphinomi et Anaphis notiora sunt quam sit exemplum precedens patria id est natione et fortuna quia illi de Hyspania sunt isti de Grecia que terra magis nota et subdit exemplum illi quod Cleobis et Bito ad sacra uninominis dee in Calabria de qua […] pagenda matrem vexerunt hi quidem videlicet Amphinomus et Anaphis patrem et matrem per medios ignes humeris portaverunt sed neutri id est nulli horum fratrum expirare pro spiritu parentum sicut fratribus de Hyspania propositum fuit. Nec ego etc. Excusat se autor dicens ergo nec arguam id est Grecorum laude detracto vel aut Ethnei montis Sicilie apud autores celeberrime fame gloriam involucrum sed pietati id est per ignorantiam obscuriori ut fuit fratrum Hyspanorum notitie lumen admoveo quia fecit mentionem de monte Ethne monte luminoso ideo dicit quod non minuit gloriam luminosi montis sed lumen Hyspanorum […] non adeo manifesto addit. Huius hystorie recordatur Solinus ubi loquitur de Sicilia dicens Anaphas et Amphinomus iuvenes duo prelatos parentes eruxerunt […] flammas […] ignibus horum memoria vera posteritas est ut sepulcra […] nominatur campus piorum quod et Seneca de Beneficiis 2o tangit.

[…] comitibus et sepe mutant regiones et ideo responderunt […] docente de compatri patria quia hec docet natura sed de modo consuetudo persuadet. Et ideo ubi dicit ad ultimas solitudines […] ad […] se restituros donec advenirent ad sepulcra parentum suorum. Notandum est […]

[illegible]

parentum suorum monumenta venissent sacrum quemadmodum sacre pietati solerent. Quo igitur uno tam pio deos immanis et barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Prima et optima rerum natura pietatis est magistra. Que nullo vocis ministerio, nullo usu litterarum indigens, propriis ac tacitis viribus caritatem parentum liberorum pectoribus infundit. Quid igitur doctrina proficit? ut politiora scilicet non ut meliora fiant ingenia, quoniam quidem solida virtus nascitur magis quam fingitur. Quis enim palustris vagos et silvarum latebris corpora sua tegentes in modumque ferarum laniatu preditum pavectis sic dare te spondere docuit? Illa nimirum que et Cresi filium loquendi usu defectum ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim a Ciro Sardibus cum unus e numero Persarum ignarus viri in cedem eius concitato impetu ferretur, velut oblitus quid sibi nascenti fortuna denegasset, ne Cresum regem occideret proclamando pene iam impressum iugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus fuerat, salute parentis vocalis factus est.

Hanc caritatem proximum fere benivolentie gradum excipit. Nam ut merito primum amoris vinculum ducitur plurima et maxima beneficia accepisse, ita proximum iudicari debet simul accepisse. Quam copiose enim suavitatis illa recordatio est: in eodem domicilio antequam nascerer habitavi, in isdem incunabulis infantie tempora peregi, eosdem appellavi parentes, eadem pro me vota excubuerunt, parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Cara est uxor, dulces liberi, iocundi amici, accepti affines, sed postea cognitis nulla benivolentia accedere debet que priorem exhauriat. Atque huius rei teste Scipione Africano loquar. Qui tametsi artissima familiaritate Lelio iunctus erat, tamen senatum supplex oravit ne provincia sors fratri suo erepta ad eum transferretur, legatumque se L. Scipioni in Asiam iturum promisit. Et maior natu minori et fortissimus et belli gloria excellens laudis inopi, et quod super omnia est nondum Asiatico iam Africanus. Itaque clarissimorum cognominum alterum suscepit, alterum dedit, triumphorum alterum prestitit, alterum tradidit, ministerio maior augusto quam ille imperio.

Marcus Fabius consul inclita pugna Etruscis et Veientibus superatis delatum sibi

[illegible]

M. u Fabius hic consul post inclita et gloriosa pugna aruncos et veientes i. illis duobus populis superatis triumphum summo senatus et populi studio sibi delatum quia Fabius frater eius consularis fortissime dimicans in bello occiderat ducere non sustinuit. Ergo quantam pietatem fraterne caritatis in eo viri pectore habitasse existimemus per quam tanti vel qua pietate tanti fulgor amplissimi honoris extingui potuit.

summo senatus populique studio triumphum ducere non sustinuit. quo consulatu Q. Fabius frater eius consularis fortissime dimicans occiderat. Quantam in eo pectore pietatem fraterne caritatis habitasse existimemus per quam tanti amplissimi honoris fulgor extingui potuit.

Hoc exemplo vetustas illo seculo nostri ornatum est cui contigit fraternum iugum claudie prius nunc et Iulie gentis intueri decus. Tantum enim amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi habuit ut cum Ticini quo victor hostium ad complectendos parentes venerat gravi illum et periculosa valitudine in Germania fluctuare cognovisset protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoque quam rapidum et preceps velut uno spiritu corripuerit eo patet quod Alpes Rhenumque transgressus die ac nocte mutato subinde equo CC. milia passuum per modo devictam barbariam Namantabagio duce solo comite contentus evasit. Sed eum eo maximo labore et periculo implicatum mortalium frequentia defectum sanctissimum pietatis numen et dii fautores eximiarum virtutum et fidelissimus Romani imperii custos Iuppiter comitatus est. Drusus quoque quamquam fato iam suo illius officio prior erat, vigore spiritus et corporis iam collapsus eo ipso momento quo vita ac mors distinguitur legiones cum insignibus suis fratri obviam procedere iussit ut imperator salutaretur. Precepit etiam dextra in parte pretorium ei statui et consulare et imperatorium nomen obtinere voluit. eodemque tempore et fratris maiestati cessit et vita excessit. Hiis scio equidem nullum aliud quam Castoris et Pollucis specimen consanguinee caritati convenienter adici posse. Sed omnis memorie clarissimis imperatoribus profecto ingratum non erit si militis summa erga fratrem suum pietas huic volumini adheserit. Namque in castris Cn. Pompei Strabonis (?) in Hispania pugnans Sertorianum militem acrius sibi in acie instantem cominus interemisset, iacentemque spoliaret, ut fratrem germanum esse cognovit, multum ac diu convicio deos ob donum impie victorie insecutus prope castra transtulit et pretiosa veste optum rogo imposuit, ac deinde subiecta face protinus eodem gladio quo illum interemerat pectus suum transverberavit.

Acerrimis etc. Positis de pietate parentum et filiorum exemplis in parte ista sive capitulo ponit exempla de pietate patrie. Et primo hanc pietatem commendat in generali, secundo [illegible] in speciali ibi Brutus etc. Dicit ergo vinculis acerrimis ut parentes et fratres pietas ut in premissis visum est satisfecit. Restat ergo nunc ut patrie exhibeatur pietas cuius patrie po[testati] testatur vel maiestati et melius etc. illa auctoritas que deorum immortalium numinibus equatur, nam eiusdem honoris videntur parentes et dii ut dicit Aristoteles nono ethicorum [illegible] plus patria quam parentes unde subdit parentum auctoritas vires suas patrie maiestati subicit et fraterna caritas animo equo id est quieto ac libenter cedit. Hoc probat cum dicit quidem cum summa ratione id est hoc rationabile est quia domo eversa id est parentibus et fratribus rei publice interdum status quia bonum publicum et singulare minus est etc. Verum etc. dicit quod truffa est velle id verbis ostendere esse efficacissimum quod factis fuit ostensum ab aliquibus morte propria verum quasi dicat quid attinet ista verbis complecti quorum tanta vis est ut alii sue salutis impendio id est dampnatione et datione sue salutis testati sunt, nam pro salute patrie suam omittere non curaverunt et de hiis plena romana extat historia ut Decii et Fabii etc. Si urbis ruina necesse est ut omnes penates secum trahat sicut malum bonum et hec malum.

se quam super corpus filii prostratam in communibus flammis cremandam tolerauit. Liceat ignorantie beneficio innocenti uiuere, si ut sua potius pietate quam aliena uenia uteretur eo mes fine necatur non defuit; De pietate erga patriam exempla.

Acerrimis sanguinis uinculis pietas satisfecit. Restat nunc ut patrie caritas exhibeatur cuius maiestati etiam illa que deorum numinibus equatur auctoritas parentum uires suas subicit. Fraterna quoque caritas animo equo ac libenter cedit, summa quidem cum ratione, quia euersa domo integer rei publice status manere potest, urbis ruina penates omnium secum trahat necesse est. Verum quid attinet uerbis ista complecti quorum tanta uis est ut alii salutis sue impendio testati sunt;

Brutus consul par cum deiecto Tarquinio superbi regno expulsi filio in acie ita concurrit ut pariter illatis alter alteri uulneribus mortifero uulnere ictus exanimes prosternerentur. Merito obiecerim populo romano libertatem suam magno stetisse.

Medium autem in media parte foro uasto ac repentino hiatu terra subsideret, responsumque esset ea re illum tantum compleri posse qua populus romanus plurimum ualeret, Curtius et animi et generis nobilissimus adolescens interpretatus urbem nostram uirtute armisque precipue excellere, militaribus insignibus ornatus equum conscendit eumque uehementer admotis calcaribus precipitem in illud profundum egit, super quem uniuersi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt, continuoque terra pristinum habitum recuperauit. Magna postea decora in foro romano fulserunt, nullum tamen hodie quam pietatis Curtii erga patriam clarius obseruatur exemplum. Cui prestantiam glorie obtinenti consimile factum subnectam. Genitio Cippo pretori paludato porta egredienti nouum et inauditum genus prodigii incidit, namque in capite eius subito uelut cornua erexit responsumque est regem eum fore si in urbem reuertisset. Quod uoluntarium ac[?] sibimet indixit exilium dignam pietatem quod ad solidam gloriam attinet septem regibus preferendam. Cuius testande rei gratia capitis effigies erea porte qua excesserat inclusa

Brutus etc. probat pietatem ad patriam exemplo Bruti primi consulis romanorum de quo in libro isto capitulo de pietate in principio habetur et multis aliis locis. Hic autem Brutus ut dicit Titus Livius primo libro ab urbe condita finxit ut euaderet manus Tarquinii regis superbi per indiscretum fecit se fatuum et non bene morigeratum, ideo sibi fuit datum cognomen et dictus fuit Brutus id est sordidus et rupt[us]. Iste ergo postquam reges de Roma eiecit consul romanorum creatus cum regibus pro populi romani libertate tuenda bellauit et ab Aruncte regis filio fuit occisus quod Valerius tangit dicit. Brutus consul primus cum Aruncte filio regis Tarquinii superbi regno ab ipso expulsi in acie id est in bello ita concurrit ut pariter illatis hastis per corpora utriusque mortifero uulnere ictu uterque exanimis prosterneretur quare merito obiecerim populo romano libertatem suam magno precio et caro stetisse. Notandum sicut recitat Titus Livius libro secundo ab urbe quod cum Tarquinius ueniens contra romanos premisit Aruntem filium suum cum equitibus sine militibus, et ipse lecto agmine cum peditibus sequebatur et consimiliter Brutus ex parte romanorum cum militibus precedebat et Valerius publicola alter consul cum populo ueniebat. Cumque Aruns uidisset gentem romanam a longe Brutum arma regalia uirtute aquilas deferentem, ira motus et furore concitatus pungit uersus Brutum calcaribus equum, quem similiter Brutus non cunctans in ipsum audacissime equum et hastas illatis ambo fere corruunt.

Medium autem etc. de isto exemplo multi auctores faciunt mentionem et Titus Livius hoc ponit primo ab urbe quod Valerius in littera satis extense ponit. Cum ergo in media parte fori id est platee et illa parte ut dicit cronica romana ubi nunc est ecclesia sancti Antonii, uox quia est locus qui dicitur infernus per cognitionem uasto id est magno et ingenti uaru[?] id est fossa repentino terra subsideret, id est subito staret crater uorago putrida exalatio procedebat que romanis maximam perniciem inferebat propter quas cum romani suos deos consulerent responsum esset a diis illum hiatum illa re posse compleri id est repleri qua populo romano plurimum ualeret, M. Curtius adolescens genus nobilissimus interpretatus urbem nostram se uirtute et armis precipue excellere militaribus insignibus etc. sic precat et terra pristinum habitum recuperauit postea multa decora in foro id est curia et palatium romano fulserunt nullum tamen hodie pietate Curtii clarius obseruatur erga patriam. Cui id est Curtio tamen glorie et laudem principatum obtinenti factum consimile subnectam id est consequenter. De hoc exemplo Augustinus de ciuitate dei libro quinto capitulo xviii christianos bonos sic alloquitur si Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terre se precipitem dedit deorum suorum oraculis parens qui iusserant ut illuc hic quod hoc quod romani haberent optimum mitteretur nec aliud intelligere potuerunt quam uiris armisque excellere unde uiz oportebat ut eorum iussis deorum in illum interitum uir perpetraret armatus quid se magnum pro eterna patria fecisse dicturus est qui aliquem passionem non se ultro mittat ad mortem mitteret sed ab illo missus oberrat cum quando a domino suo eodemque rege patrie certius oraculum acceperit nolite timere eos qui occidunt corpus.

regibus preferatur id est dicit quod iste Genutius faciendo pietatem prodigiis sic recusando uoces eorum nomen regium Rome erat odiosum, adeptus est maiorem gloriam quam si fuerit illi septem reges Rome.

Genuti etc. Tangit aliud portentum conforme exemplum dicens Genuti laudes eius excogitavit post quam aliorum. Notandum quod hec littera quam aliorum excogitavit ... non bene nec videtur facere aliquid ad rem de qua intendit; successionem tradidit Elio pretori, cui dicenti, id est coronatus, capite pretoris consedisset, id est avis a filio sacrum pico dicta ... in auspiciis tractatur, et aruspex eo pico conservato ipsius Elii domum fatum felicissimum sed rei publice miserrimum, sed eo pico occiso in contrarium utrumque cessurum, id est sue domui ... et rei publice felicissimum, e vestigio, id est continenti, morsu suo picum in conspectu senatus necavit. Decem et septem etc. Hic Valerius commendat Elium ... quod de ... ex Tradent ... at Sillam et Marium ... hec nimirum dicit quod eius Cannensi prelio familiam decem et septem militum. Notandum quod alia littera dicit decem et septem milia cum familia eximie fortitudinis viros amisit ... perdere tempore ad summum rei publice fastigium imperii excessit quod bene prius circa preda fuit per quam tanta perdidit et ei imperare noluit. Hec nimirum. Vituperat hic Sillam et Marium ...

Hec nimirum etc., quod dictum sit et quod infra dicetur. Silla, Marius et Cinna tanquam stulta riserunt, id est deriserunt, per urbem vestram ac rem publicam bellorum civilium cladibus multipliciter afflixerunt.

P. Decius. In parte ista actor ponit exemplum duorum, scilicet patris et filii, quorum quilibet se pro patria vovit; ideo ambo sub uno ponantur. Et notandum quod quidam Decius mori voluit ut non periret exercitus; de quo diffuse ponitur libro primo capitulo de sompniis, scilicet Illud etiam ... ibi hec hystoria tractata est. Dicit etiam actor quod talis imperii romani specimen, id est documentum signum et experimentum, esset nisi animo suo respondentem filium respondisset; et ponit exemplum filii de quo per omnia sicut de patre dicendum est, hoc excepto quod filius sompnium non habuit sicut pater, ut narrat Titus Livius libro decimo ab Urbe, ubi ponit patris exemplum; et preterea non fuit in eodem bello quod fuit in partibus Tuscie, in quo a Gallicis romana acies debilitabatur, nisi consul Decius in medium hostium irrumpens vires nostre urbis correxit et mortem habuit. Quorum opera si inspiciantur, est arduum et difficile cognosci utrum romana civitas utilius habuerit duces patrem et filium an amiserit, quoniam vita eorum obstitit, id est obex et contrarium fuit ne vinceretur nostra civitas. Ergo eorum mors diligenda, et sic arduum est quid nostre civitati fuit magis utile. De exemplo istorum multi auctores faciunt memoriam, specialiter Seneca libro septimo epistolarum epistola ... ubi dicit: Sic Decius se devovit rei publice et in medios hostes concitato equo mortem petens irruit; et hec dicit de patre, et subdit de filio: Alter post hunc paterne virtutis emulus conceptis sollempnibus et iam familiaribus verbis confertissima cucurrerit, de hoc sollicitus tantum ut litaret, id est sacrificaret. De his duobus pre..., videlicet patre et filio, dicit Augustinus de Civitate Dei libro quinto capitulo xiiii., scilicet occidendo certis verbis quodam dando consecrantes Decii devoverunt ut illis cadentibus et iram deorum sanguine suo pacantibus romanus liberaretur exercitus. Nullo modo superbiant sancti martires tanquam dignum aliquid pro illa patria participatione fecerint ubi etiam est et vera felicitas.

Non extinctus. Sententia sequentium exemplorum usque ad finem capituli clara ac et littera super qua pauca addere oportet, et incipit a Scipione Affricano, de quo supra capitulo de pietate parentum, scilicet Eadem pietas; et supra ... predecessori atque hec teste dictum est inquiens Valerius. Superior Scipio Affricanus, qui fuit primus ad parentes et fratres, non est pro re publica extinctus, sed admirabili virtute ne res publica extingueretur providit. Siquidem urbs nostra Cannensi clade afflicta est, nichil aliud quam victoris Hanibalis preda esse videretur, et ideo ... sive ad manus Hanibalis duceretur reliquie prostrati exercitus qui remanserant auctore Q. Metello deserende Ytalie consilium agitarent. Nam volebant propter Hanibalis metum Ytaliam deserere, quod Scipio non permisit, immo etiam ut sequitur, militum tribunus admodum, id est valde, iuvenis constricto, id est denudato, gladio et unicuique mortem promittendo omnes se numquam relicturos iurare coegit; propter quod non solum ipse plenissimam patrie exhibuit, sed etiam ipsam pectoribus aliorum abeuntes, id est a pectoribus aliorum fugientes et recedentem, quia volebant patriam relinquere, revocavit.

cum dea que fraudatrix olim Laverna dicebatur. || Genuti laudes hec quoque aliorum excogitavit post successionem tradidit Elio pretorio. Cui dicenti cum in capite pretoris consedisset avis, aruspex que affirmasset conservato eo fore ipsius domum statu felicissimum, rei publice miserrimum, occiso in contrarium utrumque cessurum, e vestigio picum morsu suo in conspectu senatus necavit. Decem et septem militum familiam eximie fortitudinis viros Cannensi prelio amisit. ||

Hec nimirum res publica perdere tempore ad summum imperii fastigium excessit. Silla et Marius et Cinna tanquam sculpta riserunt. P. Decius, qui consulatum in familiam suam primus intulit, cum latino bello romanam aciem inclinatam pene iam et prostratam videret, caput suum pro salute rei publice devovit ac protinus concitato equo in medium hostium agmen patrie salutem sibi mortem petens irruit, factaque ingenti strage plurimis telis obrutus supercorruit. Ex cuius vulneribus et sanguine insperata victoriam emersit. Unicum tale imperii specimen esset, nisi animo suo respondentem filium genuisset. Is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus devoto sibi quoque strenua pugna consentaneo exitu labantes prodatasque vires urbis nostre correxit. Ita dignosci arduum est utrum romana civitas Decios utilius habuerit duces an amiserit, quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit, mors fecit ut vinceret.

Non est extinctus pro re publica superior Scipio Affricanus, sed admirabili virtute ne res publica extingueretur providit. Siquidem cum afflicta Cannensi clade urbs nostra nichil aliud quam preda victoris acie Hanibalis videretur, ideoque reliquie prostrati exercitus deserende Ytalie auctore Q. Metello consilium agitarent, tribunus militum admodum iuvenis constricto gladio mortem unicuique minitando iurare numquam se relicturos patriam coegit, pietatemque non solum ipse plenissimam exhibuit, sed etiam e pectoribus aliorum abeuntem revocavit. ¶ Age ut a singulis ad universos transgrediar, quanto et quam equali amore patrie tota civitas flagravit. Nam cum secundo bello

punico exhaustum

Age ut a singulis etc. Et posuit exemplum singularium virorum pietatis ad patriam habentium. Nunc ponit exempla omnium civitatis romanorum ...

agere ut a singulis personis et privatis de quibus dictum est ad universos romanos viros et mulieres transgrediar ...

cum bello secundo ... exhaustum ... publicanorum et communium conductores ...

punico exhaustum erarium ne deorum cultui sufficeret, publicani ultro additos censores

orati sunt ut omnia sic locarent tamquam res publica pecunia abundaret, seque prestaturos cuncta

nec ullum aeris nisi bello confecto petituros polliciti sunt. Domini quoque eorum servorum quos Sempronius

Gracchus ob insignem pugnam Beneventi manumiserat, pretia ab imperatore exigere

supersederunt. In castris etiam non eques non centurio stipendium dari sibi desideravit.

Viri ac femine quicquid auri argenti ac eris habuerunt, item pueri insignia ingenuitatis ad

sustentandas temporis difficultates contulerunt. Et ne beneficio senatus qui munitus hoc fu-

neros tributum honore libaverat quisquam uti voluit. Sed insuper id omnes promptissimis animis presti-

terunt. Non ignorabant enim captis Veiis cum decimarum nomine quas Camillus voverat aurum

Apollini Delphico mitti oporteret nec emendi eius facultas esset matronas ornamenta sua in

erarium retulisse. Similiter quoque audierant mille pondo auri quod Gallis pro obsi-

dione Capitolii promissa debebantur earum cultu expletum. Itaque et proprio ingenio et exemplo vetu-

statis admoniti nulla sibi in re cessandum existimaverunt.

Externo eiusdem propositi exemplo Rex Atheniensium Codrus cum ingenti hostium exercitu A-

ttica regio debilitata ferro igni vastaretur diffidentia romana auxilii ad Apollinis

Delphici oraculum confugit perque legatos sciscitatus est quonammodo tam grave illud bellum dis-

cuti posset. Respondit deus itaque finem ei fore si ipse hostili manu occidisset. Quod quidem non

solum totis atheniensibus in castris sed etiam contrariis percrebuit eoque factum est ut ediceretur,

ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognovit depositis insignibus imperii familiarem

cultum induit ac pabulantium hostium globo se obiecit unumque ex his falce percussum

in cedem suam compulit. Cuius interitu ne Athene occiderent effectum est.

Ab eodem fonte pietatis Trasibuli animus manavit. Is cum atheniensium urbem XXX tyran-

norum teterrima dominatione liberare cupiens parvaque manu maxime rei molem aggrederetur

et quidam ex sociis dixisset quantas tandem tibi Athene per te libertatem consecute gratias debebunt,

Rit dii faciant quantas illis ipse debeo videar retulisse. Quem effectum inclitum dispectu tanti

muneris opus laude cumulavit. Themostides autem quem virtus sua victorem iniuria

patrie imperatorem persarum fecerat ut se ab ea oppugnanda abstineret instituto sacrificio except-

um tauri sanguinem hausit et ante ipsa arma quasi quedam pietatis clara victima concidit. Quo

... Trasibulus civitatem atheniensium a triginta tyrannis liberavit ... Trasibulus ... quid futurum dum ipse tractaret ... hec civitas erit liberata quantas gratias tibi debebit ... dii faciant ut quantas gratias illis debeo ... retulisse ... laude cumulavit.

Rex athe[niensium] etc. In presenti usque ad finem capituli ponit exempla extranea ... Codri regis atheniensium ...

[illegible marginal commentary]

quidem tam memorabili eius excessu ne gratie alio Themistocle opus esset effectum est.

Sequitur eiusdem generis exemplum. Cum inter Kartaginem et Cirenas de margine agri pertinacissi-
ma contemptio esset, ad ultimum placuit utrique eodem tempore iuvenes mitti et locum
in quo convenissent fines ambobus haberi populis. Verum hoc pacto Kartaginenses duo fratres nomine
Phileni perfidia percurrerunt ante constitutam horam maturato progressu in longius promotis terminis
quod cum intellexissent Cirenensium iuvenes diu de fallacia eorum questi postremo acerbita-
te condicionis iniuriam discutere conati sunt. dixerunt namque sic eum finem ratum habere si Phile-
ni vivos obrui se ibi passi essent. Sed consilio eventus non respondit. Illi enim nulla interposita mora
corpora sua hijs terra operienda tradiderunt. qui pro cive quam vite sue longiores terminos esse ma-
luerunt. bene iacent manibus et ossibus suis dilatato punico imperio. ubi sunt superbe Karta-
ginis alta menia, ubi maritima gloria incliti portus, ubi cunctis litoribus terribilis
classis, ubi tot exercitus, ubi tantus equitatus, ubi immenso Affrice spatio non conten-
ti spiritus? omnia ista duobus Scipionibus fortuna partita est. At Philenorum egregii facti
memoriam ne patrie quidem interitus extinxit. Nichil est igitur excepta virtute quod morta-
li animo ac manu inmortale queri possit. Iuvenili ardore plena hec pietas.

Aristotiles vero supreme vite reliquias senilibus ac religiosis membris in summo litterarum otio vix
custodiens adeo valenti in lectulo Athheniensi iacens equidem Macedonum manibus quibus
adiecta erat eripuit. Itaque urbs strata atque eversa Alexandri quam restituta Aristotelis notum
est opus. patet igitur quam benigne quamque profuse pietatis erga patriam omnium ordinum omnis eta-
tis homines extiterint. sanctissimisque legibus municipiorum et ex orbe a claro mundo subscripsit
sit ubertas.

Dent nunc vela pii et placidi affectus parentum erga liberos indulgentia salubrem
auram provenit grata suavitatis dotes secum afferat.

Fabius Rutilianus quinque consulatibus summa cum gloria peractis omnibus et virtutibus et vite meritis per-
fundis legatus ire Fabio gurgiti filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum gravatus
non est pene ipse dumtaxat animo sine corpore militaturus utpote propter ultimam senectutem lectu-
li otio quam laboribus preliorum habilior. Idem triumphantis equo insidens sequi quem ipse par-
vulum triumphis suis gestaverat in maxima voluptate posuit nec accessio gloriosior illi pre-

[illegible marginal commentary]

filium suum triumphantem et cum victoria Romam intrantem, in quo videndo multa voluptate delectari potuit, nec reputabat accessio[illegible] glose [illegible] sed auctor notandum quod duo hic tangit auctor quod magnum amorem ostendit [illegible] cum filio ad bellum [illegible] non recusavit. Sed quia ipse triumphantem delectabatur ipsum videre. [illegible]

Sed auctor spectatus est. Non tam speciosa Cesetii equitis Romani sors, sed par indulgentia, qui a Cesare omnium iam externorum et domesticorum hostium victore cum abdicare filium iuberetur, quod is tribunus plebis cum Marullo collega invidiam ei tamquam regnum affectanti fecerat, in hunc modum respondendo sustinuit: Celerius tu mihi Cesar omnes filios meos eripies quam ex hys unum nota mea pellam. Habebat autem duos preterea optime indolis filios, quibus Cesar se incrementa dignitatis benigne daturum pollicebatur. Huic patri tametsi summa divini principis clementia tutum prestitit, tamen quis non humano ingenio maius ausum putet quod ei non cessit?

Sed nescio an Octavii Balbi conatus ardentioris erga filium benivolentie fuerit. Proscriptus a triumviris cum domo postico clam esset egressus iamque fuge expeditum initium haberet, postquam filium intus falso trucidari clamore vicinie accepit, ad se neci quam evaserat obtulit occidendumque militibus tradidit. Pluris illud momentum quo illi patri spes incolumem videre filium contigerat quam salutem suam existimans. Miseros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ipsius opera sic expirare intueri necesse fuit!

Ceterum ut ad iocundiora cognitu veniam, Seleuci regis filius Anthiocus noverce Stratonices infinito amore correptus, memor quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Itaque diversi affectus isdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas et maxima verecundia, ad ultimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipse in lectulo moribundo similis, lamentabantur necessarii, pater merore prostratus de obitu unici filii deque sua miserrima orbitate cogitabat, totius domus funebris magis quam regie erat vultus. Sed hanc tristitie nubem Leptinis mathematici vel, ut quidam tradunt, Erasistrati medici prudentia discussit. Iuxta enim Anthiocum sedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi et spiritu increbrescere eaque egrediente pallere et excitatiorem [illegible] subinde recuperare animadvertit, curiosa observatione ad ipsam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice et rursus abeunte brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo modo vegetiore modo languidiore pulsu venarum comperit cuius morbi eger esset, protinusque id Seleuco exposuit. Qui carissima sibi coniuge filio cedere non dubitavit, quod in amorem incidisset fortune acceptum referens, quod dissimulare eum ad mortem usque paratus [illegible]

[illegible] huius est quod dolore et amore [illegible] mortuus [illegible] amor [illegible] Seleucus [illegible] Anthiocus [illegible] ... et successor [illegible] qui [illegible]

Non tam speciosa [illegible] Cesetii militis [illegible] Fabii [illegible] ... Iulio [illegible] affectanti invidiam fecisset [illegible] ... extra urbem et domesticorum omnium Romanorum hostium victore abdicare [illegible] ... Celerius tu Cesar omnes filios meos eripies quam ex hys ego unum mea nota pellam [illegible] ... quis tam sane considerationis existens non putet ausum [illegible] humano [illegible] ...

Sed nescio [illegible] Octavii Balbi [illegible] ... Ceterum [illegible] Seleuci regis filius Anthiochus [illegible] ... Galienus [illegible] Epiphanes [illegible] ... Seleucus [illegible]

L

... esset ipsi pudori imputans. Subiciat[ur] his senex rex amans ... Iam patebit quam multa et quam difficilia p[er]ini affect[us] indulgentia superavit. At Seleuc[us] quid uxore sua. Ariobarzanes at filio suo Cappadocie regno cessit in conspectu Gn. Pompeii, cum cum tribunal conscendisset invitatusque ab eo in curuli sella sedisset, postquam filium in cornu scribe humaliore fortuna sua locum obtinentem aspexisset, non sustinuit infra se collocatum intueri. Sed protinus sella descendit, et diadema in caput eius transtulit, hortarique cepit ut eo transiret unde ipse surrexerat. Exarsit lacrime iuveni, contremuit corpus, dilapsum diadema est nec quo iussus erat progredi potuit. Quodque pene veritatis fidem excedit, letus erat qui regnum deponebat. Nisi patris voluntati auctoritas Pompei affuisset, filium enim et regem appellavit, et diadema sumere iussit, et in curuli sella considere coegit. Comicelenitatis huius patres ... asperitatis illi.

De severitate patrum in liberos. ca. vi. p[rim]a.

Lucius Brutus gloria par Romulo, quia ille urbem, hic libertatem condidit, filios suos dominatorem Tarquinii a se expulsum reducentes summum imperium obtinens comprehensos pro tribunali virgis cesos et ad palum religatos securi percuti iussit. Exuit patrem ut consulem ageret, orbusque vivere quam publice vindicte deesse maluit.

Huius emulatus exemplum Cassius filium qui tribunus plebis agrariam legem primus tulerat multisque aliis rebus populariter animos hominum amore sui devinctos tenebat, postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum et amicorum consilio affectati regni crimine domi damnavit, verberibusque affectum necari iussit, ac peculium eius Cereri consecravit.

Titus autem Manlius Torquatus propter egregiam multarum rarumque dignitatis militaris virtutisque civilis et sacrorum pontificalium peritissimus in consilii facto ne consilio quidem necessariorum indigere se credidit. Nam cum ad senatum Macedonia de filio eius Decimo Sillano qui eam provinciam obtinuerat querelas per legatos detulisset, a patribus conscriptis petiit ne quid ante de ea re statuerent quam ipse Macedonum filii que sui causam inspexisset. Summo deinde tum amplissimi ordinis, tum eorum qui questum venerat consensu cognitione suscepta domi consedit, solusque utrique parti per totum biduum vacavit, ac tertio plenissime die diligentissime que auditis testibus ita pronuntiavit. Cum Sillanus filium meum pecunias a sociis accepisse probatum mihi sit, et re publica eum et domo mea indi...

M. Scaurus. Ponit tertium de severitate exemplum ad filium. Ubi notandum quod romani multa bella et crudelia cum Cimbris que fuit gens aspera ... et inter cetera Catulo consule ... in finibus Ytalie bellum apud flumen Athesim ... habuerit in quo quasi flos romane iuventutis periit ... ponit de hoc bello ... dicens ... Scaurus lumen ac decus patrie romane fuit ... cum Romani equites Cimbrorum impetu impulsi deserto et relicto Catulo ... consule urbem pavidi romanam repeterent ...

[illegible]

-genuum iudico protinusque e conspectu meo abire iubeo. tam tristi patris sententia percussus Sillanus lucem ulterius intueri non sustinuit suspendioque se proxima nocte consumpsit. Peregerat iam Torquatus severi et religiosi iudicis partes, satisfactum erat rei publice, habebat ultionem Macedonia, potuit tam verecundo filii obitu patris inflecti rigor: at ille neque exequiis adolescentis interfuit, et cum maxime funus eius duceretur, consulere se volentibus vacuas aures accommodavit. Videbat enim se in eo atrio consedisse in quo imperiosi illius Torquati severitate conspicua ymago posita erat. Prudentissimoque viro succurrebat effigies maiorum suorum cum titulis suis idcirco in prima parte edium poni solere ut eorum virtutes posteri non solum legerent sed etiam imitarentur.

M. Scaurus lumen ac decus patrie cum apud Athesim flumen impetu Cimbrorum romani equites pulsi deserto Catulo urbem pavidi repeterent, consternationis eorum participi filio suo misit qui diceret libentius se in acie eius interfecti ossibus occursurum quam ipsum tam deformiter fuge reum visurum. Itaque siquid modo reliqui in pectore verecundie superesset, conspectum degenerati patris vitaturum. Recordatione enim iuventute sue qualis M. Scauro aut habendus aut spernendus filius esset admonebatur. Quo nuntio accepto iuvenis coactus est fortius adversus semet ipsum gladio uti quam adversus hostes usus fuerat.

Nec minus animose A. Fulvius vir senatorii ordinis euntem in aciem filium retraxit quam Scaurus ex prelio fugientem increpuit. Namque iuvenem et ingenio et litteris et forma inter equales nitentem, pravo consilio amicitiam Catiline secutum inque castra eius temerario impetu ruentem medio itinere abstractum supplicio mortis affecit, prefatus non se Catiline illum adversus patriam sed patrie adversus Catilinam genuisse. Licuit donec belli civilis rabies preteriret inclusum arcere. Verum illud cauti patris narraretur opus, hoc severi refertur. Sed ut hanc incitatam et asperam severitatem mitiores relati patrum mores clementie sue mixtura temperent, exacte pene confessa venia iungatur.

De parentibus adversus suspectos liberos ca. xvij.

L. Gellius omnibus honoribus ad Censuram defunctus, cum gravissima crimina de filio inaudisset, commissum stuprum et parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad vindictam continuo procurrit, sed pene universo senatu adhibito in consilio expositis suspitionibus defendendi se adolescenti potestatem fecit, inspectaque diligentissime causa absolvit eum tum consilii tum etiam sua sententia. Quod si impetu ire abstractus sevire festinasset, admisisset magis scelus quam vindicasset. At Hortensii qui suis temporibus ornamentum romane eloquentie fuit admirabilis in filio patientia extitit. Cum enim usque ad impietatem eius

[illegible]

suspectam et nequitiam invisam. Licet ut Messala sororis sue filium heredem habiturus ambitus reum defendens iudicibus diceret si illum damnassent nichil sibi preter obsculum nepotum quibus acquiesceret superfuturum. Hac scilicet sententia quam etiam edito ordini inseruit filium potius in tormentis animi quam in voluptatibus reponens. Tamen ne nec ordinem confunderet non nepotes sed filium heredem reliquit moderatus usus affectibus suis quia vivus moribus eius verum testimonium et mortuus sanguini honorem debitum reddidit. Quid fecit clari generis magne dignitatis vir filium sed in filio aliquantulum tetriore. Nam cum auxilium senatus implorasset ut suspectum in parricidio et ob id latentem per triumvirum conquireret ac iussu patrum conscriptorum comprehensus esset non solum eum non notavit sed eum decedens dominum esse voluit quem genuerat heredem instituens non quem fuerat expertus. Magnorum virorum clementiam actis ignoti patris novi ac inusitate rationis consilium adiciam. Qui cum a filio insidias necti sibi compperisset nec inducere in animum posset ut verum sanguinem adhuc sceleris progressum crederet seductam uxorem suspicans suppliciter rogavit ne se ulterius celaret sive illum adolescentem sibi esset sive ex alio excepisset. Asseveratione deinde eius esse et iureiurando nil tale suspicari persuasus in locum desertum filio perducto gladium quem attulerat occultum tradidit ac iugulum feriendum tradidit nec veneno nec latrone ad peragendum parricidium opus esse affirmans. Quo facto non paulatim sed magno impetu recta cogitatio pectus iuvenis occupavit. Continuoque abiecto gladio tu vero inquit pater vive et si tam obsequens es ut hoc precari filio permittas me quoque exsupera sed tamen queso ne me cogat te amor eo tibi sit vilior quia a penitentia ortus. Solitudinem sanguine meliorem penatibus silvas et alimentis blandiciis ferrum ac mortis oblate quam date vite feliciorem beneficium. Commemorantis patribus qui iniurias filiorum patienter exceperunt. Referam eos qui mortes equo animo toleraverunt.

De parentibus qui liberorum mortem equo animo toleraverunt. Capitulum viij. Exempla

Oratius pulvillus cum Capitolio Iovi optimo maximo edem pontifex dedicaret interque nuncupationis sollempnium verborum postem tenens mortuum esse filium suum audisset neque manum a poste removit ne tanti templi dedicationem interrumperet neque vultum a publica religione ad privatum dolorem deflexit ne patris magis quam pontificis partes egisse videretur.

Clarum exemplum nec tamen illustre quod sequitur. Emilius paulus nunc felicissimi nunc miserrimi patris clarissima representatio ex quatuor filiis forme insignis egregie indolis duos iure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem translatos sibi ipse denegavit. Duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem precessit. Alter in triumphali curru prospectus post diem tertium expiravit. Itaque qui ad donandos usque liberos abundaverat in orbitate subito destitutus est. Quem casum quo robore animi sustinuerit oratione quam de rebus a se gestis apud populum habuit hanc adiciendo clausulam nulli ambiguum reliquit. cum in

Oratius pulvillus. Materia huius capituli patet ex dictis. Ponit exempla patrum qui mortes filiorum forti animo toleraverunt [illegible]

Q. marcius etc. Dicit autem quod uno exemplo contento pr(e)mittit uagari orationem suam in alienis luctibus et ponit exemplum. Q. marcius regio nomine a regimine sic cognominatus agnomine de quo fit mentio in Salustio Catilenario. hic filium summe pietatis amisit pulcherrimum et unicum qui cum post obitum eius subtractus et euersus atque destructum uideret dolorem tam altitudine sui consilii coercuit et constrinxit ut a rogo uiuentis i. a sepultura sua ab exequiis filii ueniens protinus curias peteret et senatum conuocauit quod consul in quo fortitudo animi comprehenditur quia nisi fortius merorem ferre scisset uni diei lucem inter calamitosum et strenuum consulem neu in parte cessato officio quia officium patris et officium consulis fecit parti quod non potuisset.

maximo prouectu felicitatis nostre. Ciuitates timere quid mali fortuna molitur. Iouem optimum maximum Iunonem reginam et mineruam precatus sum ut siquid aduersi populo romano immineret totum in meam domum conuerteretur. Quapropter bene habet. annuendo enim uotis meis id egerit ut uos potius meum casum doleatis quam ego uestro ingemiscam. uno etiam nostro domestico exemplo aduecto in alienis luctibus orationi mee uagari permittam. Q. Marcius rex superioris catonis in consulatu collega filium summe pietatis magne spei et quod non parua calamitatis accessio fuit unicum amisit. Cumque obitu eius subrutum et euersum uideret ita dolorem altitudine consilii coercuit ut a rogo iuuenis protinus curiam peteret senatumque quem eo die lege habere oportebat conuocaret. Quod nisi fortiter merorem ferre scisset uni diei lucem inter calamitosum patrem et strenuum consulem neutra in parte cessato officio partiri non potuisset.

Externa exempla

Princeps atheniensium pericles intra quadriduum duobus mirificis adolescentibus filiis spoliatus his ipsis diebus et uultum pristinum habitum tenuit et oratione nulla ex parte infractiore contionatus est. Ille uero caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit ut nichil ex uetere ritu propter domesticum uulnus detraheret. Non sine causa igitur tanti roboris animus ad olimpii iouis cognomen ascendit.

Xenophon autem quod ad socraticam disciplinam attinet proximus a platone felicitatis et beate facundie gradus cum solenne sacrificium pageret ex duobus filiis maiorem natu nomine Grillum apud mantineam in prelio cecidisse cognouit. nec ideo institutum deorum cultum omittendum putauit. sed tantummodo coronam deponere contentus fuit. quam ipsam percontatus quonam modo occidisset ut audiuit fortissime pugnantem interisse capiti reposuit. numina quibus sacrificabat testatus maiorem se ex uirtute filii uoluptatem quam ex morte amaritudinem sentire. alius remouisset hostias abiecisset altaria lacrimis respersa tura disiecisset. Xenophontis corpus religione immobile stetit et animus in consilio prudentie stabilis mansit ac dolore succumbere ipsi clade que nuntiata erat tristius duxit. Ne anaxagoras quidem supprimendus est. audita namque morte filii nichil michi inquit inexpectatum aut nouum nuntias. Ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem. has uoces utilissimis preceptis imbuta uirtus mittit. Quas siquis efficaciter auribus receperit non ignorabit ita liberos esse procreandos ut meminerit his a rerum natura et accipiendi spiritus et reddendi eodem momento temporis legem dictam. atque ut mori neminem solere qui non uixerit. ita ne uiuere quidem aliquem posse qui non sit moriturus.

Princeps atheniensium etc. hic prosequitur de externa incipiens a pericle atheniensium principe qui duobus filiis mirificis intra quatriduum spoliatus illis diebus uultum habitum uestitum et orationem non permutauit ymo consueto modo coronam detulit ut nichil ex uetere dimitteret ritu propter domesticum uulnus et ideo non sine causa tanti roboris animus ad cognomen olimpii iouis descendit. nam dicebatur pericles olimpius ex abundantia uirtutis. Nota quod olim principes et duces solebant ob magnifica facta corona uti. Iste ergo pro omnia facit ut solebat. pericles olimpius cognominatus fuit. iste cognominatus pericles olimpius et credo quia in monte olimpo athlete et fortes uiri conueniebant et ibi uictores famam reportabant. Iste adeo probus et princeps fuit ut nomen sit ei tributum quasi fuisset in monte olimpo uictor.

Xenofon etc. hic fuit de secta philosophi Socratis platonis magistri et proximus immediate a platone dictus uel ut alii dicunt non proximus in tempore sed secundum felicitatem facundie quia philosophie moralis quod attinet ad disciplinam socraticam i. quantum pertinet ad doctrinam Socratis scilicet in philosophia morali. nam Socrates maxime moralis fuit. Iste cum sollempne sacrificium pageret filium nomine Grillum apud Mantineam ciuitatem in prelio occidisse cognouit quo audito sacrificium non omisit sed coronam deponere tantummodo contentus fuit quam coronam postquam percontatus de modo mortis fuit et quia fortissime et ualenter pugnando decerit capiti suo reposuit atque deos quibus sacrificabat testatur se maiorem uoluptatem ex uirtute filii quam ex morte amaritudinem sentire. bene ergo fortis. quod exclamat ualerius dicens alius remouisset hostiam abiecisset altaria et thura lacrimis respersa disiecisset et destruxisset sed corpus Xenophontis pia religione immobile stetit et eius animus in consilio prudentie stabilis mansit et tristius esse ipsa clade que nuntiata erat dolori succumbere esse duxit.

Ne anaxagoras etc. Iste anaxagoras magnus in scientia naturali philosophus fuit de quo in aristotilis libris plura narrantur. hic audita morte filii nuntio respondit nichil inexpectatum aut nouum nuntias quia illum ex me natum sciebam mortalem. has uoces etc. hic autem exclamat dicens uirtus imbuta preceptis has uoces utilissimas mittit quas siquis auribus receperit efficacie non ignorabit ita liberos esse procreandos ut meminerit ex his legem dictam a rerum natura et eodem momento temporis et accipiendi spiritus et reddendi atque ut scilicet neminem solere mori qui non uixerit ita nec uiuere aliquem quidem posse qui non sit moriturus.

Unde te virorum. Liber iste Sextus habet ix capitula, quorum primum est de pudicitia. circa quod primo premittit ingressum. Secundo ponit exempla ibi. Dux romane etc. [illegible] o pudicitia que virorum pariter feminarum precipuum firmamentum [illegible] tuas capias [illegible] tu prisca religione consecratos foculos [illegible] vestis incolis. [illegible] templo [illegible] tu pulvinaribus [illegible] Junonis capitolino [illegible] posite incubas. tu columen et fortitudo et sanitas palatii romanorum [illegible] augustos penates i. deos domus presidentes et [illegible] augusti uxoris genialem thorum i. [illegible] assidua statione celebras qui ligamen coniugale [illegible] servat sincerum [illegible]

[illegible marginal commentary]

Unde te virorum pariter feminarum precipuum firmamentum pudicitia invocem. Tu enim prisca religione consecratos veste focos incolis. tu capitoline Junonis pulvinaribus incubas. tu palatii columen augustos penates sanctissimumque Julie genialem thorum assidua statione celebras. Tuo presidio puerilis etatis insignia munita sunt. tui numinis respectu sincerus iuvente flos permanet. Te custode matronalis stola censetur. ades igitur et cognosce que fieri ipsa voluisti:

Dux romane pudicitie Lucretia cuius virilis animus maligno errore fortune muliebre corpus sortitus est, a Tarquinio regis superbi filio per vim stuprum pati coacta cum gravissimis verbis iniurias suas in consilio necessariorum deplorasset, ferro se quod veste tectum attulerat interemit. causamque tam animoso interitu imperium consulare pro regio permutandi populo romano prebuit. Atque hanc illatam iniuriam non tulit. Virginius plebei generis sed patricii vir spiritus qui probro contaminaretur domus sua proprio sanguini non pepercit. Nam cum Appius Claudius decemvir filie eius virginis stuprum potestatis viribus fretus pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit. pudicique interemptor quam corrupte pater esse maluit.

Nec alio robore animi predictus fuit Pontius Aufidianus eques romanus qui postquam comperit filie virginitatem a pedagogo proditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum servum affecisse suppliciis, etiam ipsam puellam necavit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

Quid quod P. Menius quam severum pudicitie custodem egit? In libertum namque gratum admodum sibi animadvertit quia eum nubilis iam etatis filie sue osculum dedisse cognoverat. Cum preseritim non libidine sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine pene teneris adhuc puelle sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni existimavit. Eique tam tristi exemplo precepit ut non solum virginitatem illibatam sed etiam oscula ad virum sincera perferret.

Quintus vero Fabius Maximus Servilianus honoribus quos splendidissime gesserat censure gravitate consummatis exegit penas a filio dubie castitatis et punito pependit voluntario secessu conspectu patrie carendo.

Dixerim censorium virum nimis atrocem extitisse nisi P. Atilium Philiscum in pueritia corpore questum a domino facere coactum tam severum postea patrem cernerem. Filiam enim suam quia ita stupri se crimine coinquinaverat interemit. Quam sanctam igitur in civitate nostra pudicitiam fuisse exi[illegible]

[illegible] necessitate magna cogente ad eam venirent quibus cum adessent sic locuta fuit. Filius Tarquinii Sextus Tarquinius domum meam heri pro hospite hostis intravit [illegible] in lecto [illegible] tamen corpus violatum animus insons est. Ideo a culpa me absolvo a pena non libero. Sed [illegible] et ne aliqua impudica exemplo Lucretie vivat [illegible] culpam voluerit non negligat [illegible] ex pena et gloria [illegible] que veste occultum habebat [illegible] et sic ipsa manu transfixit et sic mortua subito cecidit. Tunc Brutus et maritus [illegible] [illegible] Tarquinius [illegible] regno expellitur [illegible] Sextus [illegible] [illegible] gladio [illegible] De hac Lucretia dicit Augustinus [illegible] laudi [illegible] [illegible] [illegible] ad Geruntiam [illegible] Lucretia [illegible] castitatis voluit [illegible]

Quid P. Menius [illegible] valde severe pudicitie se custodem ostendit habebat namque libertum valde sibi gratum qui filie sue iam nubilis [illegible] osculum [illegible] [illegible]

Quintus Fabius [illegible] censura splendidissime gesserat Rome [illegible] consumaverat filium suum dubie castitatis [illegible] condempnavit et eo punito [illegible] pependit [illegible]

Dixerim [illegible] ponit exemplum [illegible] censore [illegible] P. Atilius [illegible] in pueritia corpore questum [illegible] facere [illegible]

Nec alio robore [illegible] filie [illegible] necavit ut ne sue filie [illegible] celebraret acerbas exequias duxit;

C. Scatinii tribunus plebis extitit filius claudii marcelli de stupro appellauit quod cum pater eius agnouit de tribuno ad populum diem dixit. i. in presentia populi iudicandum accusauit
... se cogi non posse quia sacrosanctae maiestates habet sit et ob id tribunitium auxilium implorauit sed pro pudicitia, servanda sibi non profuit quia totum collegium tribunorum se pro eo
... quominus tunc melius et est sensus quia rogare nolebant et minus pudicitie quod pageret ideo sequitur. Ita quod Scatinius conuictus uno teste qui testatus erat damnatus est
... iuuenes tentatum in rostra. i. loca curie productum terra uultu defixo perseuerant tacuisse et uerecundo silentio ultionem suam plurimum ualuisse.

stimare debemus inquam et institores libidinis tam seueros eius uindices extitisse. (negociatores)

Sequitur excellentis nominis ac memorabilis facti exemplum. M. claudius marcellus edilis curulis C. Scantinio (al. curulis; al. Scantinio) capitolino tribuno plebis diem ad populum dixit quod filium suum de stupro appellasset. eoque asseuerante se co gi non posse ut adesset, quia sacrosanctam potestatem haberet, et ob id tribunitium auxilium implorante totum colle gium tribunorum negauit se intercedere quominus pudicitie questio pageretur. Citatusque Scantinius reus uno teste qui temptatus erat damnatus est. Constat iuuenem productum in rostra defixo in terram uultu perseuerant tacuisse uerecundoque silentio plurimum in ultionem suam ualuisse.

Metellus quoque celer stuprose mentis acer punitor extitit. Gn. Sergio Silo promissorum matrifamilie nu morum gratia diem ad populum dicendo, eumque hoc uno crimine damnando. non enim factum tunc sed animus in questionem deductus est. plusque uoluisse peccare nocuit quam non peccasse profuit. Contionis illa curie quam uitas.

T. ueturii filii eius ueturii qui in consulatu suo samnitibus ob turpiter ictum fedus deditus fue rat cum propter domesticam ruinam et graue es alienum Cu. plotio nexum se dare adolescentulus ad modum coactus esset, seruilibus ab eo uerberibus quia stuprum pati noluerat affectus querelam ad con sules detulit. a quibus hac de re certior factus senatus plotium in carcerem duci iussit. In qualicumque enim statu positam romano sanguini pudicitiam tutam esse uoluit. et quid mirum si hoc uniuersi hominis prestiterunt consulti (al. C. plotio; al. consulibus)

C. fasceninii triumuiri cornelium fortissime militie stipendia emeritum uirtutisque nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatum qui cum ingenuo adolescentulo stupri commercium habuisset, uinculis onerauit. a quo appellati tribuni cum de stupro nichil negarent, sed sponsionem se facere paratum dicerent, quod adolescens ille palam atque aperte corpore que stum factitasset, intercessionem suam interponere noluerunt. Ita cornelius in carcere mori coactus est.

Non putauerunt enim tribuni plebis rem publicam nostram cum fortibus uiris pacisci oportere ut externis periculis domesticas delicias emerent. ¶ libidinosi centurionis supplicium M. letorii mergi tribuni militaris eque simile fedus exitus sequitur. Cui cominius tribunus plebis diem ad populum dixit quod cornicularium suum stupri causa appellasset. nec sustinuit eius rei conscientiam lectorius sed se ipse ante iudicii tempus fu ga prius subtraxit. deinde etiam ne modum expleuerat fato tamen fuit uniuerse plebis sententia crimine impu dicitie damnatus est. Signa illum militaria sacrate aquile et certissima romani imperii custos seuera castrorum disciplina ad inferos usque persecuta est. quoniam cuius uirtutis magister esse debuerat sancti tatis corruptor temptabat existere. ¶ Hoc mouit C. marium imperatorem tum cum C. lusium so roris sue filium tribunum militum a C. plotio manipulario milite iure cesum pronuntiauit quia eum de stupro compellare ausus fuerat. || Sed ut eos quoque qui in uindicanda pudicitia do lore suo pro publica lege usi sunt strictim percurram. Sempronius musca C. gallium deprehensum in adulterio flagellis cecidit.

C. memmius L. octauium similiter deprehensum pernicie contudit. Carbo hactenus a bibieno. Item pontius a publio cerinio deprehensi castrati sunt.

Gn. etiam furium brocchum qui deprehenderat familie stuprandum obiecit. quibus ire sue indul sisse fraudi non fuit.

[illegible]

Tamen ut domesticis externa. Ponit autor tria exempla externa feminarum valde notabilia. Nam quedam femina greca nomine hyppo cum hostium classe esset excepta ut pudicitiam tueretur in mare se abiecit. Cuius corpus Euboico littori appulsum est sepulture mandatum, humus proxima undis ad hoc tempus tumulo contexit. Sed sanctitatis memorie eterne traditam grecia laudibus suis quotidie celebrando extollit florentiorem. Sed tamen vehementius est quod sequens sed illud est considerate pudicitie. Vehementius est. Hec littera plana et clara est. sufficiat enim solum nomina exponere. Gallogreca ut dicit ysidorus [illegible] gallis [illegible] in auxilium a rege bithinie [illegible] victoria duxerunt. tandem grecis admixti gallogreci nuncupati. Hi postea fuerunt a Cn. Manlio consule ex parte deleti et ex parte capti in olimpo monte qui erat [illegible] nimium precelsus ita ut nubes sub eo videantur et dicitur olimpus quasi olon lampos vel ab olimpo i. quasi celum. reguli seu [illegible] parvi regis seu est nomen proprium.

Theuthonicorum. Ponit tertium exemplum. Nam cum Marius germanos i. theuthonicos vicisset in bello [illegible] eorum coniuges ipsi Marii victori orant ut ab eo vestalibus virginibus dono mitterent affirmantes eque i. equaliter se atque illas virili concubitu expertes futuras. eaque re non impetrata prima nocte sibi spiritum i. vitam laqueis eripuere. [illegible]

Tamen ut a domesticis externa subnectam. Greca femina nomine hyppo cum hostium classe esset excepta in mare se ut pudicitiam tueretur abiecit. Cuius corpus Euboico littori appulsum proxima undis humus sepulture mandatum ad hoc tempus tumulo contegit. Sanctitatis vero gloriam eterne traditam memorie grecia laudibus suis celebrando quotidie florentiorem reddit.

Vehementius hoc illud consideratum exemplum pudicitie. exercitu et copiis gallogrecorum a Cn. Manlio consule in olimpo monte ex parte deleto ex parte capto, orgiagontis reguli uxor mire pulcritudinis a Centurione cui custodienda tradita erat stuprum pati coacta, postquam ventum est in eum locum in quem Centurio missis nuntiis necessarios mulieris pretium quo eam redimerent afferre iusserat, aurum expendente Centurione et in eius pondus animo et oculis intento gallogrecis lingua gentis sue imperavit ut eum occiderent. Interfecti deinde caput abscisum manibus retinens ad coniugem venit abiectoque ante pedes eius iniurie et ultionis sue ordinem exposuit. Huius femine quid aliud quisquam quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nam neque animus vinci nec pudicitia capi potuit. Theuthonicorum vero coniuges Marium victorem orarunt ut ab eo virginibus vestalibus dono mitterentur affirmantes eque se atque illas virili concubitu expertes futuras. Eaque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Dii melius quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam si mulierum suarum virtutem imitari voluissent, incerta theuthonice victorie trophea reddidissent.

Libertatem autem vehementis spiritus dictis pariter et factis testatam ut non invitaverim ita ultro venientem non excluserim. Que inter virtutem vitiumque posita si salubri modo se temperavit laudem, si quo non debuit profudit reprehensionem meretur. Ac vulgi sic auribus gratior quam sapientissimi cuiusque animo probabilior est, utpote frequentius aliena venia quam sua providentia tuta. Sed quia humane vite partes exequi propositum est nostra fide propria extimatione referatur.

Priverno capto interfectisque qui id oppidum incitaverant, senatus indignatione accensus consilium agitabat quidnam sibi de reliquis privernatibus esset faciendum. Ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabat eodem tempore et victoribus et iratis subiecta. Ceterum cum auxilium unicum in precibus restare animadverterent, ingenui et italici sanguinis oblivisci non potuerunt. Princeps enim eorum in curia interrogatus quam penam mererentur, respondit quam merentur qui se dignos laude iudicarent. Arma sumpserat exasperatosque patrum conscriptorum animos verbis inflammaverat. Sed Plautius consul favens privernatium cause ingressum animoso eius dicto obtulit quesivitque qualem cum eis Romani pacem habituri essent impunitate donata. At is constantissimo vultu si bonam dederitis inquit perpetuam

Priverno etc. Hic incipit exemplum ponere [illegible] de privernatibus quorum hystoriam Titus Livius [illegible] ab urbe condita ponit. Cum enim [illegible] a Romanis ex parte interfecti eorum [illegible] oppidum esset occupatum senatus indignatione accensus ita inquit de reliquis privernatibus faciendum esse consilium et agitabat ancipiti i. dubio casu salus eorum fluctuabat utpote eodem tempore victoribus et iratis subiecti nullumque pro ipsis remedium sed eorum unicum in precibus restabat auxilium. Italici tamen et ingenui sanguinis oblivisci non potuerunt. Quivis enim caput eorum nobilitatis sue oblivisci noluerunt sine timore loquentes. Princeps igitur eorum interrogatus in curia quam penam mererentur libere sine timore respondit illam quam mererentur illi qui se dignos libertate iudicant. Qua responsione patrum conscriptorum quoniam arma sumpserant exasperatos verbis inflammaverat. Sed [illegible] Romanorum consul favens privernatium cause animoso principis dicto ingressum obtulit et quesivit qualem cum eis Romani impunitate donata pacem haberent. Qui constantissime inquit si bonam dederitis perpetuam si malam non diuturnam. Qua voce sic libera permotus est ita ut auctus privernatibus non solum venia [illegible] cum eis civitatis daretur. Facti enim fuerunt cives Romani. Sic ergo in senatu loquens privernas a priverno civitate campanie dicta missus est.

prosequit' dud ex° dicens. l. consul aduersus eūdē ordinē i. senatū de quo dictū est sup' primū libertatē exercere nō dubitauit. nā segnitiā i. pigritiā p rostris i. loco
alio senatu sibi op' esse dixit & tantū a penitentia dicti abfuit. yronia est. i. nō penituit eū sic dixisse ut et l. crasso sūme dignitatis uiro atq; eloquentie id. s. dictū
grauiter ferenti manū inijci iuberet sz ille l. crassus reiecto lictore qui ipm capere uolebat. nō enī inquit mi philippe consul qz nec ego senator sum pulcra
senator sum ergo nec sum reprehensibilis / te consule. lictor dicit' ille qui ex officio portat gladium. exclamat autor dicens. quid supple plā dicim' populus
reliquit tutā libertas ymo et simulē aggressa & eque excepta patientia qz nō solū libere loqui & sine formidine utile est in aggrediendo & arguendo sed et

si mala; nō diuturna. Cuius uoce pfectū est ut uictis nō solū ueīa s; & ius & bnficiū; nec ciuitatis daret. Sic in senatu loqui priuicenis aus' est;

L. u° philipp' consul aduersus eundē ordinē libertatē exercere nō dubitauit. nā segnitiā pro rostris exprobans alio sibi senatu op' ēē dixit. tantūq; a penitentia dcī abfuit ut et l. crasso sūme dignitatis atq; eloquentie uiro id in curia grauiter ferenti manū inijci iuberet. Ille reiecto lictore nō es inquit mi philippe consul. qz nec ego quidē senator sum. Cuius ipsi ab incursu suo libertas tutā reliquit ymo & simulē aggressa & eq̄ patientia est;

Gn. carbo tr. pl. sepulte grachiane seditionis turbulentissimus uindex idēmq; orientium aulium malorū fax ardentissima. p. affricanū a numantie ruinis sūmo cū glie fulgore uenientē ab ipsa pene porta in rostra pductū. Cuius de ty. gracchi morte cui sororē ī matrimonio hēbat sentiret interrogauit ut auctoritate clarissimi uiri inchoato iam incendio incrementū adijceret. qz n̄ dubitabat quin pp tam arctam affinitatē aliquid p memoria interfecti necessarij miserabiliter ēēt locutur'. at is iure ei cesum uideri respondit. Cui dictioni cum contio tribunicio furore instincta uiolenter succlamasset. taceat inquit quibus ytalia nouerca est. Orto deinde murmure nō efficietis ait ut solutos uerear quos alligatos adduxi. uniuersus populus iterum contumeliose correptus erat. quantus est honos uirtutis? tacuit. recens ipsi uictoria numantina et patris Macedonica deuicte q kartaginis hita spolia ac duorum regum Siphacis & persis ante triumphales currus catene ciuitatis tot' ūē fora clauserunt. nec timori datum est silentium. sz qz bnficio emilie cornelieq; gentis multa metu urbs atq; italie finium erant plebs romana libertati Sapionis libera nō fuit. Quapropter minus mirari debem' q amplissima Gn. pompeij auctoritas totiens cū libertate luctata est nec sine magna laude: quoniam omnis generis hominum licentia ludibrio ēēt quieta fronte tulit.

Gn. piso cum Manlium crispum reum ageret eumq; euidenter nocentem gratia pompeij eripi uideret. iuuenili impetu ac studio accusationis prouectus multa & grauia crimina potenti defensori obiecit. Interrogatus deinde ab eo cur se quoque non accusaret. Da inquit prēdes rei. p. te si postulatus fueris ciuile bellum nō excitaturum. et de tuo prius q de Manlij capite in consilium iudicium mittam. Ita eodem iudicio duos sustinuit reos. accusatione manlium libertate pompeium. Et eorum alterum lege peregit. alterum professione qua solum poterat;

Quid ergo libertas sine Catone? nō magis q Cato sine libertate. Nam cum in senatorem nocentem et infamem reum iudex sedisset. tabelleq; Gn. pompeij laudationem eius continentes prolate essent. procul dubio efficaces futuras. prima summouit e consilio legem recitando. qua cautum erat ne senatoribus tali auxilio uti liceret. Huic facto persona admirationem ademit. Nam que in alio audacia uideretur. in Catone fiducia cognoscitur:

te uniuersi plēs ab uno s. carbone intantū correpti erat. bene contumeliose qz inquit & contumeliosum erat q uno ho sederet p iudicia
tiberij plm seduceret. hoc tam nō obstante patuit. geruit honos i. honor uictoris qz tacuit ipī Sapionis uictoria numantina / & tacere fecit
uniuersum plm & Carbone tribunū qui iste sit uerbi intellect' patet ex hys que sequūt & patris s. pauli emilij qui fuit h' Sapionis pat
macedonica supple uictoria & spolia hita deuicte kartaginis. hic quantū ad hunc Sapionē ac duorū regum vz Syphacis & persis ante triumphales
currus catene q° ad paulū [illegible] duos reges. Siphacē vz regē numidie & persē regem Macedonum ligatos catenis ante triumpha
les [illegible] addux[it] ita gra patris & fily beneficia [illegible] fora tunc clauserunt nec hoc silentiū datū est timori ymo reuerentie & amori qz
bnficiū emilie quo ad paulū cornelie q gentis quo ad Sapionē multa metu urbis atq; toti' ytalie finita erat / nec uidebat' Scipio eis necessari'
plebs romana libertati Sapionis libera nō fuit. hoc aūt ideo dicit [illegible] qz ex hac libertate Sapionis & qz [illegible] se tenuit a Graccho interfectus est
nec sue mortis punitorē reperit ut sup' l. [illegible] dictū est. qz tali uiri beneficio plebs romana nō fuit libera [illegible]
[illegible] ideo [illegible] sibi asseruit pompeium dicens quapropter
[illegible] pompei' [illegible] ut efficaces futuras [illegible] legē qua cautū
senatoribus tali auxilio uti liceret recitando. nā dicebat lex romana [illegible] nobilium senatorem [illegible] liceret [illegible] defende[re] [illegible] persona admirationē ademit
[illegible] uno s. catone audacia q pompeium uideret' / in catone fiducia cognoscat'. nō e cato [illegible] audacie sic popeio obuiare sz fiducie libertatis;

Gn. carbo etc. hic prosequit' nobilitatē Sapionis sz qz hic. l. a nonullis reputat' difficilis ideo ipm in tres ptes diuidim'. s. ibi Cui dicto. tercia ibi Orto deinde. primam ptem ita lege. Gn. carbo Gracchane seditionis uindex nuper sepulte de quo p li°. dictū est in serijs dictū est. idem qz malorū cuiuslibet orientiū fax ardentissima. fuit enī iste Carbo facula ardens ad bella ciuilia. hic p. Sapionē affricanū posteriorē a ruinis numantie ciuitatis hyspanie cū sūmo fulgore glorie uenientem pene ab ipsa porta ī rostra i. curia pductus qz post paucos dies sue reuersionis fuit citatus quid de tiberij graccchi morte cuius sororē Scapio ī matrimonio hēbat sentiret interrogauit ut auctoritate amplissimi uiri incendio iam inchoato incrementū multū adijceret qz nō dubitabat quin pp tam arctam affinitatē aliquid p memoria interfecti necessarij i. consanguinei & proximi miserabiliter ēēt locutur' at is s. Sapio iure eum cesum et mortuum uideri respondit. Cui dicto etc. hanc ptem ita lege. cū dicto Sapionis cū contio i. pars tribunicia i. multitudo ante tribunū existens furore instincta uiolenter succlamasset more nāq; furiosi clamauerunt Sapionē male locutū fuisse & eū debere tacere sz sic is Sapio dixit taceat inquit quibus ytalia nouerca est. hanc responsionē opz intelligere sm uocabuli conditionē. Nouerca enī deriuat' a nouo & inde nouerca quasi noua capiens & tunc est sensus / ego nō taceo sz taceat illi quibus ytalia nouerca est i. noua est. ego uo oriundus sm sanguinē romano natus tacere nō debeo [illegible] nouerca .i. nouercalis pater & mater mariti filios arcens & tunc est sensus qui pro tacerant illi quibus ytalia nouerca dixi [illegible] affectu [illegible] amore matris sic ytalia mater erat ouium de ytalia sz aliorū erat nouerca [illegible] sic uere nō debeat [illegible] sz qui nō sz fily ergo taceat quibus ytalia nouerca. Orto deinde etc. hanc ptem [illegible] ad responsionē Sapionis orta fuit murmuratio tribunicia seq[uen]te nō ponit qz ex littera datur. nā murmuratio qui debat Sapionē sic audientē tribuno respondere & mortē Tiberij Gracchi laudare. murmure tamen orto Sapio dixit. nō efficietis ut quos alligatos adduxi pre pu. ē salute pugnando solutos uerear. nō hic Sapio similitudinarie loquit' Sapio sz bene debet intelligi & hoc sic atten[dendum] [illegible] merito nāq; a Sapione p tribuno peteba[t] nisi ut consentiret iudicio tiberij qui pro facere nō uidebat asserens iure uiri cesū & qz sz consensisse pbat ordo senat' rei pu' q° sta & ideo dicit eos quos contra rem pu' [illegible] ligatos adduxi solutos uereri nō debeo / hac tamen persuasione Sapionis nō obstante

[commentary, top] Si remissum dixisset senex libera voce sine timore patet non mentiris inquit Pompei venio enim ab inferis ... quo ex tres narrantur scilicet Lentulus Marcellinus Pompeius et Favonius. hic quod Lentulus consul ... potentia Pompei consulatu bene exercere non poterat ... in contione de Pompei nimia potentia querebatur et lamentabat. Cum clara voce universus populus erat assensus ... clamavit in contione acclamate ... impune facere non licet ... non in contione licet sine pena clamare et tunc pulsata est sed non fracta eximii civis potentia hinc est ... ex invidia movebatur. hinc ... ex alia parte lamentatione miserabili quia lamentabat se esse miseros ... in contione ipse Pompeius ... dixit Favonius non refert in qua corporis parte sit diadema cavillatione exigui panni ... fasciam regias vires exprobrans ... in contione portat sed is scilicet Pompeius in neutram partem vultu mutato utrumque vitavit scilicet Lentulus et Favonius ne aut hilari fronte potentiam agnosceret ...

Cn. Lentulus Marcellinus consul cum in contione de magni Pompeii nimia potentia quereretur assensusque ei clara voce universus populus esset, acclamate inquit acclamate Quirites dum licet: iam enim vobis impune facere non licet. Pulsata tunc eximii civis potentia, hinc invidiosa querela, hinc lamentatione miserabili. Cui candida fascia crus alligatum habenti Favonius non refert inquit qua in parte sit corporis diadema, exigui panni cavillatione regias ei vires exprobrans. At is in neutram partem mutato vultu utrumque cavit, ne aut hilari fronte libenter agnoscere potentiam aut tristi iram profiteri videretur. Eaque patientia inferioris etiam generis et fortune hominibus aditum adversus se dedit, de quorum turba duos rettulisse abunde erit.

Helvius Mancia Formianus libertini filius ultime senectutis L. Libonem apud censores accusabat. In quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei etatemque exprobrans ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset, non mentiris inquit Pompei. Venio enim ab inferis, in L. Libonem accusator venio. Sed dum illic moror vidi cruentum Cn. Domitium Enobardum deflentem quod summo genere natus, integerrime vite, amantissimus patrie, in ipso iuventutis flore tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum querentem id sibi prius perfidia deinde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritie tue bonorum quod patris tui defensorem in tertio consulatu catenis quas tu ei inici iusseras vinctum, obtestantem se adversus omne fas et nefas cum in summo esset imperio a te equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu et quiritatu pretorium virum Perpennam sevitiam tuam execrantem, omnesque eos una voce indignantes quod indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent. Obducta iam vetustis cicatricibus bellorum civilium vastissima municipali homini servitutem paternam redolenti, effrenate temeritatis intolerabilibus spiritibus impune revocare licuit. Itaque eo tempore et fortissimum erat Cn. Pompeio maledicere et tutissimum. Sed non patitur nos hoc longiore querela prosequi quod insequitur aliquanto sordis humilior.

Diphilus tragedus cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset in quo hec sententia continetur miseria nostra magnus est, directis in Pompeium Magnum manibus pronuntiavit. Revocatusque est aliquotiens a populo sine ulla cunctatione nimie illum et intolerabilis potentie reum gestu perseveranti egit. Eadem petulantia usus est etiam in ea quoque parte virtutem veniet tempus cum graviter gemas.

M. Castricius libertate inflammati animi qui cum Placentie magistratum gereret Cn. Carbone consule iubente decretum fieri quo sibi obsides a Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperavit nec maximis viribus cessit. Atque etiam dicente multos se gladios habere respondit, et ego annos. Obstupuerunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonisque ira quia materiam seviendi perquam exiguam habebat paululum vite tempus ablatura in se ipsa collapsa est.

M. et Castricius etc. hic Castricius Placentie magistratum tenebat et Cn. Carbo consulatum in Liguria existens nomine Romanorum regebat. ad hoc quod ne Placentia rebellaret

[I]am Servij Galbe temeritatis plena postulatio, qui divum Iulium consumatis victorijs in foro dicentem in hunc modum interpellare sustinuit: "C. Iuli Cesar, pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor. quid agam? dependam?" palam atque aperte ei bonorum Pompeij venditionem exprobrando ut a tribunali summoveretur meruerat. sed ipsa illa mansuetudine pectus mitius aes alienum Pompeio ex suo fisco solvi iussit.

Age Pascelli vir iuris civilis scientia clarus quam periculose contumax! Nullius enim aut gratia aut auctoritate compelli potuit ut de aliqua earum rerum quas triumviri dederant formulam componeret, hoc animi iudicio victoriarum eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens.

Idem cum multa de temporibus liberius loqueretur, amicique ne id faceret monerent, duas res que hominibus amarissime viderentur magnam sibi licentiam prestare respondit, senectutem et orbitatem.

Inhibit se tantis viris mulier alienigenem sanguinis, que a Philippo rege temulento immerens damnata "provocarem ad Philippum" inquit "si sobrium". excussit crapulam oscitanti ac presentis animi ebrium resipiscere causa quam diligentius inspecta iustiorem sententiam ferre coegit. igitur equitatem quam impetrare non poterat extorsit, potius presidium a libertate quam ab innocentia mutuatum.

Illa non solum fortis sed etiam urbana libertas. Senectutis ultime mulier, quam Siracusis omnibus Dionisij tiranni exitium propter nimiam morum acerbitatem et intolerabilia onera votis expetentibus sola quotidie matutino tempore deos ut incolumis ac sibi superstes esset orabat. Quod ubi is cognovit, non debitam sibi admiratus benivolentiam arcessit eam, et quid ita hoc aut quo merito suo faciat interrogavit. Tum illa "certa est" inquit "ratio propositi mei. puella enim cum gravem tirannum haberemus carere eo cupiebam. quo interfecto aliquanto tetrior arcem occupavit. eius quoque finiri dominationem magni estimabam. tertium te superioribus importuniorem habere cepimus rectorem. Itaque ne si tu fueris absumptus deterior in locum tuum succedat, caput meum pro salute tua devoveo." tam facetam audaciam punire erubuit.

Inter has et Theodori Cireneici animosi spiritus coniugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile. Is enim Lisimacho regi mortem sibi minitanti "enim vero" inquit "magnifica res tibi contigit, quia cantaridis vim assecutus es." cumque hoc dicto accensus cruci eum suffigi iussisset, "terribilis" ait "hec sit purpuratis tuis. mea quidem nichil interest humi an sublime putrescam."

Armet se duritia pectus necesse est dum horride ac triste severitatis acta narrantur, ut omni mitiore cogitatione seposita rebus auditu asperis vacet. ita enim districte et inexorabiles vindicte et varia penarum genera in medium procedent, utilia quidem legum munimenta sed minime in placido et quieto paginarum numero reponenda.

M. Mallius unde Gallos depulerat inde ipse precipitatus est, quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. Cuius iuste ultionis nimirum hec prefatio fuit: "Mallius eras mihi cum precipites agebas Senones; postquam imitari cepisti unus factus es ex Senonibus." huius supplicio eterne memorie

(Right margin:) Age Pascelli etc. hic vir civilis scientia clarus contumax periculose fuit, nam neque gratia neque auctoritate aliqua compelli potuit ut formulam legis de aliqua earum rerum quas triumviri dederant componeret. ymo hoc iudicio [illegible] beneficia victoriarum eorum extra omnem ordinem legum ponens.

(Right margin:) Inhibit se etc. ponit exempla de tertia [illegible] in prima est de illa muliere que a Philippo rege temulento [illegible] damnata appellavit a Philippo temulento ad Philippum sobrium [illegible] [illegible] Valerius loquitur [illegible] crapula qui [illegible] igitur [illegible] iustiorem sententiam [illegible] coegit [illegible] equitatem [illegible] impetrare non potuerat [illegible] a libertate quam ab innocentia quam [illegible] fuit mutuatum.

(Right margin:) Inter has etc. tangit ultimum Theodori Cirenei [illegible] inter has [illegible] exemplis [illegible] virtute par [illegible] felicitate [illegible] Lisimacho rege [illegible] magnifica res tibi contigit quia [illegible] cantaridis [illegible] hec [illegible] terribilis sit purpuratis tuis [illegible] mea nichil interest an humi [illegible] terre [illegible] sublime [illegible]. Advertit enim antiquitus [illegible] veritate dicendo mortem [illegible] veritate tacita vivere. In quo finitur capitulum de libertate quod ad fortitudinis virtutem reducatur.

(Bottom margin:) Mallius fuit ille primus qui recuperavit et infirmavit capitolium dum Galli dicti Senones obsederant illud et [illegible] defendit libertatem romanam. postea aspirans capere [illegible] dominium civitatis et opprimere libertatem quam fortiter defendebat precipitatus est e capitolio.

Armet etc. In isto capitulo agit auctor de severitate. [illegible] Augustinus in libro de verbis domini [illegible] severitas [illegible] crudelis est [illegible] debito supplicio iniurias cohibens. In determinando autem de severitate [illegible] premittit prologum [illegible] pectus legentis [illegible] armet duritia dum acta vel gesta horride ac tristis severitatis narrantur. ad hoc quidem [illegible] ut omni mitiori cogitatione seposita vel [illegible] posita rebus auditu asperis vacet [illegible] ita enim districte [illegible] et crudelis et inexorabilis vindicte et genera varia penarum in medium recitationis procedent [illegible] utilia quidem legum munimenta sed minime in placido et quieto paginarum numero reponenda quia horrenda [illegible] et non delectabilia.

[illegible] In ista parte ponit exempla de quibus [illegible] romana [illegible] aliena [illegible] Circa [illegible] adducens incipit in hoc [illegible] a Mallio [illegible] historia [illegible] prosequitur [illegible]. hic namque de arce capitolij strenue Gallos depulit [illegible] victoria in tanta audacia venit ut arce [illegible] tenere vellet [illegible] unde Gallos depulerat inde [illegible] capitolij arce precipitatus est quia libertatem romanam fortiter ab ipso defensam nefarie opprimere conatus fuerat [illegible] ita [illegible] fuit. Mallius eras mihi cum Senones [illegible] Gallos precipites agebas [illegible] capitolio pellebas sed postquam imitari cepisti [illegible] Mallius unus factus es ex Senonibus [illegible]

Par indignatio etc. Iste Spurius ex quadam suspicione qua creditum fuit ipsum dominari velle fuit turpiter occisus in hunc modum. par i. equalis adversus Spurium Cassium indignatio civitatis que co[ntra] illum erupit cum Spurio plus suspitio concupite dominationis nocuit quam tres magnifici consulatus ac speciosissimi triumphi efficere fuit etc. ... magnifice consul et bis triumphum habuerat quod sibi ...

nota iusta est quod illum enim leges sacre placuit neque patricii in arce aut capitolio habitaret. quod domum colere habuerat ubi nunc edes monete videmus;

Par indignatio civitatis adversus Spurium Cassium erupit cum plus suspitio concupite dominationis nocuit quam tres magnifici consulatus ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus populusque romanus non contentus capitali supplicio afficere interempto domum superiecit ut penatium quoque strage puniretur. In solo autem edem telluris fecit. Itaque prius domicilium potentis viri fuerat nunc religiose severitatis monumentum est; Eadem ausum Spurium Melium consimili exitu patria multavit. area vero domus eius quo iustitia supplicii notior ad posteros perveniret equimeli appellationem traxit. quantum ergo odii adversus hostes libertatis insitum animis antiqui habuerunt parietum ac tectorum in quibus versati fuerant ruinis testabantur;

Ideo quoque et M. Flacci et L. Saturnini seditiosissimorum civium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt. Ceterum Flacciana area cum diu penatibus vacua mansisset a Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est; Viguit in nostra civitate Tiberii et Gaii Gracchorum summa nobilitas ac spes amplissima. Sed quia statum civitatis conati erant convellere insepulta cadavera iacuerunt. supremusque humane conditionis honos filiis Gracchi et nepotibus Affricani defuit. Quin etiam familiares eorum neque rei publice inimicis amici esse vellent de robore precipitati sunt. Idem sibi licere tamen P. Mucius tribunus plebis quam senatus et populus romanus credidit, qui omnes collegas suos qui duce Spurio Cassio id egerant ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur novem vivos cremavit. nichil profecto hac severitate fidentius unus enim tribunus unam penam novem collegis inferre ausus est. Quam novem tribuni ab uno collega exigere perhorruissent.

Libertatis adeo custos et vindex severitas, sic pro dignitate etiam ac pro disciplina eque gravis. M. etiam Claudium senatus Corsis quorum turpem cum hiis pacem fecerat dedidit. quem ab hostibus non acceptum in publica custodia necari iussit. Semel lesa maiestate imperii quot modis potuerat tantam eius vindicavit. libertatem ademit. spiritum extinxit. corpus contumelia carceris et detestanda Gemoniarum scalarum nota fedavit;

Ne in C. quidem Vettieno sinistre manus digitos ne bello ytalico militaret abscidit severitas senatus cessavit. publicatis enim bonis eius ipsum eternis vinculis puniendum censuit. effecitque ut quem honeste spiritum profundere in acie noluerat turpiter in catenis consumeret;

Id factum imitatus M. Curius consul cum delectum subitum edicere coactus esset et iuniorum nemo respondisset coniectis in sorte omnibus tribubus Pollie que proxima exierat primum nomen urna extractum citari iussit neque eo respondente bona adolescentis haste subiecit. quod ut illi nuntiatum est ad consulis tribunal cucurrit collegiumque tribunorum appellavit. tunc Manius Curius ...

Et que hic quidem senatus animadversionem meruerat. Gn. autem Cornelius Scipio Hispali filius prius quam mereri posset expertus est. Nam cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret decrevit, adiecta causa quod recte facere nesciret. Itaque Cornelius propter actum vite inhonestum sine ullo provinciali ministerio tantum repetundarum lege damnatus est.

huius ystoria difficultatem non patitur hic enim Cornelius Scipio cum ei Hyspania ...

... Marius cum voluit delectum subitum ... respondisset omnibus tribubus coniectis primum nomen tribus Pollie que proxima exierat extractum urna citari iussit ... ab urgeo ... quod ... debebat puniri etc.;

Eque tenax etc. l. domitius eque tenax fuit iste fuit cum Mario curio de quo precessit hystoria nam cum Siciliam ipse populo romano regeret ad extirpanda latrocinia quibus illa prouincia uastabatur nequis telum haberet edixerat. Accidit ergo quidam uenabulo instrumento ferreo quo aper exciperetur quendam aprum occideret eximie magnitudinis qui ad eum allatus fuit qui postquam comperit pastorem qui eum occiderat uenabulo usum fuisse eum cruci affigi fecit et quia hoc uidetur uade dura seueritas ideo auctor super hoc exclamando ut ...

prestat non oportet eo quam rei publice qui patrem nesciret et bona eius ipse uendidisset;

Eque tenax proconsul l. domitius. nam cum Siciliam propretor regeret, dum ad eum eximie magnitudinis aper allatus esset adduci ad se pastorem cuius manu occisus erat iussit. Interrogatumque qui eam bestiam confecisset, postquam comperit usum uenabulo cruci fixit quia ipse ad extirpanda latrocinia quibus prouincia uastabatur nequis telum haberet edixerat. hoc aliquis in fine seueritatis et seuitie ponendum dixerit, disputatione enim utrobique flecti potest. Ceterum ratio publici imperii prestantiorem nimis asperum existimari non patitur. Sic se in uiris puniendis seueritas erexit. Sed nec in feminis quidem suppliciis exercendis segniorem egit. P. Horatius post plurium trium Curiatiorum condicione pugne omnium albanorum uictor, cum ex illa clarissima acie domum repetens sororem suam uirginem Curiatii sponsi sui mortem profusius quam illa etas debebat flentem uidisset, gladio quo prius rem bene gesserat interemit. parum pudicas ratus lacrimas quibus tam propero amori dabantur. quem hoc nomine reum apud populum actum pater defendit. Ita paulo propensior animus puelle ad memoriam futuri uiri et reum ferocem uindicem et uindicem tam rigidum assertorem parem habuit;

Consilii seueritate senatus postea usus Spurio Postumio Albino. Q. Martio Philippo consulibus mandauit ut de hiis que sacris bachanalium incesto usi fuerant inquirerent. a quibus cum multe essent damnate in omnes cognatas intra domos animaduerterent. lateque patens obprobrii deformitas seueritate supplicii emendata est. quia quantum ruboris ciuitati nostre mulieres turpiter se gerendo incusserant tantum laudis grauiter punite attulerant;

Publicia autem que Postumium Albinum consulem, item Licinia que Claudium Asellum uiros suos ueneno necauerant, propinquorum decreto strangulate sunt. Non enim putauerunt seuerissimi uiri in tam euidenti scelere longum publice questionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium mature uindices extiterunt; Magno scelere horum seueritas ad exigendam uindictam excitata est. Et gnatius uir Metelli longe minore de causa qui uxorem quia uinum bibisset fusti percussam interemit. Idque factum non accusatorem tantum sed reprehensorem etiam caruit. Unoquoque existimante optimo illam exemplo uiolate sobrietati penas pependisse. Et sane quecumque femina uini usum immoderate appetit, et uirtutibus ianuam claudit et delictis aperit;

Horridum quoque C. Sulpicii Galli maritale supercilium. nam uxorem dimisit quod eam capite aperto foris uersatam cognouerat. abscisa sententia sed tamen aliqua ratione munita. lex enim inquit tibi meos tantum prefinit oculos quibus formam tuam approbes. his decoris instrumenta compara. his esto speciosa. horum te certiori crede notitie. ulterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione et crimine herere necesse est; Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando

nec aliter Q. Antistius Vetus uxorem suam repudiauit quia illam in publico loco manifesto cum quadam libertina filia libertini uulgari mercatrice secreto loquentem uidit

Horridum etc. Ob hoc quod non oportet maritis absentibus uxores ornari non debent quia non solum dimissi sunt ... De ornamentis mulierum ...

Consilii seueritate etc. bachanalium ... notandum breuiter ut ad propositum fuerit ... femine romane ... sacrificia ... incestus ...

Publicia. De consilii beneficio ...

Iungend[us]

Iste p. Sempni[us] soph[us] istis precedentib[us] meri[tis] iungend[us] est qui iuge[m] sua[m] repudy nota afficeat nich[il] aliud p[ro]p[ter] ea[m] habens nisi ea[m] ludos ausa[m] se ignorante sp[ec]ta[re]. q[uo]d dic[it] sic olim feminis occurreretur mens ear[um] a delictis aberat. na[m] cito feminis occurrendum e[st] [et] sp[eci]e malu[m] p[re]sumit[ur] in genere conuersationis humane q[ua]n[do] inuito marito aliquid opant[ur] io mens ear[um] a delictis q[uia] eas sic antiqui costringendo puniebant absens erat [et] hoc de exe[m]plis romanis sufficiat;

lacedemony. hic ut dicebat[ur] p[ro]positu[m] exequit[ur] [et] p[er]mittit lacedemoniorum ex[emplu]m. di[cit]. lacedemony [et]c. hic archi[lochus] poeta fuit [et] hic aliq[ui] dicit ia[m]bicu[m] pede[m] inuenit;

In ista parte ut dictu[m] fuit circa p[ri]ncipiu[m] capituli agit val[erius] de extremis exempla seueritatis po[n]ens [et] p[ri]mo co[n]tinuat p[ro]positu[m]. s[ecund]o exequit[ur] ip[su]m ibi lacedemony. s[ecund]a p[ar]s. ceteru[m] i. s[ed] [et] si exemplis seueritatis totus t[er]rarum orbis instrui p[otes]t [et]c.

hic archiloc[us] poeta q[ua]n[do] quida[m] futur[us] sibi socer noluerit sibi p[ro]missa[m] filia[m] i[n] co[n]iugiu[m] dare adeo [contra] socer[um] [et] filia[m] mordaces [et] tu[rpe]s uersus fecit [et] co[m]posuit ut pr[i]us se strangulat[ur] filia u[er]o se laq[ue]o suspe[n]de[re] fecerat;

Iam cambises [et]c. Cambises rex p[er]sar[um] fecit excoriari queda[m] iudice[m] suu[m] qui tulerat s[ente]n[t]iam falsa[m] [et] pelle ei[us] fecit coo[per]iri sede[m] in qua stabat ad audie[n]tia[m] [et] filiu[m] ei[us] substituit i[n] locu[m] p[at]ris [et] co[m]pulit illu[m] ad standu[m] i[n] sede illa q[ue] erat coo[per]ta cute p[at]ris [et] caue[re]t a s[ente]n[t]ia falsa.

Cambises rex barbaror[um] fecit q[uo]n-dam iudice[m] qui falsa[m] tulerat s[ente]n[t]iam decoriari ut nullus u[er]o iudex de cetero p[re]sumeret se corrumpere;

Ciuitate n[ost]ra [et]c. In p[ar]te ista val[erius] adducit p[ri]mu[m] exe[m]plum dicto[rum] aut facto[rum] q[uo]rum sententia tal[is] est. post [con]flictu[m] cannensem adeo erat i[n]firmata uires rei pu[blic]e q[uo]d se[n]atores deliberabant elige[re] p[ri]ncipes latinor[um] i[n] senatores. Quidam [autem] su[per]i[us] fuit p[ri]nceps campanor[um] adeo temerari[us] q[uo]d petiuit alteru[m] ex duob[us] [con]sulib[us] eligi de capua. [con]t[ra] Mallius torquat[us] surrexit i[n] se-natu et nutrauit [et] nutrauit se i[n]fecturu[m] qui facerent uerbu[m] [et] tractaret ap[u]l[ia] de tali ma-teria;

p[ri]ncipes latinos romani ne desererentur ab armis latinis [et] socijs qui uenerat i[n] subsidiu[m] romanor[um] p[ro]posuerant eos facere p[ar]ticipes de offitijs romano[rum]

par illi [et]c.

uxores [quia] illas in publico cu[m] q[ui]da[m] uulgari libertina loqui uideat. na[m] ut ita dica[m] incunabulis [et] nutrimentis culpe acriorem delicto prebuit ultione[m] ut p[ot]i[us] caueret iniuria[m] q[ua]m uindicaret.

Iungend[us] est hijs p[re]dictis p. sempni[us] soph[us] qui coniugem repudij nota affecit nich[il] aliud q[ua]m se ignorante ludos ausa[m] spectare. q[uo]d du[m] sic omnib[us] feminis occurrit[ur] mens ear[um] a delict[is] aberat;

Ceterum [et] si romane seueritatis exe[m]plis totus t[er]rarum orbis instrui p[otes]t. ta[men] extrema summatim cognosse fastidio no[n] sit. Lacedemony libros archilochi e ciuitate sua exportari iusserunt q[uo]d eor[um] parum uerecunda[m] ac pudica[m] lectione[m] arbitrabant[ur]. no[n] luerent enim ea liberor[um] suor[um] a[n]i[m]os imbui. ne pl[us] morib[us] noceret q[ua]m ingenijs prodesset. Itaque maximum poeta[m] aut certe summo p[ro]ximum q[uia] domum sibi inuisa[m] obscenis maledictis lacerauera[n]t carminum exilio multauerunt;

Athenienses aute[m] Timagora[m] inter offitiu[m] salutationis darium rege[m] more gentis illius adulatu[m] capitali supplicio affecerunt. unius ciuis humilib[us] blanditijs totius urbis decus sub p[er]sica dominatione summissum grauiter ferentes; Iam cambises inusitate seueritatis qui mali cuida[m] iudicis e corpore pelle[m] detractam selle intendi in eaque filium eius iudicaturu[m] considere iussit. Ceterum et rex [et] barbar[us] atroci ac noua pena iudicis neq[ui]s postea corrumpi iudex p[osse]t prouidit;

Grauiter dicta aut facta. c. iiij.

Magnam et bonam laudis parte[m] in claris uiris etiam illa uendicant que aut ab hijs grauiter dicta aut facta memoria urbis etenis comp[re]hendit. Quor[um] ex abundanti copia nec parca nimis nec rursus auida manu [quia] magis desiderio satisfaciat q[ua]m satietate abundet hauriamus;

Ciuitate n[ost]ra cannensi clade p[er]culsa cu[m] admodu[m] tenui filo suspensa res pu[blica] salus et sociorum fide penderet ut eor[um] a[n]i[m]i ad imp[er]iu[m] romanu[m] tuendu[m] constantiores essent. maiori parti senatus principes latinor[um] in ordine[m] suu[m] sublegi placebat. Annius aute[m] campanus etiam consules alteru[m] capue creari debere asseuerabat. sic ce[r]tus [et] eger imp[er]ij ro[mani] sp[iritu]s erat. Tunc Manli[us] torquat[us] fili[us] ei[us] qui latinos apud uesim inclita pugna fuderat q[uo]d po-tuit clara uoce denuntiauit. si quis sociorum inter patres conscriptos s[ente]n[t]iam dicere ausus esset co[n]tinuo eu[m] interempturu[m]. hec unius mine [et] romanor[um] languentib[us] a[n]i[m]is calore[m] pristinu[m] reddiderunt [et] italia[m] aduersus ciuitatis nobis consurgere passe non sunt. Nam [quia] ut patris armis ita uerbis filij fracta cessit;

par illi q[uia]

In parte ista adducit aliud exemplum. Sententia est. Idem Torquatus cum crearetur consul denegabat consulatum quia dicebat se gravatum infirmitate oculorum et ipsis clamantibus ... accipere ... iste dixit rogo vos quod non cogatis me quia ego nescirem sufferre mores vestros nec vos severitatem meam si me gererem in ... ostendit ... gravitatem suam et severitatem ... incostantia ... dixit se non posse ferre huiusmodi mores nec ... severitatem ... si ... privati ... ponderosa vox fuit ... graves fasces et dignitates postmodum consulis extitissent ... maioris gravitatis atque ... audacie;

Par illi Manlii consulis gravitas. cum eum consulatum omni consensu deferret, eumque sibi excusatione adverse valitudinis oculorum recusaret, instantibus cunctis aliam inquit quirites querite ad quem hunc honorem transferatis. nam si privatum me gerere coegeritis, nec ego mores vestros ferre nec vos meum imperium perpeti poteritis. tam ponderosa vox quam graves fasces consul extitissent;

Nihilo segnior Scipionis Emiliani aut in curia aut in contione gravitas qui cum haberet consortem censure Mummium ut nobilem, ita enervis vite pro rostris dixit se ex maiestate rei publice omnia gesturum, si sibi cives vel dedissent collegam vel non dedissent;

Idem cum Servius Sulpitius Galba et Aurelius consules in senatu contenderent uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter patres conscriptos dissensio esset, omnibus quonam eius sententia inclinaret expectantibus, neutrum inquit michi mitti placet quia alter nichil habet, alteri nichil est satis. eque malam licentis imperii magistram iudicans inopiam atque avaritiam. quo dicto ut neuter in provinciam mitteretur obtinuit;

C. vero Popilius a senatu legatus ad Anthiocum missus ut bello se quo Ptolomeum lacessebat abstineret, cum ad eum venisset atque is prompto animo et amicissimo vultu dextram ei porrexisset, invicem illi suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit. quas ut legit Anthiochus, dixit se cum amicis collocuturum. indignatus Popilius quod aliquam moram interposuisset, virga solum quo insistebat denotavit. et prius inquit quam hoc circulo excedas da responsum quod senatui referam. non legatum locutum sed ipsam curiam ante oculos positam credens. continuo rex affirmavit fore ne amplius de se Ptolomeus quereretur. ac tum demum Popilius manum eius quasi socii apprehendit. quam efficax est animi sermonisque abscisa gravitas. eodem momento Syrie regnum terruit, Egipti texit;

Publii vero Rutilii verba prius an facta existimem nescio. nam utrisque eque admirabile inest robur. cum amici cuiusdam iniuste rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset, quid ergo michi inquit opus est amicitia tua si quod rogo non facis, respondit, immo quid michi tua si propter te aliquid inhoneste facturus sum. huic voci consentanea illa opera, quod magis ordinum dissensione quam ulla culpa sua reus factus, nec obsoletam vestem induit, nec insignia senatoris deposuit, nec supplices manus ad genua iudicum tetendit, nec dixit quicquam splendore preteritorum annorum humile. effecitque ut periculum non impedimentum gravitatis eius esset sed experimentum. atque etiam cum ei reditum in patriam Sillana victoria prestaret, in exilio ne quid adversus leges faceret remansit. quapropter Felicitatis cognomen iustius quis in moribus gravissimi viri quam impotentibus armis assignaverit. quod quidem Silla rapuit, Rutilius meruit;

Marcus Brutus suarum prius virtutum quam publice patrie parricida. uno enim facto et illas in profundum precipitavit, et omnem nominis sui memoriam inexpiabili detestatione perfudit. ultimum prelium initurus

gravitatem dicit alterius romani. Sententia. Marco Bruto ... cum ... pararet ... thesalia, aliquibus dicerent quod non esset bellandum, iste ... respondit aut hodie ... victores ... mortuus;

Omnino r(ati)o. In ista pte val. adducit aliud ex(empl)u(m) q(uo)d g(ra)uauit d(ict)i ext(er)ni. C(uius) s(u)mma tal(is) e(st). Brut(us) d(i)c(tu)s in hyspania q(ui) subiugauerat tota(m) lusitania(m) ciuitas erat sibi o(mn)i(n)o rebellis Brut(us) cupiditate auaritie duct(us) faciebat te(m)ptari ciues si uellent pace(m) secu(m) (et) soluerent certa(m) q(uan)titate(m) pecunie. Illi dixer(unt) maiores n(ost)ri reliquer(unt) nob(is) arma ad defensio(n)e(m) ciuitatis (et) no(n) pecunia(m) ad redemptio(n)e(m) libertatis

Socrates r(ati)o. In ista pte val. similit(er) i(n)s(er)it ad ext(er)na. (et) p(ri)mo adducit p(ri)m(um) ex(empl)u(m) in(de) d(ict)u(m). C(uius) s(u)mma tal(is) e(st). Socrates du(m) e(ss)et accusat(us) (et) mu(n)ere quo mulcta(n)d(us) e(ss)et (et) lisias magn(us) orator fecerat sibi oratio(n)e(m) mirabili eloq(ue)ntia i(n)texta(m) qua Socrates posset uti coram p(re)t(ore) (et)c. Socrates legit ista(m) multu(m) e(st) indignat(us) (et) dixit. si ego posse(m) adduci i(n) extrema barbare nat(ion)is ego no(n) uterer oratio(n)e ista (et) si uterer ego uere esse(m) reus mortis;

Quant(us) hic r(ati)o. In ista pte val. adducit aliud ex(empl)u(m) ext(er)n(u)m g(ra)uauit d(ict)u(m). S(u)mma d(ict)i e(st): rex p(er)sa(rum) i(n) b(e)llis debellat(us) ab alexandro magno uide(n)s eu(m) futuru(m) uictore(m) poti(us) p(ro)mittebat sibi filia(m) cu(m) ce(n)tu(m) decies mill(ibus) talentor(um) (et) magna(m) pte(m) regni sui que p(re)tendebatur usq(ue) ad monte(m) tauru(m). Tu(n)c parmenio p(ri)nceps (et) dux alexa(n)dri (et)c. dixit: certe si ego e(ss)e(m) alexa(n)der ego b(e)n(e) acciperem ista uo(ta). Alexa(n)der r(espondit): certe si ego esse(m) parmenio ego accipere(m) q(uo)d tu es ita uti (et) tu faceres;

Atq(ue) hec r(ati)o. Hic val. adducit aliud ex(empl)u(m) ext(er)nu(m) d(ict)i g(ra)uiter. C(uius) s(u)mma tal(is) est. Lacedemonie(n)ses miser(unt) legatos suos ad philippu(m) rege(m) q(uem) i(n)uenerunt qui opp(ri)mebat eos intolerabilib(us) g(ra)uamin(ibus) qui legati dixer(unt) philippo si (con)tinuaret eis faceres p(ro) tota morte nos p(re)ferem(us) ip(s)a(m) morte(m).

Nec pax r(ati)o. In ista pte adducit aliud ex(empl)u(m). S(u)mma: q(ua)ndam lacedemonie(n)sis uir optim(us) o(mn)i(u)m qui cu(m) e(ss)et p(ro)p(ter) repulsa(m) i(n) petit(i)o(n)e dig(nitatis) uisus e(st) letus (et) dixit gra(tias) ue(n)i(re) d(ict)a si p(re)pone(ba)ntur i(n) p(at)ria sua aliqui(s) meliores se;

In ista pte (et) i(n) c(a)p(itulo) tractat d(e) iustitia (et) tot facit ex(empl)a quot sunt c(apitul)a (et) p(ri)mo p(re)mittit exordiu(m) i(n) quo ponit materia(m) dicendi (et) comme(n)dat ip(s)a(m) iustitia(m)

Studiu(m) i(n)geniu(m) (et) malitia hec dicit auctor q(uo)d ta(n)ta e(st) iust(itia) (et) amor iustitie ut nihil p(re)cedendu(m) (et) re(ct)e e(st) uirtutis ea(m) s(er)uante.

Pax honesta q(uo)d i(n) utile ab ho(n)esto non distinguit, i(m)mo o(mn)ia sit p(ro)p(ter) ipsa(m) honesta.

Hec i(n) iustitie p(er) c(apitulo) e(st) s(er)uatio s(er)ua(n)da uniq(ue) honesta (et) h(ab)ere iustitia;

negantib(us) quibusda(m) eu(m) (com)mitti oportere / fide(n)ter inquit in acie(m) desce(n)do. hodie e(nim) aut recte erit aut nich(il) cura(n)do. p(re)sumpserit uidel(icet) neq(ue) uiuere se sine uictoria n(ec) mori sine securitate;

Cum mirio m(ente) subiyat q(uod) aduers(us) d(ecim)o Brutu(m) in hyspania (con)tut(us) datu(m) est / nam cum ei se tota pene lusitania dedisset, ac sola gentis ei(us) urbs Cinnia p(er)tinacit(er) arma retineret / te(m)ptata redemptio(n)e p(ro)pemod(um) uno ore legat(is) Bruti r(espo)n(di)t / ferru(m) sibi a maiorib(us) quo urbe(m) tuere(n)tur no(n) auru(m) quo libertate(m) ab imp(er)atore auaro emerent relictu(m). Meli(us) sine dubio istud n(ost)ri sanguinis ho(m)i(n)es dixisset q(uam) audissent. / S(ed) illos quid(em) na(tur)a in hec (con)tutatis uestigia deduxit;

Socrates at(ur) grece doctrine clarissimu(m) columen cu(m) athenis cau(sam) diceret defensio(n)e(m)q(ue) ei lisias a se (com)posita(m) qua in iudicio uteretur recitasset demissa(m) et supplice(m) i(m)minentiq(ue) p(ro)celle acco(m)modata(m) aufer inquit queso ista(m). Nam ego si adduci posse(m) ut ea(m) in ultima Scithie solitudi(n)e p(er)orare(m) tu(m) me ip(s)e morte multa(n)du(m) conceder(em). Sp(re)uit uita(m) ne careret (con)stantia te maluitq(ue) socrates exting(u)i q(uam) lisyas sup(er)esse;

Qua(n)t(us) hic in sapi(enti)a tant(us) in armis alexander illa(m) uoce(m) nobilit(er) edidit. Dario eni(m) uno iam et altero p(re)lio uirtute(m) ei(us) experto atq(ue) ideo (et) p(ar)te(m) regni tauro ten(us) monte (et) filia(m) in matrimoniu(m) cu(m) decies centu(m) milib(us) talentu(m) pollice(n)te cu(m) p(ar)menion dixisset se si alexander e(ss)et usuru(m) ea conditio(n)e r(espo)n(di)t (et) ego uterer si p(ar)menion esse(m). Uoce(m) duab(us) uictoriis reddente(m) digna(m) q(uam) ei etia(m) sicut euenit tribueret(ur);

Atq(ue) hec quid(em) e(st) a(n)i(m)i magnifica et p(ro)sp(er)itat(is) uo(x). Illa qua(m) legati lacedemonior(um) ap(ud) ei(us) missa(m) fortitudi(ni)s sue conditio(n)e(m) testati s(un)t gl(ori)osior q(uam) optabilior. Intolerabilib(us) eni(m) onerib(us) ciuitate(m) eor(um) implicanti siquid morte g(ra)ui(us) imparare p(er)seueraret morte(m) se p(re)laturos r(espo)nderunt;

Nec parum (con)ue(nien)t(er) spartani cuida(m) dictu(m) siquid(em) nobilitate (et) s(an)c(t)itate p(re)stans (et) i(n) petitio(n)e magistrat(us) uict(us) maxime sibi letitie e(ss)e p(re)dicauit q(uod) aliquos p(at)ria sua se meliores uiros h(ab)eret. quo s(er)mone repulsa(m) honori adeq(ua)uit;

de iustitia ca. v.

Temp(us) est iustitie q(uo)q(ue) s(an)c(t)a penetralia adire in quib(us) s(em)p(er) equi ac p(ro)bi facti respectus religio si ai obs(er)uatio(n)e u(er)sat(ur) (et) ubi studiu(m) uerecundie cupiditas r(ati)o(n)i cedit. nich(il) q(uo)d utile q(uo)d parum ho(n)estu(m) uideri p(otu)erit d(icitu)r. Eius at(ur) p(re)cipuu(m) (et) c(er)tissimu(m) int(er) o(mn)es ge(n)tes n(ost)ra ciuitas exe(m)plu(m) est;

Camillo consule faliscos circumsedente / mag(iste)r ludi p(lu)rimos (et) nobilissimos inde pueros uelut ua(ga)ndi gr(ati)a eductos in castra romanor(um) p(er)dux(it). Quib(us) interceptis no(n) erat dubiu(m) quin falisci deposita bellige(re)randi p(er)tinacia tradituri se n(ost)ro imp(er)atori e(ss)e(n)t. Ea re senat(us) censuit ut pueri uincti mag(ist)r(u)m uirgis cedentes in p(at)ria(m) remitte(re)nt(ur). Qua iustitia a(n)i(m)i eor(um) s(un)t capti quor(um) menia expug(na)ri no(n) poterant. Nam falisci b(e)n(e)ficio magis q(uam) armis uicti portas romanis ap(er)uer(unt);

Eadem ciuitas aliquotiens rebellando s(em)p(er) q(ue) aduersis contusa p(re)lys tandem se Q. lutatio consuli dedere coacta est / aduersu(m) qua(m) seuire cupie(n)s popul(us) roman(us) postq(ua)m a papirio

Hec adducit aliud ex(empl)u(m) (et)c. S(u)mma tal(is) e(st). Alio t(em)p(or)e post d(ict)u(m) ca(su)m multis t(em)p(or)e p(ri)mi belli pun(ici) ... reb(e)llantes reduxerat ... audito ... ciuitas debellaret ... (et) statim placat(us) e(st) ... ;

e manu iubente consule uerba deditionis scripta erant doctus est faliscos non po
testati sed fidei se romanorum commisisse / omnem iram placida mentem deposuit . pari
terque et uiribus odii non sane facile uinci assuetis et uictorie obsequio que promp
tissime licentiam sumministrat ne iustitie sue deesset obstitit ;

Idem cum p. claudius camerinos ductu atque auspitiis suis captos sub hasta
uendidisset et si erarium pecunia fines agris auctos animaduertebat . tamen
quia parum liquida fide id gestum ab imperatore uidebatur maxima cura conqui
sitos redemit . iisque habitandi gratia locum in auentino assignauit et predia
restituit . pecuniam etiam non ad curiam sed ad sacraria hedificanda sacrificia que
facienda tribuit . Iustitieque promptissimo tenore effecit ut exitio suo leta
ri possent quia sic renati erant . Menibus nostris et finitimis regionibus que adhuc
rettuli quod sequitur per totum terrarum orbem manauit ;

Timochares abraciensis fabritio consuli pollicitus est se pirrhum ueneno per
filium suum qui potionibus eius preerat necaturum . Ea res cum ad senatum esset
delata / missis legatis pirrhum monuit / ut aduersus huius generis insidias ca
utius se gereret memor urbem a filio martis conditam armis bella non ue
nenis gerere debere . Thimocharis autem nomen suppressit . utroque modo equi
tatem amplexus quia nec hostem malo exemplo tollere / neque eum qui bene me
reri paratus fuerat / prodere uoluit ;

Summa iustitia in quatuor quoque tribunis plebis eodem tempore conspecta est .
Nam cum l. attratino sub quo duce acies nostra apud ferruginem a uolscis
inclinatam cum ceteris equitibus correxerant diem ad populum . l. hor
tensius collega eorum dixisset pro rostris iurauerunt in squalore se esse
quoad imperator ipsorum reus esset futuros . Non sustinuerunt enim egregii iuue
nes quod armati periculum uulneribus et sanguine suo defenderant eius to
gati ultimum discrimen potestatis insignia retinentis intueri . Qua iu
stitia mota contio / actione hortensium desistere coegit . que etiam iustitia

eo facto quod sequitur exhibuit.

Cum T. gracchus et C. claudius ob nimis severe gestam censuram maiorem
partem civitatis exasperassent, diem his P. popilius tribunus plebis perduellionis ad populum di
xit. preter communem consternationem privata etiam ira accensus quia necessarium eius
rutilium ex publico loco parietem demoliri iusserant. quo in iudicio prime classis
permulte centurie claudium aperte dampnabant, de Gracchi absolutione universe con
sentire videbantur. Qui clara voce iuravit si de collega suo gravius esset iudicatum,
in factis se paribus eandem cum illo penam exilii subiturum. Eaque iustitia tota illa tem
pestas ab utriusque fortunis et capite depulsa est. Claudium enim populus absolvit. Gra [al. Graccho cause M. popilio]
ccho cause dictionem M. popilius remisit.

Magnam laudem et illud collegium tribunorum tulit. quod cum unus ex eo L. cotta fiducia
sacrosancte potestatis creditoribus suis satisfacere nollet decrevit si neque solveret pecu
niam neque daret cum quo sponsio fieret se appellantibus eum creditoribus auxilio
futurum. Iniquum ratus maiestatem publicam private perfidie obtentui
esse. Itaque cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem tribunitia iustitia
extraxit.

Cuius ut ad alium eque illustrem actum transgrediar. Cn. domitius
tribunus plebis M. scaurum principem civitatis in iudicium populi devocavit ut si
fortuna aspirasset, ruinam, si minus, certe ipsa obtrectatione amplissimi vi
ri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius opprimendi cum summo studio fla
graret, servus Scauri noctu ad eum pervenit instructurum se eius accusationem
multis et gravibus domini criminibus promittens. Erat in eodem pectore do
mitius et inimicus et dominus diversa extimatione nefarium inditium
perpendens. iustitia vicit odium. Continuo enim et servi auribus obseratis et
indicis ore clauso duci eum ad scaurum iussit. accusatorem et reo suo
ne dicam diligendum certe laudandum. quem populus tum propter alias
virtutes tum hoc nomine libentius et consulem et censorem et pontificem
maximum fecit.

Nec aliter L. Crassus in eodem iusticie experimento gessit. Cn. Carbonis nomen infesto animo ut proprie inimicissimi sibi detulerat. Sed tamen scrinium eius a servo allatum ad se complura continens, quibus facile opprimi posset, ut erat signatum cum servo cathenato ad eum remisit. Quo pacto igitur inter amicos viguisse tunc iusticiam credimus, cum inter accusatores quoque et reos tantum virium obtinuisse videamus?

Iam L. Silla non se tam incolumem quam Sulpitium Rufum perditum voluit, tribunitio furore eius sine ullo fine vexatus. Ceterum cum eum proscriptum et in villa latentem a servo proditum comperisset, manumissum patricidam, ut fides edicti sui extaret, precipitari protinus saxo Tarpeio cum illo pileo scelere parto iussit, victor alioquin insolens, hoc imperio iustissimus.

(pileo libertatis in capite posito)

Verum ne alienigene iusticie obliti videamur: Pictacus Mytilenensis tantum aut meritis tantum cives debuerit aut moribus crediderit, ut ei suffragiis tirannidem deferrent. Tam diu illud imperium sustinuit, quam diu bellum de monte Sigeo cum Atheniensibus gerendum fuit. Postquam autem pax victoria parta est, continuo reclamantibus Mitilenensibus deposuit, ne dominus civium ultra quam rei publice necessitas exegerat permaneret. Atque etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur, avertit animum ab eo munere, deforme iudicans virtutis gloriam magnitudine prede minuere.

Alterius nunc michi prudentia referenda est, ut alterius iusticia representari possit. Cum saluberrimo consilio Themistocles migrare Athenienses in classem coegisset Xerxeque rege et copiis eius Grecia pulsis ruinas patrie in pristinum habitum reformaret, et opes clandestinis molitionibus ad principatum Grecie capessendum nutriret, in concione dixit habere se rem deliberatione sua provisam, quam si fortuna ad effectum perduci passa esset, nichil maius aut potentius Atheniensi populo futurum; sed eam vulgari non oportere; postulavitque ut aliquis sibi cui illam tacite exponeret daretur. Datus est Aristides. Is postquam recognovit classem illam Lacedemoniorum que tota apud Githeum subducta erat velle incendere, ut ea consumpta dominatio maris ipsis cederet, processit ad cives et retulit Themistoclem ut utile consilium, ita minime iustum animo volvere. E vestigio universa concio quod equum non videretur, ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themistoclem incepto iussit desistere.

Iusta pro pro val. adducit aliud exemplum externe iustitie

Nichil illis etiam iustitie exemplis fortius Zaleucus urbe locrensium a se saluberrimis
atque utilissimis legibus munita, cum filius eius adulterii crimine damnatus secundum ius ab ipso constitu
tum utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris necessitatem pene adolescentu
lo remitteret, aliquamdiu repugnavit. ad ultimum populi precibus evictus suo prius deinde filii oculo eruto
usum videndi utrique reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit, equitatis admira
bili temperamento se inter misericordem patrem et iustum legis latorem partitus.

Sed aliquanto Carmidis tirii praefractior et abscisior iustitia. ad vim et cruorem usque se
ditiosas contiones civium pacaverat lege cavendo ut siquis eas cum ferro intrasset, conti
nuo interficeretur. Preterea deinde tempore e longinquo rure gladio cinctus domum repetens
subito indicta concione sicut erat in eam processit, ab eoque qui proxime extiterat
solute a se legis sue admonitus. Idem inquit. Ego illam sanciam. ac protinus ferro quod habebat
destricto incubuit. Cumque liceret culpam vel dissimulare vel errore defendere, pe
nam tamen representare maluit, ne qua fraus iustitie fieret.

Cuius ymagine ante oculos posita, venerabile fidei numen, dexteram suam certissimum salutis humane pignus ostentat. quam semper in nostra civitate viguisse et omnes gentes senserunt, et nos paucis exemplis recognoscamus.

Cum ptholomeus rex tutorem populum romanum filio reliquisset, senatus M. emilium lepidum
pontificem maximum bis consulem ad pueri tutelam gerendam alexandriam misit, ampli
ssimique et integerrimi viri sanctitatem rei publice usibus et sacris operatam externe procurationi vacare
voluit, ne fides civitatis nostre frustra petita existimaretur. Cuius beneficio regia incunabula con
servata pariter ac decorata, incertum ptholomeo reddiderunt patrisne fortuna magis an tu
toris maiestate gloriari deberet. Speciosa illa quoque romana fides. Ingenti penorum classe circa
Siciliam devicta, duces eius fractis animis consilia petende pacis agitabant. Quorum dux
Amilcar ire se ad consules negabat audere, ne eodem modo cathene sibi inicerentur quo
ab ipsis Cornelio asine consuli fuerant iniecte. hanno autem certior romani animi extimator
nichil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. apud quos cum de fine belli

Fides scilicet iustitie posita imagine ante oculos venerabile numen fidei certissimum pignus humane salutis ostentat vel demonstrat dexteram suam. scilicet quod huius id est eius ymagine ante oculos posita, et est textus sic. Venerabile numen fidei certissimum pignus humane salutis ostentat ymagine scilicet iustitie ante oculos scilicet posita apposita. Fides vero dextera sua

emilii populi romani vita tutoris ut fuit emilius

agerat et tribunum militum ei dixisse posse illi merito evenire quod Cornelio accidisset. Verum consul tri-
buno tacere iusso isto te inquit metu bone fides civitatis nostre liberat. Claros illos fecerat hostium
hostium ducem vincere potuisse. Sed multo clariores fecerat noluisse. Adversus consules hostes patres
fidem in urbe legatis tuendo patres conscripti exhibuerunt. M. enim Emilio Lepido L. Flaminio preto-
ribus L. Minutium et L. Manlium Kartaginensium legatos quia manus his attulerant per feciales patres
conscripti dedendos curaverunt. Sed tunc senatus non eos quibus hoc prestabat aspexit.

Cuius exemplum superior Affricanus secutus cum magnum Kartaginensium multis et illustribus viris navem
in suam potestatem redegisset inviolatam dimisit quia se legatos ad eum missos dicebant tametsi ma-
nifestum erat illos vitandi presentis periculi gratia falsum legatorum nomen amplecti ut Romani impera-
toris potius decepta fides quam frustra implorata iudicaretur. Representemus etiam illud senatus nullo
modo pretermittendum opus. Legatos ab urbe Apollonia Romam missos Q. Fabius Cn. Apronius
ediles orta contentione pulsaverunt. Quod ubi comperit continuo eos per feciales legatis dedidit
questoremque cum his Brundisium ire iussit ne quam in itinere a cognatis deditorum iniuriam acci-
perent. Illam curiam mortalium quis consilium an non fidei templum dixerit. Quam ut civitas
nostra semper benignam prestitit ita in sociorum quoque animis constanter retinuit.

Post duorum in Hyspania Scipionum totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem
Saguntini victricibus Hanibalis armis intra menia urbis sue compulsi cum vim publicam ulterius nequi-
rent arcere collatis in forum que unicuique erant carissima atque undique circumdatis accensisque
ignis nutrimentis ne a societate nostra desisterent publico et communi rogo semet ipsi superiecerunt. Cre-
diderim tunc ipsam fidem humana negotia speculantem mestum gessisse vultum perseverantissimum
sui cultum inique fortune iudicio tam acerbo exitu dampnatum cernentem. Idem prestando Petelini
eundem laudis honorem meruerunt. Ab Hanibale quia deficere a nostra amicitia noluerant obsessi
legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus propter recentem Cannensem cladem succurri non
potuit. Ceterum permissum est ut id facerent quod utilissimum incolumitati ipsorum videretur. Liberum ergo erat
Kartaginensium gratiam amplecti. Illi tamen feminis omnique etate imbelli urbe egesta quo diutius arma-
ti famem traherent pertinacissime in muris constiterunt. Expiravitque prius eorum tota civitas quam
ulla ex parte respectum Romane societatis deposuit. Itaque Hanibali non Peteliam sed fidum Peteline sepulcrum capere contigit.

Atque ut uxoriam quoque fidem attingam. Tertia emilia affricani superioris uxor mater
cornelie gracchorum tante fuit comitatis et patientie ut cum sciret viro suo anci
llulam ex suis gratam esse dissimulavit ne domitorem orbis affricanum femina magnum virum
impatientie ream ageret. Tantumque a vindicta mens eius abfuit ut post mortem affri
cani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret. ¶ Q. Lucretium pro
scriptum a triumviris uxor turia inter cameram et tectum cubiculi abditum una con
scia ancillula ab imminente exitio non sine magno periculo suo tutum prestitit. singulari quoque
fide id egit ut cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis
et animi cruciatus vix evaderent ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem retineret.
Sulpitia autem cum a matre Julia diligentissime custodiretur ne lentulum cruscellionem virum
suum proscriptum a triumviris in siciliam persequeretur nichilominus famulari veste
sumpta cum duabus ancillis totidemque servis ad eum clandestina fuga pervenit. nec recu
savit se ipsam proscribere ut ei fides sua in coniuge proscripto constaret.

Restat ut servorum etiam erga dominos quominus expectatam hoc laudabiliorem
fidem referamus. ¶ M. antonius avorum nostrorum temporibus clarissimus orator incesti reus age
batur. cuius in iudicio accusatores servum in questionem perseverantissime postulabant quod ab
eo cum ad stuprum iret laternam pretulisse contenderent. erat autem is etiam tum inberbis et sta
bat coram videbatque rem ad suos cruciatus pertinere nec tamen eos fugitavit. Ille vero ut
domum quoque ventum est Antonium hoc nomine vehementius confusum et sollicitum ultro est hortatus
ut se iudicibus torquendum traderet affirmans nullum ore suo verbum exiturum quo causa
eius lederetur. ac promisse idem mira patientia prestitit. plurimis et laceratus verberibus equule
oque impositus candentibusque laminis ustus omnem vim accusationis custodita rei salute sub
vertit. Argui fortuna merito potest quod tam pium et tam fortem spiritum servili nomine inclusit.

Consulem autem C. marium prenestine obsidionis miserabilem exitum sortitum cuniculi
latebris frustra evadere conatum leviterque vulnere a telesino cum quo commori desti
naverat perstrictum servus suus ut sillane crudelitatis expertem faceret gladio traiectum
interemit cum magna premia sibi proposita videret si eum victoribus tradidisset. cuius dextere opportunum

ministerium. nichil eorum pietati cedit a quibus salus dominorum protecta est. quia eo tempore Mario non vita sed mors
in beneficio reposita erat. Eque illustre quod sequitur. C. Gracchus ne in potestatem inimicorum perveniret
Philocrati servo suo cervices incidendas prebuit. Quas cum celeri ictu abscidisset, gladium cruore domini manantem
per sua egit precordia. Euporum alii hunc vocatum existimant. Ego de nomine nichil disputo. famularis
tantummodo fidei robur admiror. cuius si presentiam animi generosus iuvenis imitatus foret, suo non servi beneficio immine-
ntia supplicia vitasset. Nunc commisit, ut Philocratis quam Gracchi cadaver speciosius iaceret. Alia nobilitatis
alius furor, sed fidei par exemplum. Pindarus Cassium Philippensi prelio victum, nuper ab eo
manumissus iussu ipsius obtruncatum insultationi hostium subtraxit, seque e conspectu hominum voluntaria mor-
te abstulit, ita ut nec corpus quidem eius absumpti inveniretur. Quis deorum gravissimi sceleris ultor
illam dexteram que in necem patrie parentis exarserat, tanto torpore alligavit, ut se tremebunda Pinda-
ri genibus summitteret, ne pro parricidii quas merebatur penas arbitrio pie victorie exsolveret.
Tu profecto, dive Iuli, celestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam, perfidum erga te caput sor-
didi auxilii supplex fieri cogendo, eo animi estu compulsum ut nec retinere vitam vellet nec finire
manu sua auderet. Adiunxerit his cladibus C. Plotius Plancus Munatii Planci consularis
et censorii frater. qui cum a triumviris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatiore vite
genere et odore unguenti occultam salutis custodiam detexit. Istis enim vestigiis eorum qui missos
persequebantur sagax inducta cura, abditum fuge eius cubile odorata est, a quibus comprehensi servi
latentes multumque ac diu torti negabant se scire ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus
tam fideles tamque boni exempli servos ulterius cruciari, sed processit in medium iugulumque gladiis
obiecit. Quod certamen mutue benivolentie arduum dignosci facit, utrum dignior dominus fuit
qui tam constantem servorum fidem experiretur, an servi qui tam iusta domini misericordia questionis sevitia
liberarentur.

Quid Urbini Panapionis servus? quam admirabilis fidei, cum ad dominum proscriptum occidendum do-
mesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognovisset, commutata cum eo
veste permutato et anulo illum postico clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit et
ut Panapionem occidi passus est. Brevis huius facti narratio, sed non parva materia laudationis. Nam si quis
ante oculos ponere velit subitum militum accursum, convulsa ianue claustra, minacem vocem,
truces vultus, fulgentia arma, rem vera extimatione persequetur. Nec quam cito dicitur aliquem pro alio
mori voluisse, tam id ex facili et fieri potuisse arbitrabitur. Panapio autem quantum servo deberet amplum
ei faciendo monumentum ac testimonium pietatis grato titulo reddendo confessus est.

Contentus esset his ex eis generis, nisi unum me dicere admiratio sui cogeret. Antius Restio proscriptus a triumviris cum omnes domesticos circa rapinas et predas occupatos videret quam maxime poterat dissimulata fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. Cuius furtivum egressum servus ab eo vinculorum pena coercitus inexpiabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus, curiosis speculatus oculis ac vestigia huc atque illuc errantia benivolo studio subsequutus, lateri voluntarius comes accessit. Quo quidem tam exquisito tamque ancipiti officio perfectissimum expectate pietatis cumulum expleverat. His enim quorum felicior in domo status fuerat lucro intentis, ipse cum nichil aliud quam umbra et ymago suppliciorum suorum maximum esset emolumentum eius a quo tam graviter punitus erat, salutem iudicavit. Cumque abunde foret iram remittere, adiecit etiam caritatem. Nec hactenus benivolentia processit, sed in eo conservando mira etiam arte usus est. Nam ut sensit cupidos sanguinis milites supervenire, amoto domino rogum extruxit, eique egentem a se comprehensum et occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde militibus ubi esset Antius, manum rogo intentans, ibi illum dantem sibi crudelitatis piaculis uri ait. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci fides. Quo evenit ut Antius statim querende incolumitatis occasionem assequeretur.

De mutatione morum aut fortune capitulum viiij

Multum animis hominum et fiducie adicere et sollicitudinis detrahere potest morum ac fortune in claris viris recognita mutatio, sive nostros status sive proximorum ingenia contemplemur. Nam cum aliorum fortunas spectando ex condicione abiecta atque contempta emersisse claritatem videamus, quid abest quin et ipsi meliora de nobis cogitemus semper, memores stultum esse perpetue infelicitatis se dampnare, spemque que etiam incerta recte fovetur interdum etiam desperatione convertere.

Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis in primo iuvente existimatus ut a patre L. Manlio amplissimo viro, quia et domesticis et rei publice usibus inutilis videbatur, rus relegatus agresti opere fatigaretur, postmodum patrem reum iudiciali periculo liberavit, filium victorem quia adversus imperium suum cum hoste manum conseruerat securi percussit, patriam Latino tumultu fessam speciosissimo triumpho recreavit. In hoc credo fortune nubilo adolescentie contemptum profusus, quo senectutis eius decus lucidius enitesceret.

Scipio vero Africanus superior, quem dii immortales nasci voluerunt ut esset in quo virtus se per omnia numeris hominibus efficaciter ostenderet, solutioris vite primos adolescentie annos egisse fertur.

Remotos quidem a luxurie crimine, sed tamen pueritias trophaeis devicte Kartaginis cervicibus imposito iugo
Gaius Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adolescentiam inchoavit. Ceterum a P. Lici-
nio pontifice maximo flamen factus, quo facilius a vitiis recederet, ad curam sacrorum et cerimoniarum con-
verso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxurie fuerat exemplum, tantum postea modestie et sancti-
tatis specimen evasit. Nichil Q. Fabio Maximo, qui gallica victoria cognomen Allobrogis
sibimet et posteris peperit, adolescente magis infame, nichil eodem sene ornatius aut speciosius illo seculo nostra
civitas habuit. Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum proventu excel-
sum gradum obtinuisse? Cuius si superior etas revolvatur, multi lusus, multe delitie reperiantur. Que
quidem ei impedimento non fuerunt quominus patrie princeps nomenque eius in Capitolino fastigio fulgeret ac
virtute civile bellum ingenti motu oriens sepeliret. Iam vero Silla usque ad questure sue comi-
tia vitam libidine, vino, ludicre artis amore inquinatam perduxit. Quapropter C. Marium consulem mo-
leste tulisse traditur, quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus questor sorte obvenisset.
Eiusdem virtus quasi perruptis et disiectis nequitie que obsidebat claustris catenas Iugurthe manibus in-
iecit, Mithridatem compescuit, socialis belli fluctus repressit, Cinne dominationem fregit, eumque qui se in
Africa questorem fastidierat ipsam illam provinciam proscriptum exulem petere coegit. Que tam diver-
sa tamque inter se contraria si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos
in uno homine Sillas fuisse crediderit: turpem adolescentulum et virum dicerem fortem, nisi ipse se felicem
appellari maluisset. Atque ut nobilitatis beneficio penitentie se ipsum admonite respi-
cere, altiora modo suo sperare ausos subtexam. T. Aufidius cum Asiatici publici exiguam admodum
particulam habuisset, postea totam Asiam proconsulari imperio obtinuit. Nec indignati sunt socii eius parere
fascibus, que aliena tribunalia adulantem viderant. Gessit se integerrime atque splendidissime,
eoque modo demonstravit pristinum questum suum fortune, presens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.
At P. Rutilius non publicanum in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. Idem ultimam
inopiam suam auctorato sociis officio sustentavit. Ab hoc postmodum consule leges universi
Siculi acceperunt, acerbissimoque predonum ac fugitivorum bello liberati sunt. Portuosos si quis
modo mutis rebus inesset sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror.
Quem enim diurnas capturas exigentem adverterant, eundem virga dantem classesque
et exercitus regentem viderent. Huic tanto incremento maius adiciam. Esculo capto Cn.
Pompeius Magni pater Publium Ventidium etate puberem in triumpho suo populi oculis subiecit.
Hic est Ventidius qui postea ex Parthis et per Parthos de Crassi manibus in hostili solo
miserabiliter iacentibus triumphum duxit. Ita qui captivus carcerem exhorruerat, victor Ca-
pitolium felicitate celebravit. In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno pretor, consul est factus.

Casum vero ne contemplemur varietatem. L. Lentulus consularis lege Cecilia repetundarum crimine oppressus censor cum L. Censorino creatus est. Quem quidem fortuna inter ornamenta et dedecora alterna vice versavit, consulatui illius dampnationem, dampnationi censuram subiciendo, et neque bonis eum perpetuo frui neque malis eternis ingemiscere patiendo. Eiusdem variabilitatis uti voluit in Cn. Cornelio Scipione Asina, qui consul a Penis apud Lipparas captus, cum belli iure omnia perdidisset, leticie deinde vultu eius adiutus cuncta recuperavit, consul etiam iterum creatus est. Quis crederet illum a duodecim securibus ad Kartaginensium perventurum cathenas? Quis rursus existimaret a punicis vinculis ad summi imperii perventurum insignia? Sed tamen ex consule captivus et ex captivo consul est factus.

Quid Crasso pecunie magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris notam inussit. Siquidem bona eius a creditoribus, quia solidum prestare non poterat, venierunt. Itaque amara sugillatione non caruit, cum egens ambularet, dives ab occurrentibus salutabatur. Crassi casum acerbitate Q. Cepio preci-cavit. Is namque, prefecture splendore et triumphi claritate, consulatus decore, maximi pontificis sacerdotio, ut senatus patronus diceretur assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit. Corpusque eius funesti carnificis manibus laceratum in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori romani conspectum est.

Iam C. Marii maxima fortune luctatio est. Omnes enim eius impetus qua corporis qua animi robore fortissime sustinuit. Arpinatibus honoribus iudicatus inferior questuram rome petere ausus est. Patientia deinde repulsarum irrupit magis in curiam quam venit. In tribunatus quoque et edilitatis petitione consimilem campi notam expertus, preture candidatus supremo in loco adhesit, quem tamen non sine periculo obtinuit. Ambitus enim accusatus vix atque egre absolutionem a iudicibus impetravit. Ex illo Mario tam humili Arpinati, tam ignobili rome, tam fastidiendo candidato ille Marius evasit qui Affricam subegit, Iugurtham regem ante currum egit, Teutonorum Cimbrorumque exercitus delevit. Cuius bina trophea in urbe spectantur. Cuius septem in fastis consulatus leguntur. Cui post exilium consulem creari, proscriptoque facere proscriptionem contigit. Quid huius conditione inconstantius aut mutabilius? quem si inter miseros posueris, miserrimus, inter felices felicissimus reperietur.

C. autem Cesar, cuius virtutes aditum sibi in celum instruxerunt, inter prime iuvente initia privatus Asiam petens a maritimis predonibus circa insulas Pharmacusas exceptus quinquaginta se talentis redemit. Parva igitur summa da-

rissimus mundi sed in piratico mioparone capiendi fortuna voluit. Quid ergo quo amplius dicere ea conamur
sine consortibus quidam divinitatis sue parat. sed celeste numen se ab iniuria vindicavit. Con
tinuo enim captos predones crucibus affixit. ¶ Attento studio nostra commemoratio remissiore
nunc animo aliena narret. ¶ Perdite luxurie atheniensis adolescens polemo nec illecebris eius tantum
sed etiam ipsa infamia gaudens cum e convivio non post occasum solis sed post ortum surre
xisset domumque rediens xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset vino gravis unguentis
delibutus sertis capite redimito pellucida veste amictus refertam turba doctorum hominum sco
lam eius intravit. nec contentus tam deformi introitu consedit etiam ut clarissimum eloquium
et prudentissime precepta temulentie lasciviis elevaret. Orta deinde ut par erat omnium indig
natione xenocrates vultum in eodem habitu continuit omissaque re quam disserebat de modestia
ac temperantia loqui cepit. cuius gravitate sermonis resipiscere coactus polemo primum coro
nam capite detractam proiecit paulo post brachium intra pallium reduxit procedente tempore
convivalis hilaritatis deposuit. ad ultimum totam luxuriam exuit. Unius orationis salu
berrima medicina sanatus ex infami ganeone maximus philosophus evasit. peregrinatus quidem est huius
animus in nequitia non habitavit. ¶ Piget themistoclis adolescentiam attingere sive
patrem aspiciam abdicationis iniungentem notam sive matrem suspendio finire vitam propter filii
turpitudinem coactam cum omnium postea grayorum sanguis virorum clarissimus extiterit. medium
que europe et asie vel spei vel desperationis pignus fuit. hec enim eum salutis sue patronum habuit.
Illa vadem victorie assumpsit ¶ Cimonis vero incunabula opinione stultitie fuerunt. Itaque eius
eos stipoeus semetipsos dampnare qui eum stolidum crediderant. ¶ Iam alcibiaden quasi
due fortune partite sunt. altera que ei nobilitatem eximiam abundantes divitias formam prestan
tissimam favorem civium propensum summa imperia precipuas potentie vires flagitiosissimum ingenium assi
gnaret. altera que dampnationem exilium venditionem bonorum inopiam odium patrie violentam mortem infligeret
nec aut hec aut illa universa sed varia perplexa freto atque estui similia. ¶ Ad invidiam usque
policratis samiorum tiranni abundantissimis bonis conspicuus vite fulgor excessit nec sine
causa. Omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere. Spes etiam cupite rei fructum apprehendebant
vota nuncupabantur simul et solvebantur velle ac posse in equo positum erat. Semel dumtaxat vul
tum mutavit perquam brevis tristitie salebra succussum tunc cum ad modum gratum sibi anulus de industria
in profundum ne omnis incommodi expers esset abiceret. Quem tamen continuo recuperavit capto pisce qui
eum devoraverat. Sed hunc cuius felicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit oretes darii

Cimon fuit filius milciadis fuit et atheniensis ante hec et phoconi et ... refecta ei des saluti ... salutaria athenienses ... ... evocavit cimon ... ... credebant ... utile.

regis prefectus in excelsissimo micalensis montis vertice cruci affixit. E quo putres eius artus et tabido cruore manantia membra atque illam levam cui neptunus anulum piscatoris manu restituerat situ marcidam Samos amara servitute aliquamdiu pressa liberis ac letis oculis aspexit. Dionisius autem cum hereditatis nomine a patre Siracusanorum ac pene totius Sicilie tirannidem accepisset maximarum opum dominus exercituum dux rector classium equitatuum potens propter inopiam litterarum puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis fortune crederet magister ludi factus ex tirano monuit. Sequitur hunc Siphax rex consimilem fortune iniquitatem expertus. Cui amicitiam hinc Roma per Scipionem illinc kartago per hasdrubalem ultro petitum ad penates deos venerat. Ceterum eo claritatis evectus ut validissimorum populorum tantum non arbiter sed victor existeret parvi temporis interiecta mora catenatus a lelio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cuius quondam dexteram regio insidens solio arroganti manu attigerat eius genibus supplex procubuit. Caduca nimirum et fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt ista. Que vires atque opes humane vocantur affluunt subito labentur dilabuntur nullo in loco nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt. Sed incertissimo flatu fortune huc atque illuc acta quos sublime extulerunt impulso recursu destitutos profundo cladium miserabiliter inmergunt. Itaque neque existimari neque dici debent bona que inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicavit.

De felicitate	ca. i.	De testamentis que rescissa sunt.	ca. vii.
Sapienter dicta aut facta.	ca. ii.	Que testamenta rata manserunt cum causas	
Vafre dicta aut facta	ca. iii.	haberent cur rescindi possent	ca. viii.
Strategemata	ca. iiii	Cum adversus opinionem hominum heredes fuerint	ca. viiii
De repulsis.	ca. v.		
De necessitate	ca. vi.		

Volubilis fortune complura exempla rettulimus. Constanter propitie admodum pauca narrari possunt. Quo patet eam adversas res cupido animo infligere. Secundas parco tribuere. Eadem ubi malignitatis oblivisci sibi imperavit non solum plurima ac maxima sed etiam perpetua bona congerit. Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Quintum metellum a primo originis die ad ultimum usque fati tempus numquam cessante indulgentia ad summum beate vite cumulum perduxerit. Nasci eum in orbe

terrarum principem uoluit. parentes ei nobilissimos dedit. adiecit animi rarissimas dotes et corporis
uires ut sufficere laboribus possent. uxorem pudicitia et fecunditate conspicuam conciliauit. con
sulatus decus imperatoriam potestatem speciosissimi triumphi pretextam largita est. fecit ut eodem
tempore tres filios consulares unum etiam censorium triumphalem et quartum pretorium uideret. ut que tres
filias nuptum daret earumque sobolem sinu suo exciperet. tot partus tot cunabula tot uiriles to
ge tam multe nuptiales faces honorum imperiorum omnis denique gratulationis summa abundantia cum interim
nullum funus nullus gemitus nulla causa tristitie. Celum contemplare uix tamen ibi talem statum reperies, quoniam quidem
luctus et dolores deorum quoque pectoribus a maximis uatibus assigni uideam. Hunc uite actum eius consentaneus finis
excepit. Nam Metellus ultime senectutis spatio defunctus lenique genere mortis inter oscula complexusque cari
ssimorum pignorum extinctus filiis et generis humeris suis per urbem latum rogo imposuerunt.

Clara hec felicitas. obscurior illa diuino splendore preposita. Cum enim Gyges regno Lidie armis et
diuitiis abundantissimo inflatus animo Apollinem Phitium sciscitatum uenisset an aliquis mortalium
se esset felicior, deus ex abdito sacrarii specu uoce missa Aglaum Sophidium ei pretulit. Is erat Ar
chadum pauperrimus sed etate iam senior terminos agelli sui numquam excesserat, paruuli ruris fructibus
ac uoluptatibus contentus. Uerum profecto beate uite finem Apollo non adumbratum oraculi sagacitate
complexus est. Quocirca insolenter fulgore fortune sue glorianti respondit magis se probare secu
ritate ridens tugurium quam tristem curis et sollicitudinibus aulam, paucasque glebas pauoris expertes quam pi
nguissima Lidie arua metu referta, et unum aut alterum iugum boum facilis tutele quam exercitus et arma
et equitatum uoracibus impensis onerosum, et usus necessarii horreum nulli nimis appetendum quam thesauros
omnium insidiis et cupiditatibus expositos. Ita Gyges dum astipulatorem uane opinionis deum habere con
cupiscit, ubi nam solida et sincera esset felicitas didicit. Sapienter dicta aut facta

Nunc id genus felicitatis explicabo quod totum in habitu animi consistit nec uotis petitur sed in
pectoribus sapientia preditis natum dictis factisque prudentibus enitescit. Appium Claudium crebro
solitum dicere accepimus negotium populo romano melius quam otium committi, non quod ignoraret quam iocundus tranquillitatis
status esset sed quod animaduerteret potentia imperia agitatione rerum ad uirtutem capessendam excitari, nimia
quiete in desidiam resolui. Et sane negotium nomine horridum ciuitatis nostre mores in suo statu continuit,
blande appellationis quies plurimis uitiis respersit. Scipio uero affricanus turpe esse aiebat in re militari
dicere non putaram uidelicet quod explorato et excusso consilio que ferro aguntur administrari oportere arbitra
batur. summa ratione. Inemendabilis enim error qui uiolentie martis committitur. Idem negabat aliter
cum hoste confligi debere quam aut si occasio obuenisset aut necessitas incidisset. eque prudenter. Nam et
prosperam gerende rei facultatem omittere maxima dementia est et in angustias utique pugnandi pu
lsum abstinere se prelio pestifere ignauie affert exitum. Eorumque qui ista committunt alter bene
ficio fortune uti alter iniurie nescit resistere. Q. quoque Metelli tam grauis quam alta in senatu sententia
qui deuicta Karthagine nescire se dixit illa uictoria boni ne plus an mali rei publice attulisset assenerauit
quia ut pacem restituendo profuisset ita Hanibalem summouendo non nihil nocuisset. Eius enim transi
tu in ytaliam dormientem iam populi romani uirtutem excitatam dicebat metuique debere ne acri emulo li
berata in eundem somnum reuolueretur. In equo igitur malorum posuit uri tecta uastari agros exhauri

Astipulator i. assertor

carium et prisci roboris nequaquam hebetari. Quid illud Fimbrie consularis
quam sapiens. A M. enim Lutatio Pythia splendido equite romano iudex addictus de sponsione quam
is cum adversario quod vir bonus esset fecerat, numquam id iudicium pronuntiatione sua finire voluit, ne
aut probum virum si contra eum iudicasset fama spoliasset, aut iuraret virum bonum esse, cum ea res in-
numerabilibus laudibus contineatur. Forensibus hec. illa militaribus stipendiis prudentia exhibita.

Papirius Cursor consul cum Aquiloniam oppugnans prelium vellet committere, pullarius quem non
prosperantibus avibus optimum ei auspicium renuntiasset de fallacia ipsius factus certior, sibi quidem et exer-
citui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Ceterum mendacem ante ipsam aciem constituit, ut
haberent dii in cuius capite siquid ire concepissent expiarent. Directum est autem sive casu sive ce-
lestis numinis providentia quod primum e contraria parte missum erat telum in ipsum pullarii pectus, eumque
exanimem prostravit. Id ut cognovit consul, fidenti animo et invasit Aquiloniam et cepit. Tam cito
animadvertit quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda
foret, qua ratione victoria apprehendi posset. Egit virum severum consulem religiosum imperatorem strenuum,
timoris modum, peccati genus, spei viam uno mentis impetu rapiendo.

Nunc ad senatus acta transgrediar. Cum adversus Hannibalem Claudium Neronem et Livium Salina-
torem consules mitteret, eosque ut virtutibus pares ita inimicitiis acerrime inter se dissidentes
videret, summo studio in gratiam reduxit, ne propter privatas dissensiones rem publicam utiliter administra-
re non possent, quia consulum imperio et ubi concordia non est, maior aliena opera interpellandi quam sua edendi cupi-
ditas nascitur. Ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri quam uterque contrariis castris uter-
que certior hostis proficiscitur. Eosdem senatus cum ob nimis asperam actam censuram a Cn. Bebio
tribuno plebis pro rostris ageretur rei, cause dictione decreto suo liberavit, vacuum omnis iudicii me-
tum eis honorem reddendo qui exigere debebat rationem non reddere.

Par illa senatus sapientia. Tiberium Gracchum tribunum plebis agrariam legem promulgare ausum morte
multavit. Idem ut secundum legem eius per triumviros ager populo viritim divideretur egregie censuit. Siquidem
gravissime seditionis eodem tempore et auctorem et causam sustulit. Quid? deinde se prudenter in rege Massinissa
gessit. Nam cum promptissimam et fidelissimam eius operam adversus Carthaginenses usus esset, eumque in dilatan-
do regno avidiorem cerneret, legem ferri iussit qua Massinisse ab imperio populi romani solutam liberta-
tem tribueret. Quo facto cum optime meriti benivolentiam retinuit, tum Mauritanie et Numidie ceterarum-
que illius tractus gentium numquam fida pace quiescentem feritatem a valuis suis reppulit.

Tempus deficiet domestica narrantem. Quoniam imperium nostrum non tam robore corporum quam animorum
vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. Maiore itaque ex parte romana prudentia in ad-
miratione tacita reponatur, alienigenisque huius generis exemplis detur aditus.

Socrates humane sapientie quasi quoddam terrestre oraculum nichil ultra petendum a diis immortalibus arbi-
trabatur, quam ut bona tribuerent, quia hii demum scirent quid unicuique esset utile. Nos autem plerumque id votis
expetere quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens in quam

ipse patentem erroribus cecas precationes tuas spargis. divitias appetis que multis exitio fuerunt. honores
concupiscis qui complures pessumdederunt. regna tecum ipse volvis quorum exitus sepenumero miserabiles
cernuntur. splendidis coniugiis inicis manus at hec ut aliquando illustrant ita nonnumquam funditus domos evertunt.
Desine igitur stulta mens malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare et te totam celestium
arbitrio permitte quia qui tribuere bona ex facili solent etiam eligere aptissime possunt.
Idem expeditam et compendiariam viam eos ad gloriam pervenire dicebat qui id agerent ut quales videri
vellent tales etiam essent. Qua quidem predicatione aperte monebat ut homines ipsam potius virtutem haurirent quam umbram
eius consectarentur. Idem ab adolescentulo quodam consultus utrum uxorem duceret an se omni matrimonio
abstineret respondit utrum eorum fecisset acturum penitentiam. hic te inquit solitudo hic orbitas hic generis
interitus hic heres alienus excipiet. Illic perpetua sollicitudo contextus querelarum dotis exprobratio affinium
grave supercilium garrula socrus lingua subsessor alieni matrimonii incertus liberorum eventus. non passus
est iuvenem in contextu rerum asperarum quasi lete materie facere delectum. Idem cum atheniensium scelerata dementia
tristem de capite eius sententiam tulisset forti animo et constanti vultu potionem veneni e manu carnificis accepisset
admoto iam labris poculo uxore Xantippe inter fletum et lamentationem vociferante innocentem eum periturum.
Quid ergo inquit nocenti michi mori satius esse duxisti. Immensam illam sapientiam que ne in ipso quidem vite excessu
oblivisci sui potuit. Age quam prudenter Solon qui neminem dum adhuc viveret beatum dici debere arbi
trabatur quod ad ultimum usque fati diem ancipiti fortune subiecti essemus. Felicitatis igitur humane appellationem
rogus consumat qui se incursui malorum obicit. Idem cum ex amicis quendam graviter merentem videret
in arcem perduxit hortatusque est ut per omnes subiectorum edificiorum partes oculos circumferret. Quod ut
factum animadvertit cogita nunc tecum inquit quam multi luctus sub hiis tectis et olim fuerint hodieque versentur
et insequentibus seculis sint habitaturi ac omitte mortalium incommoda tamquam propria deflere. Qua con
solatione demonstravit urbes esse humanarum cladium consepta miseranda. Idem aiebat si in unum locum
cuncti mala sua contulissent futurum ut propria deportare domum quam ex communi miseriarum acervo portionem suam
ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos que fortuito patiamur precipue et intolerabilis amaritu
dinis iudicare. Bias autem cum patriam eius Prienem hostes invasissent omnibus quos modo sevitia belli inco
lumes abire passa fuerat pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus interrogatus quid ita nichil ex bonis
suis secum ferret. ego vero inquit bona mea mecum porto. pectore enim illa gestabat non humeris
nec oculis visenda sed extimanda animo que domicilio mentis inclusa nec mortalium nec deorum manibus
labefactari queunt et ut manentibus presto sunt ita fugientes non deserunt.
Iam Platonis verbis astricta sed sensu prevalens sententia qui tunc demum beatum terrarum orbem futurum
predicavit cum aut sapientes regnare aut reges sapere cepissent.
Rex etiam ille subtilis iudicii quem ferunt traditum sibi diadema priusquam capiti imponeret re
tentum diu considerasse ac dixisse o nobilem magis quam felicem pannum quem siquis penitus cognosceret
quam multis sollicitudinibus et periculis et miseriis sit refertus ne humi quidem iacentem tollere vellet.
Quid Xenocratis quam responsum quam laudabile qui cum maledico quorundam sermoni summo silentio interesset
uno ex hiis querente cur solus linguam suam cohiberet quia dixisse me inquit aliquando penituit tacuisse numquam.
Aristophanes quoque altioris est prudentie preceptum qui in comedia introduxit remissum ab inferis athe
niensium Periclem vaticinantem non oportere in urbe nutriri leonem sin autem sit alitus obsequi ei convenire.

Monet enim ut precipue nobilitatis et ciuitatis ingenii iuuenes refrenentur. nimio uero fauore
ac profusa indulgentia pasti quominus potestatem obtineant. ne impediantur quod stultum et inutile
sit eas obtrectare uires quas ipse foueris. Mirifice etiam Thales. nam interrogatus an facta
hominum deos fallerent. ne cogitata inquit ut non solum manus sed et mentes puras habere uellemus cum
secretis cogitationibus celeste numen adesse credidissemus. Nec quod sequitur quidem minus sapi
ens. Unice filie pater Themistoclen consulebat utrum eam pauperi sed ornato an locupleti parum
probato collocaret. Cui is malo inquit uirum pecunia quam pecuniam uiro indigentem. Quo dicto stul
tum monuit ut generum potius quam diuitias generi legeret. Age Philippi quam probabilis epistula
in qua Alexandrum quorundam Macedonum beniuolentiam largitione ad se attrahere conantem sic in
puit. Que te fili ratio in hanc tam uanam spem induxit ut eos tibi fideles futuros existimares
quos pecunia ad amorem tuum compulisses. a caritate istud pater. amicus uero Philippus maiore ex
parte mercator Grecie quam uictor. Aristoteles autem Calisthenem auditorem suum ad Alexandrum
mittens monuit aut cum eo aut rarissime aut quam iocundissime loqueretur. quo scilicet apud regias
aures uel silentio tutior uel sermone esset acceptior. At ille dum Alexandrum persica Macedones sa
lutatione gaudentem obiurgat et ad macedonicos mores inuitum reuocare beniuole perseuerat
spiritu carere iussus seram neglecti salubris consilii penitentiam egit. Idem Aristoteles de semetipso
in neutram partem loqui debere predicabat quoniam laudare se uani et uituperare stulti esset.

Eiusdem utilissimum est illud quod uoluptates abeuntes consideremus. quas quidem sic ostende
do minuit. fessas enim penitentie quam plenas animis nostris subiciat. quominus cupide repetantur.
Nec parum prudens Anaxagoras interrogatus quidam quisnam esset beatus. nemo inquit ex
hiis quos tu felices existimas. sed eum in illo numero reperies qui a te ex miseriis constare
creditur. Non erit ille diuitiis et honoribus abundans sed aut exigui ruris aut non ambitiose
se doctrine fidelis ac pertinax cultor in secessu quam in fronte beatior. Demadis quo
que dictum sapiens. nolentibus enim Atheniensibus diuinos honores Alexandro decernere. uidete inquit
ne dum celum custoditis terram amittatis. Quam porro subtiliter Anacharsis leges aranearum
telis comparabat. nam ut illas infirmiora animalia retinere ualentiora transmittere. ita his
humiles et pauperes constringi diuites et potentes non alligari. Ducis et Agesilai facto sapi
entius. siquidem cum aduersus rem publicam Lacedemoniorum conspirationes ortam noctu compi
risset leges Ligurgi continuo abrogauit que de indemnatis supplicium sumi uetabant. Compre
hensis autem et interfectis sontibus eas continuo restituit. atque utrumque simul prouidit ne salutaris
uindicta uel iniusta esset uel iure impediretur. itaque ut semper esse possent aliquando non fuerunt.

Sed nescio an Hannonis excellentissimum prudentie consilium. Magone enim Cannensis
pugne exitum senatui penorum nuntiante uique tanti successus fidem anulos aureos trium mo
diorum mensuram explentes fundente qui interfectis nostris ciuibus detracti erant quesiuit an aliquis
sociorum post tantam cladem a Romanis defecisset. atque ut audiuit neminem ad Hannibalem transisse

suasit Pontium ut legatos Romam per quos de pace ageret mitteret. Hec si Smirne valuisset, in secundo Punico
bello victa Karthago neque tertio deleta foret. Hec Samnites quidem per suas perinas consiliis erroris
pependerit, quod Herennii potius salutare consilium neglexerit. Cuius auctoritate et prudentia ceteris prestans
ab exercitu et duce eius filio suo consultus, quidnam fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas
inclusis deberet, inviolatas dimittendas censuit. Postero die eadem de re interrogatus deleri eas opor-
tere dixit, ut aut maximo beneficio gratia hostium emeretur, aut gravissima iactura vires confringerentur.
Sed improvida temeritas victorum dum utramque partem vilitatis sprevit, sub iugum missis in perniciem suam accendit.

Multa et maiora sapientie exempla parvulum adiciam. Cretenses cum acerbissima execratione adversus eos quos
vehementer oderint uti volunt, ut mala consuetudine delectentur optant. Modestoque voti genere efficacis-
simum ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere et in eo perseveranter moriri exi-
tio vicina ea dulcedo est. Vaffre dicta aut facta. ca. iii^m. Rubrica.

Est aliud factorum dictorumve genus a sapientia proximo deflexu ad vafritie nomen progres-
sum. Quod nisi fallacie vires assumpserit, fidem propositi non invenit, laudemque occulto mag-
is tramite quam aperta via petit. Servio Tullio regnante cuidam patrie familie in agro
Sabino precipue magnitudinis eximie forme vacca nata est. Quam oraculorum certissimi aucto-
res in hoc a diis immortalibus editam responderant, ut quisquis eam Aventine Dyane immolasset,
eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret. Letus eo dominus bovem summa cum festinatione actam Ro-
mam mactandam in Aventino ante aram Dyane constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis da-
turus. De qua re antistes templi certior factus religionem hospiti intulit, ne prius victimam
cederet quam proximi se aqua abluisset. Eoque alveum Tiberis petente vaccam ipse immolavit, et urbem
nostram tot civitatum, tot gentium dominam pio sacrificii furto reddidit. Quo in genere acu-
minis in primis Iunius Brutus referendus est. Nam cum a rege Tarquinio avunculo suo omnem nobili-
tatis indolem excerpi, interque ceteros etiam fratrem suum, quod vegetioris ingenii erat, interfectum audiret,
obtusi se cordis esse simulavit. Eaque fallacia maximas virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos
cum Tarquinii filiis quos is ad Apollinem Pythium muneribus et sacrificiis honorandum miserat, au-
rum deo nomine doni concavato baculo inclusum tulit, quia timebat ne sibi celeste numen aperta
liberalitate venerari tutum non esset. Peractis deinde mandatis patris Apollinem iuvenes consulue-
runt, quisnam ex ipsis Rome regnaturus videretur. At is penes eum summam potestatem urbis nostre futuram
respondit, qui ante omnes matri osculum dedisset. Tunc Brutus perinde atque casu prolapsus de industria se
abiecit, terramque communem omnium matrem existimans osculatus est. Quod tam vafre Telluri im-
pressum osculum, ubi libertatem Bruto primum locum in fastis tribuit. Scipio quoque superi-
or presidium calliditatis amplexus est. Ex Sicilia enim petens Affricam, cum e fortissimis pedi-
tibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam subito eos instruere posset, quod
temporis angustie negabant, sagacitate consilii assecutus est. Namque ex iis iuvenibus quos secum

Cretenses optant cum volunt uti acerbissima execratione in adversarios quos odiunt vehementer ut ipsi blassemati delectentur mala consuetudine. Et ipsi Cretenses reperiunt efficacissimum eventum ultionis cum quod cupiunt modesto genere voti quia est dulcedo vicina proxima exitio in mortem concupiscere aliquid inutiliter et in eo concupiscere inutiliter immoreri perseverantur.

e tota Sicilia nobilissimos et ditissimos sed inermes habebat ad se vocatos captis speciosa
arma et electos equos quam celerrime expedire iussit velut eos continuo secum ad expugnan-
dam Kartaginem adducturus. Qui cum imperio ut celerent ita longinqui et periculosi belli re-
spectu sollicitis animis paruissent, remittere Scipio illam expeditionem si arma et equos mili-
tibus suis tradere voluissent edixit. Rapuit conditionem imbellis ac timida iuventus instrumento-
que suo cupide nostris cessit. Ergo calliditas ducis providit ut si quod protinus imperaret iniunctum
pro damno remisso militie metu maximum beneficium fieret. Quod sequitur narrandum est.

Q. Fabius Labeo arbiter a senatu finium constituendorum inter Nolanos ac Neapolitanos datus
cum in rem presentem venisset, utrosque separatim monuit ut omissa cupiditate regredi modo
controversia quam progredi mallent. Id cum utraque pars auctoritate viri mota fecisset, aliquantu-
lum in medio vacui agri relictum est. Constitutis deinde finibus ut ipsi terminaverant, quic-
quid reliqui soli fuit populo romano adiudicavit. Ceterum etsi circumventi Nolani ac Neapolita-
ni queri nichil potuerunt secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia, improbo tamen prestigiorum genere no-
vum civitati vectigal accessit. Ab eodem fertur cum a rege Anthioco quem bello
superaverat ex federe icto dimidiam partem navium accipere deberet medias omnes secuisse ut
eum tota classe privaret. Sed iam M. Antonio remittendum convicium est. Qui ideo
eo se aiebat nullam orationem scripsisse ut si quid superiore iudicio actum esset quod ei quem postea defen-
surus esset nociturum foret, non dictum a se affirmare posset, qui facti vix pudentis causam tolerabilem
habuit. Pro periclitantium enim capite non solum eloquentia sua uti sed et verecundia abuti paratus erat.

Sertorius vero corporis robore atque animi consilio parem nature indulgentiam expertus, proscriptione Si-
llana Lusitanorum dux fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset ne cum Romanis universa acie con-
fligere vellent, vafro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum consti-
tuit equos, validissimum alterum, alterum infirmissimum. Ac deinde validi caudam ab imbecillo
sene paulatim carpi, infirmi a iuvene eximiarum virium universam convelli iussit. Obtempera-
tum imperio est. Sed dum adolescentis dextera irrito se labore fatigat, senio confecta manus
ministerium executa est. Tunc barbare contioni quorsum ea res tenderet cognoscere cupi-
enti subiecit equi caude consimilem esse nostrum exercitum, cuius partes aliquis aggrediens opprime-
re possit, universum conatus prosternere celerius tradiderit quam occupaverit. Ita
gens barbara aspera et regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuebat oculis pervidit.

Fabius autem Maximus cuius non dimicare vincere fuit, cum precipue fortitudinis Nolanum peditem dubie
fidei suspectum et strenue opere Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris haberet, ut utrumque
potius bono milite uteretur quam in utrumque animadverteret, alteri suspitionem suam dissimulavit, in

alterius disciplinam a recto tenore deflexit. Namque illum bene pro tribunali laudando, cui gratie honoris prosequendo animum suum a prius ad Romanos coegit revocare. Et hunc clarum meretricem redimere passo patientissimum pro nobis excussionemque reddidit; || Veniam nunc ad eos quibus salus astutia quesita est.

Molusius edilis plebis proscriptus assumpto ysiaci habitu per itinera vias publicas stipem petens quisnam re vera esset occurrentes dignoscere passus non est. Eo quod fallacie genere tectus in M. Bruti castra pervenit. Quid illa necessitate miserius, que magistratum populi romani abiecto honoris pretexto alienigene religionis obscuratum insignibus per urbem iussit incedere. O nimis hi sue vite aut illi aliene mortis cupidi qui talia vel ipsi sustinuerunt vel alios perpeti coegerunt.

Aliquanto speciosior Sentius Saturninus Vetulonis in eodem genere casus ultime sortis auxilium. Cum a triumviris inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo preture insignia invasit, precedentibus quoque in modum lictorum et apparitorum et servorum publicorum subornatis vehicula comprehendit, hospitia occupavit, obvios summovit. Ac tam audaci usurpatione imperii in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras effudit. Idem ut puteolos venit perinde ut publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis navibus in siciliam certissimum tunc proscriptorum perfugium penetravit.

His uno adiecto levioris note exemplo ad externa recurram. Amantissimum quidam filii cum eum in concessis ac periculosis feminarum amoribus ab insana cupiditate patris inhibere vellet, salubri eum filio patrium indulgentia temperavit. Petiit enim ut prius ad eam quam diligebat iret, vulgari et permissa venere uteretur. Quo pater obsecutus adolescens, infelicis animi impetum satietate licentis concubitus resolutum, ad id quod non licebat tardiorem pigrioremque afferens, paulatim deposuit;

Cum Alexander Macedonum rex sorte monitus ut eum qui sibi porta egresso primus occurrisset interfici iuberet, asinarium forte sibi obviam factum ad mortem abripi imperasset, eoque querente quidnam se immerentem capitali supplicio innocentemque addiceret, cum ad excusandum factum suum oraculi preceptum retulisset, Asinarius si ita est inquit rex, alium sors huic morti destinavit. Nam asellus quem ego ante me agebam prior tibi occurrit. Delectatus Alexander et illius tam callido dicto et quod ipse revocatus ab errore erat, occasionem in aliquanto viliore animali expiande religionis rapuit. Summa in hoc mansuetudo, in alterius regis equisone calliditas;

Sordida magorum dominatione oppressa, Darius rex adiutoribus eiusdem dignitatis assumptis, pactum cum his consortibus fecit, ut equis insidentes solis ortu cursum in quendam locum dirigerent, isque regno potiretur cuius equus in eo primum hinnitum edidisset. Ceterorum maxime mercedis competitoribus fortune beneficium expectantibus, solus acumine equisonis sui Ebaris prosperum exoptate rei effectum assecutus est. Qui in eque genitales partes demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admovit. Quo odore irritatus ante omnes hinnitum edidit, audito quoque eo sex reliqui summe potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt. Quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento;

Bias autem cuius sapientia diuturnior inter homines est quam patria pene fuit, siquidem hec etiam nunc spirat, illius perinde atque extincte vestigia tamen extant, ita aiebat oportere homines in usu amicitie versari

ut meminisset eam ad gravissimas inimicitias posse converti. Cuius quidem precepti prima species nimis fortasse callidum videatur inimicamque simplicitati, qua precipue familiaritas gaudet; sed si altius animo cogitatio demissa fuerit, perquam utile reperietur.

Lapsacene vero urbis salus unius vaferrimi beneficio constitit. Nam cum ad exitium eius summo studio Alexander ferretur, progressumque extra menia Anaximenem preceptorem suum vidisset, quia manifestum erat futurum ut preces suas ire eius opponeret, non facturum se quod petisset iuravit. Tunc Anaximenes "peto" inquit "ut Lapsacum diruas." Hec velocitas sagacitatis oppidum vetusta nobilitate inclitum exitio cui destinatum erat subtraxit.

Demosthenis quoque astutia mirifice cuidam anicule succursum est, que pecuniam depositi nomine a duobus hospitibus acceperat ea condicione ut illam simul utrisque redderet. Quorum alter interiecto tempore tamquam mortuo socio squalore obsitus decepte omnes nummos abstulit. Supervenit deinde alter et depositum petere cepit. Herebat misera in maxima pariter et pecunie et defensionis penuria, iam de laqueo et suspendio cogitabat. Sed oportune Demosthenes ei patronus affuit. Qui ut in advocationem venit, "mulier" inquit "parata est depositi se fide solvere. Sed nisi socium adduxeris, id facere non potest, quoniam, ut ipse vociferaris, hec dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeraretur."

Ac ne illud quidem parum prudenter. Cum Athenis universo populo invisus causam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem subito petere cepit, non quia speraret se illum consequi posse, sed ut haberent homines ubi procursum ire, qui acerrimus esse solet, effunderent. Neque eum tam callida consilii ratio fefellit. Comitiorum enim clamore infesto et crebris totius contionis sibilis vexatus nota etiam denegati honoris perstrictus, eadem plebs paulo post in discrimine vite clementissima suffragia expertus est. Quod si adhuc ultionis sitienti capiti suo periculum obiecisset, nullam partem defensionis odio obserate aures recepissent.

Huic vaferrimo consilio illa calliditas superior. Hanibal a Iulio consule navali prelio victus timensque amisse classis penas dare offensam astutia avertit. Nam ex illa infelici pugna priusquam cladis nuntius domum perveniret, quendam ex amicis compositum et formatum Kartaginem misit. Qui postquam civitatis eius curiam intravit, "consulit vos" inquit "Hanibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias advenerit, an cum eo confligere debeat." Acclamavit universus senatus non esse dubium quin oporteret. Tum ille "conflixit" inquit "et superatus est." Ita liberum his non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuisse iudicaverant.

Idem Hanibal Fabium Maximum invictam armorum suorum vim saluberrimis cunctationibus pugne ludificantem, ut aliqua suspicione trahendi belli respergeret, totius Ytalie agros ferro atque igne vastando unius eius fundum immunem ab hoc iniurie genere reliquit. Profecisset ~~aliquid~~ aliquid tanti beneficii insidiosa adumbratio, nisi Romane urbi et Fabii pietas et Hanibalis vafri mores fuissent notissimi.

Tusculani etiam acumine consilii incolumitas parta est. Cum enim crebris rebellationibus meruissent ut eorum urbem funditus Romani evertere vellent, atque ad id exequendum Furius Camillus maximus dux validissimo instructus exercitu venisset, universi ei togati obviam processerunt, commeatusque et cetera pacis munera benignissime prestiterunt. Armatum etiam intra menia passi sunt nec vultu nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitie nomen verum etiam ad communionem civitatis usque penetraverunt. Sagaci [illegible]

usi simplicitate quam apti esse intellexerant metum officio dissimulare quam armis protegere.

Et Volscorum ducis Tulli execrabile consilium. Qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot adversis preliis contusos animos suorum et ob id paci promptiores animadverteret, insidiosa ratione quo volebat compulit. Nam cum spectandorum ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam convenisset, consulibus dixit vehementer se timere ne quid hostile subito molirentur. Monuitque ut essent cautiores, et protinus ipse urbe egressus est. Quam rem consules ad senatum detulerunt, qui tametsi nulla suspicio subierat, auctoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volsci abirent decrevit. Qua contumelia irritati facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium versuti ducis, simulatione benivolentie involutum, duos simul populos fefellit, Romanum ut insontes notaret, Volscum ut deceptis irasceretur.

Volsci pluries victi fuerant a Romanis et ideo tamquam corpore ... bant cum Romanis stare in pace, sed Tullus dux ipsorum Volscorum appetens bellum invenit cum Romanis malivolencie ... viam et bellum movetur.

Stragemata ca. iiij.

Illa vero pars calliditatis egregia et ab omni reprehensione procul remota, cuius opera quia appellatione vix apte exprimi possunt, greca pronuntiatione stragemata dicuntur. Omnibus militaribus copiis Tullus Hostilius Fidenas aggressus, que surgentis imperii nostri incunabula crebris rebellationibus torpere passe non sunt, finitimisque tropheis ac triumphis alitam virtutem eius spiritusque sua ulterius promovere docuerunt. Metii Fuffetii dux Albanorum dubiam et suspectam semper societatis sue fidem repente in ipsa acie detexit. Detecto enim Romanorum exercitus latere, in proximo colle consedit, pro adiutore speculator pugne futurus, ut aut victis insultaret aut victores fessos aggrederetur. Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset, cum eodem tempore et hostes confligere et auxilia deficere cernerent. Itaque ne id fieret Tullus providit. Concitato enim equo omnes pugnantium globos percurrit, predicans suo iussu secessisse Metium, eumque cum ipse signum dedisset invasurum Fidenatium terga. Quo imperatoris artis consilio metum fiducia mutavit, proque trepidatione alacritate suorum pectora replevit.

Nota quod Albani erant tunc socii Romanorum sed non pura fide ut patet de isto duce Metio.

Et ne continuo a nostris regibus recedam, Sextus Tarquinius Tarquinii filius, indigne ferens quod patris viribus expugnari Gabii nequirent, valentiorem armis excogitavit rationem, qua interceptum illud oppidum Romano imperio adiceret. Subito namque se ad Gabios contulit, tamquam parentis sevitiam et verbera, que voluntate sua perpessus erat, fugiens, ac paulatim uniuscuiusque fictis et compositis blanditiis alliciendo benivolentiam, ut apud omnes plurimum posset consecutus, familiarem suum ad patrem misit, indicaturum quemadmodum cuncta in manu sua haberet, et quesiturum quidnam fieri vellet. Iuvenili calliditati senilis astutia respondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuntii parum credulus, nichil respondit. Sed seducto eo in ortum, maxima et altissima papaverum capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio simul ac patris facto, causam alterius argumenti providit. Nec ignoravit precipi sibi ut excellentissimum quemque Gabinorum aut exilio summoveret aut morte consumeret. Ergo spoliatam bonis propugnatoribus civitatem tantum non vinctis manibus ei tradidit.

Illud quoque maioribus et consilio prudenter et exitu feliciter provisum. Cum enim urbe capta Galli Capitolium obsiderent, solamque potiendi eius spem in fame eorum repositam animadverterent, per quam callido genere consilii unico perseverantie irritamento victores spoliaverunt: panes enim iacere compluribus e locis ceperunt.

Galli crediderunt semetipsos ad ... omittendam obsidionem.

Quo spectaculo obstupefacti infinitamque frumenti abundantiam nostris superesse credentes
ad pactionem omittende obsidionis compulerunt. Dimissus est tunc profecto Iupiter romane vir-
tutis presidium ab astutia mutuantibus, cum summam alimentorum inopiam proiici presidia
inopie cerneret. Igitur ut vafro ita periculoso consilio salutarem exitum dedit;

Idemque Iupiter postea prestantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propitius aspiravit.
Nam cum alterum Italie latus Hanibal laceraret, alterum invasisset Hasdrubal, ne duorum fratrum
iuncte copie intolerabili onere fessas simul res nostras urgerent, hinc Claudii Neronis vi-
gens consilium, illinc Livii Salinatoris inclita prudentia effecit. Nero enim compresso a se in Luca-
nis Hanibale presentiam suam quam ita ratio belli desiderabat mentitus hosti ad opem collegi feren-
dam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in Umbria apud Metaurum flumen
proximo die dimicaturus summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit. Tribunos
enim a tribunis, centuriones a centurionibus, equites ab equitibus, pedites a peditibus excipi
iussit. ac sine ulla tumultuatione solo vix uno exercitu sapienter alterum inseruit. Quo eveniret
ne Hasdrubal cum duobus se consulibus preliaturum prius sciret quam utriusque virtute prosterneretur.
Ita illa toto terrarum orbe infamis punica calliditas romana elusa prudentia Hanibalem
Neroni, Hasdrubalem Salinatori decipiendum tradidit;

Memorabilis etiam consilii Q. Metellus, qui cum proconsule bellum in Hyspania gereret, urbem
que Trebiam caput eius gentis viribus expugnare non posset, intra pectus suum multum ac diu con-
siliis agitatis viam repperit qua propositum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingredie-
batur, cum interim tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinate ac subite
fluctuationis. Interrogatus quoque a quodam amicissimo sibi quid ita sparsum et incertum militie ge-
nus sequeretur, Absiste inquit istud querere. Nam si huius consilii mei interiorem tunicam conscia-
m esse sensero, continuo eam cremari iubebo. Quorsum igitur ista dissimulatio erupit, aut quem
finem habuit. Postquam et exercitum suum ignorantia et totam Celtiberiam errore implicavit, cum
alio cursum direxisset, subito ad Trebiam reflexit, eamque inopinatam et attonitam oppres-
sit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset, ad ultimam ei senectutem apud menia
Trebie armato sedendum foret.

Externa.

Agathocles autem Siracusarum rex audacter callidus. Cum enim urbem eius maiore ex parte
Kartaginenses occupassent, exercitum suum in Affricam traiecit, ut metum metu, vim vi
discuteret. Neque sine effectu. Nam repentino eius adventu perculsi peni libenter incolu-
mitatem suam salute hostium redemerunt, pacti que sunt ut in eodem tempore et Affrica siculis et Sicilia
punicis armis liberaretur. Agathocles agere Siracusanorum menia si tueri perseverasset, illa be-
lli malis urgeretur, bona pacis fruenda secure Kartagini reliquisset. Nunc inferendo que
patiebatur dum alienas potius lacessit opes quam suas tuetur, quo equiore animo regnum
deseruit eo tutius recepit;

Romulion. Illa fraus affricana infamis toto orbe terrarum decepta a romana prudentia tradidit Hanibalem decipiendum Neroni et Hasdrubalem Salinatori.

Quando alias atque alias regiones petebat, hos obsidebat motos, paulopost ad illos transgrediebatur.

Quid hanibal.

Quid Hanibal? Canensem populi romani aciem non prius quam ad dimicandum descenderet compluribus astutie co-
pulatam laqueis ad tam miserabilem perduxit exitum. Ante omnia enim prouidit ut et solem et puluerem
qui ibi uento multus excitari solet aduersum haberet. Deinde partem copiarum suarum inter ipsum prelii tempus
de industria fugere iussit, quam cum a reliquo exercitu abruptam legio romana insequeretur trucidan-
dam eam ab his quos in insidiis collocauerat curauit. Postremo quadringentos equites subor-
nauit qui simulata transitione peterent consules. A quo iussi more transfugarum depositis armis
in ultimam pugne partem secedere, districtis gladiis quos inter tunicas et loricas abdiderant
poplites pugnantium romanorum inciderent. Hec fuit punica fortitudo, dolis et insidiis et fallacia
instructa, que nunc certissima circumuenite uirtutis nostre excusatio est, quoniam decepti magis quam
deuicti sumus.

De repulsis ca. 9m. 7i.

Campi quoque representata conditio ambitiosam ingredientibus uiam ad fortius sustinendos parum
prosperos comitiorum euentus utiliter instruxerit, quia propositis ante oculos clarissimorum uirorum re-
pulsis ut non minore cum spe honoris ita prudentiore cum animi iudicio petent, memineruntque nefas
non esse aliquid ab omnibus uni negari, cum sepenumero singuli cunctorum uoluntatibus resistere fas esse
duxerint, scientes et patientia queri debere quod gratia impetrari nequiuerit.

Q. Elius Tubero a Q. Fabio Maximo epulum populo nomine P. Affricani patrui sui dante rogatus ut
triclinium sterneret, lectulos punicatos pellibus edinis strauit et pro argenteis uasis samia expo-
suit. Cuius rei deformitas sic homines offendit ut cum alioquin uir egregius haberetur comitiisque pretoriis
candidatus in campum L. Paulo auo et P. Affricano auunculo nixus descendisset, repulsa inde abi-
ret notatus. Nam ut priuatim semper continentiam probabat, ita publice maxima cura splendoris habita
est. Quocirca urbs non unius conuiuii numerum, sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ruborem
epuli suffragiis suis uindicauit.

P. autem Scipio Nasica, togate potentie clarissimum lumen,
qui consul Iugurthe bellum indixit, qui matrem Ydeam a Phrigiis sedibus ad nostras aras focosque
migrantem sanctissimis manibus accepit, qui multas et pestiferas seditiones auctoritatis sue robore oppressit,
quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est, cum edilitatem curulem adolescens peteret manumque
cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset, ioci gratia interrogauit eum num
manibus solitus esset ambulare. Quod dictum a circumstantibus exceptum ad populum manauit, causamque re-
pulse Scipioni attulit. Omnes namque rustice tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes iram
suam aduersus contumeliosam eius urbanitatem distrinxerunt. Igitur ciuitas nostra nobilium iuuenum inge-
nia ab insolentia reuocando magnos et utiles ciues fecit, honoribusque non patiendo eos a se-
curis peti debitum auctoritatis pondus adiecit.

Nullus error talis in L. Emilio Paulo commissus
est, sed tamen aliquotiens frustra consulatum petiit. Idemque cum iam campum repulsis suis fatigas-
set, bis consul et censor factus est. Amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit. Cuius uirtutem iniu-
rie non fregerunt, sed acuerunt, quoniam quidem ipsa nota accensam cupiditatem summi honoris ardentiorem
ad comitia detulit, ut populum quia nobilitatis splendore et animi bonis mouere non poterat pertinacia uinceret.

At Cecilium Metellum pauci et mesti amici consulatus repulsa afflictum tristitia ac rubore
plenum domum reduxerunt. Eundem de Pseudo Philippo triumphantem uniuersus senatus letum et alacrem

in capitolium prosecutus est. Achaici etiam belli cui summam manum L. Mummius adiecit maxima pars
ab hoc uiro profligata est. Ei ne quidem populus consulatum negare potuit cui mox duas clarissimas
prouincias aut daturus erat aut debiturus Achaiam aut Macedoniam. et quod hoc facto meliore eo auctore
usus est. Intellexit enim quam iniuste sibi gerendus esset consulatus quem tanto labore impetrari sensit.
Quid tam excellens quid tam opulentum quam L. Silla. diuitias imperia largitus est. leges uetu-
stas abrogauit nouas tulit. hic quoque in eo campo cuius postea dominus extitit repulsa preture suggillatus
est. Omnia loca petita honoris si quis modo deorum formam et ymaginem future ei potentie pre oculis
representasset impetraturum. Sed ut Romanorum comitiorum maximum crimen referam. M. Porcius Cato
plus moribus suis preture decoris aditurus quam pretexto eius splendoris ipse laturus consequi illam
a populo aliquando non potuit. proxima dementie suffragia. Que quidem satis graues penas erro-
ris sui pependerunt. quoniam quem honorem Catoni negauerant Uatinio dare coacti sunt. Ergo si uere
extimare uolumus non Catoni tunc pretura sed preture Cato denegatus est. De necessitate capitulum.

Abhominande quoque necessitatis amarissime leges et truculentissima imperia tum urbem nostram tum
etiam exteras gentes multa non intellectu tantum sed etiam auditu grauia perpeti coegerunt. Exempla.

Nam aliquot aduersis preliis secundo punico bello exhausta militari iuuentute romana senatus auc-
tore Tito Graccho consule censuit. ut publice seruorum aduersus propulsandorum hostium impetum eme-
rentur. Eaque de re per tribunum plebis apud populum lata rogatione tres creati sunt uiri qui quatuor
et uiginti milia seruorum comparauerunt. Adactosque iureiurando strenuam se fortemque operam
daturos quoad peni essent in Italia datis armis in castra miserunt. Ex Apulia etiam et a Pedicu-
lis septuaginta atque ducenti ad supplementum equitatus sunt empti. Quanta uiolentia est casus acerbi.
Que ciuitas ad id tempus ingenue quoque originis capite censos habere milites fastidierat. eadem cellis
seruilibus extracta corpora et a pastoralibus casis collecta mancipia uelut precipuum firmamentum exer-
citui suo adiecerat. Cedit igitur interdum generosus spiritus utilitati et fortune uiribus succumbit. ubi nisi
tutiora consilia legeris speciosa sequenti concidendum est.

Cannensis autem clades adeo uehementer urbem nostram confudit ut M. Iunii opera dictaturam rei
publice administrantis spolia hostium affixa templis deorum numini consecrata instrumento mili-
tie futura conuellerentur ac pretextati pueri arma induerent addictorum etiam et capitali crimine da-
mnatorum sex milia conscriberentur. Que si per se aspiciantur aliquid ruboris habeant. si ut
admotis necessitatis uiribus ponderentur seuitie temporis conuenientia presidia uidebuntur.

Propter eandem cladem senatus Octacilio qui Siciliam Cornelio Mammule qui Sardiniam
pro pretoribus obtinebant querentibus quod neque stipendium neque frumentum classibus eorum et exercitibus socii
preberent affirmantibus etiam ne habere quidem eos unde id prestare possent rescripsit. erarium longinquis
impensis non sufficere. proinde quo pacto tante inopie succurrendum esset ipsi uiderent. His
litteris quid aliud quam imperii sui gubernacula e manibus abiecit. Siciliamque et Sardiniam benignissimas
urbis nostre nutrices gradus et stabilimenta bellorum tanto sudore et sanguine in potestatem redactas pau-
cis uerbis ita scilicet necessitate iubente dimisit.

Eadem Casilinates obsidione Hannibalis clausi alimentorumque facultate defecti lora

Abrogare · abnegare auferre de mere;

Vel generosus i. nobilis et magnanimus spiritus cedit interdum utilitati et non respiciat uerecundiam. nam in casu extreme necessitatis non est nisi utile fugere licet uerecundie cedat et ipse generosus spiritus succumbit se uiribus fortune ubi nisi elegeris tutiora consilia concidendum homini sequenti speciosa scilicet illi qui uult primo mori quam fugere in casu extremo;

Senatus rescripsit Octacilio qui pro pretore obtinebat Siciliam pro pretore et rescripsit Cornelio et cum conquerentibus ipsis quod socii romani de prouinciis illis neque preberent stipendium neque frumentum eorum classibus et exercitibus etiam affirmantibus ipsis Octacilio et Cornelio certe eos non habere unde possent id quo indigebant prestare rescripsit dicens senatus erarium non sufficere longinquis impensis propter eandem cladem scilicet Cannensem proinde ipsi Octacilio et Cornelio prouiderent;

necessariis vinculorum usibus subducta e quo scutis detractas pelles fervente resolutas aqua mandere voluistis. Quid illis si acerbitatem casus intueare miserius? si constantiam respicias fidelius? qui ne a romanis desciscerent tali uti cibo sustinuerunt cum pinguissima arva sua fertilissimosque campos menibus suis subiectos intuerentur. Itaque campanie urbis que punicam feritatem delitiis suis cupide fovit in propinquo situm Casilinum modo parvum virtute clarum perseverantis amicitie pignore impios oculos verberavit.

In illa obsidione et fide cum trecenti prenestini permanerent evenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere quam ipse potius levande famis gratia consumere mallet. Sed credo deorum providentia et venditori et emptori quem uterque merebatur exitum attribuit. Avaro enim et fame consumpto manubiis sordium suarum frui non licuit. Et equi animi vir ad salutarem impensam faciendam care quidem verum necessarie comparato cibo vixit. C. autem Mario Cn. Carbone consulibus civili bello cum L. Silla dissidentibus quo tempore non rei publice victoria querebatur sed premium victorie res publica erat senatus consulto aurea atque argentea templorum ornamenta ne militibus stipendia deessent conflata sunt. Digna enim causa erat uter eorum crudelitatem suam proscriptione civium satiarent ut dii immortales spoliarentur. Non ergo patrum conscriptorum voluntas sed teterrime necessitatis truculenta manus illi consulto stilum suum impressit.

Divi Iulii exercitus invicti ducis invicta dextra cum armis Mundam clausisset aggerique extruendo materia deficeret congerie hostilium cadaverum quam desideraverat altitudinem instruxit eamque tragulis et pilis quia roboree sudes deerant magistra nove molitionis necessitate usus vallavit. Atque ut divinam filii mentionem celestis patris recordatio subsequatur cum effusum se in nostras provincias parthorum rex Phrahates videret minaeque impio eius regiones subito indicti tumultus denuntiatione quaterentur tanta in Bosphorano tractu commeatus penuria incessit ut sex milibus denariis singula vasa olei frumentique modiis totidem mancipia permutarent. Sed angustissimas tempestates Augusti cura tutele et tecti vacans dispulit.

Cretensibus nulli tale presidium affulsit qui obsidione Metelli ad ultimam penuriam compulsi sua iumentorumque suorum urina sitim torserunt iustius dixerim quam sustentaverunt quia dum vitam timent id passi sunt quod eos ne victor quidem pati coegisset.

Numantini autem a Scipione vallo et aggere circumdati cum omnia que famem eorum trahere poterant consumpsissent ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt. Quapropter capta iam urbe complures inventi sunt artus et membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. Nulla est in his necessitatis excusatio. Nam quibus mori licuit sic vivere necesse non fuit.

Horum truces pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum execrabilis impietas supergressa est qui quo perseverantius interempti Sertorii cineribus obsidionem Cn. Pompei frustrantes fidem prestarent quia nullum iam aliud in urbe eorum supererat animal uxores suas natosque ad usum nefarie dapis verterunt. Quo quidem diutius

Itaque Casilinum situm in propinquo i. prope campaniam civitatem modo i. nunc parvum i. ... virtute clarum perseverantis amicitie pignore verberavit impios oculos urbis campanie que urbs cupide fovit punicam feritatem suis delitiis.

infelices cadaverum reliquias salire non dubitavit.

armata iuventus viscera sua visceribus suis aleret. En quis aliquem in acie hortatus esset ut
pro salute coniugum et liberorum fortiter dimicaret. Ex hoc nimirum hoste tanto duci
pena magis quam victoria petenda fuit, quia plus vindicte laudis quam vincenti glorie afferre potuit.
Cuius omne serpentium ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superavit. Nam que illis
dulcia vite pignora proprio spiritu cariora sunt, ea Calaguritanis prandia atque cene extiterunt.

De testamentis que rescissa sunt. Capitulum VII. Rubrica

Tacemus nunc negotio quod actorum hominis et precipue cure et ultimi est tempo-
ris. Consideremusque que testamenta aut rescissa sunt legitime facta aut cum
merito rescindi possent rata manserunt, queve ad alios quam qui expectabant honorem
hereditatis transtulerunt. Atque ita ut eo ordine quo proposui exequar, militantis cuiusdam
pater, cum de morte filii falsum e castris nuntium accepisset, aliis institutis heredibus scriptis dece-
ssit. Peractis deinde stipendiis adolescens domum petiit, errore patris, impudentia amicorum
domum sibi clausam repperit. Quid enim illis inverecundius? Florem iuvente pro re publica ab-
sumpserat. Maximos labores ac plurima pericula toleraverat. Adverso corpore exceptas
cicatrices ostendebat et postulabat ut avitos eius lares otiosa ipsi urbi onera possiderent.
Itaque adolescens depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam. Acerbe autem
improbissimis enim heredibus de paternis bonis apud centumviros contendit omnibusque non solum con-
siliis sed etiam sententiis superior discessit. Item M. Annei Carseolani splendidissimi eq-
uitis romani filius a Suffenate avunculo suo adoptatus testamentum naturalis patris quo preteritus erat
apud centumviros rescidit. Cum eo Tullianus Pompeii magni familiaris ipso quidem Pompeio signa-
tore heres scriptus esset. Itaque illi in iudicio plus cum excellentissimi viri gratia quam cum parentis cine-
ribus negotii fuit. Ceterum quamvis utraque hec adversus niterentur, tamen paterna bona obtinuit. Nam
L. quidem Sextilius et Publius Popilius, quos M. Anneus sanguine sibi coniunctos eadem ex parte qua Tullianum
heredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt, tametsi precipuis eo tempore
magni viribus ad defendendas tabulas testamenti invitari poterant, et aliquantum adiuvabat heredes
quod M. Anneus in Suffenatis familiam ac sacra transierat. Sed artissimum inter homines procreationis
vinculum patris simul voluntatem et principis auctoritatem superavit.

G. autem Tettium a patre infantem exheredatum, Petronia matre, quam Tettius quoad vixit in matri-
monio habuerat, natum divus Augustus in bona paterna ire decreto suo iussit, patris patrie ani-
mo usus, quoniam Tettius in proprio lare procreato filio summa cum iniquitate patrium nomen abrogaverat.

Septitia quoque mater Trachulorum Ariminensium irata filiis in contumeliam eorum cum iam parere
non posset Publio seni admodum nupsit, testamento etiam utroque preterito. A quibus aditus divus Augustus
et nuptias mulieris et suprema iudicia improbavit. Nam hereditatem maternam filios habere
iussit, dotem quia non creandorum liberorum causa coniugium intercesserat virum retinere ve-
tuit. Si ipsa equitas hac de re cognoscere potuit, ne iustius aut gravius pronuntiaret. Spernis quos
genuisti, nubis effeta, testamentorum ordinem violento animo confundis, nec erubescis ei totum patrimo-
nium adiicere, cuius polluto iam corpori marcidam senectutem tuam substravisti. Ergo dum sic te geris ad
inferos usque celesti fulmine afflata es.

Item Carseolanus non reliquit filium suum heredem sed reliquit Tullianum familiarem Pompeii ipso Pompeio signatore. Igitur plus negotii fuit illi filio cum gratia excellentissimi viri Pompeii in iudicio quam cum cineribus id est testamento parentis sui patris.

Egregia quoque C. calphurnii pisonis pretoris urbis constitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo filiis quos
in adolescentiam perduxerat ab uno in adoptionem dato exheredatum se querelam detulisset bonorum ado-
lescentis possessionem ei dedit heredesque lege agere passus non est. Movit profecto pisonem patria
maiestas donum vite beneficium educationis sed aliquid etiam flexit circumstantium liberorum numerus qui cum
patre septem fratres impie exheredatos videbat. Quid Mamerci emilii lepidi consulis quam
grave decretum. Genucius quidam matris magne gallus a Cn. oreste pretore urbis impetraverat ut re-
stitui se in bona Nevii anicii iuberet quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus
Mamercus a Surdino cuius libertus genucium heredem fecerat pretoriam iurisdictionem abrogavit quod diceret Genucium
amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus nec virorum nec mulierum numero haberi debere. Conveniens Ma-
merco conveniens principi senatus decretum quo provisum est ne obscena genucii presentia inqui-
nataque voce tribunalia magistratuum sub specie petiti iuris pollverentur.

Multo Q. Metellus pretorem urbanum severiorem egit quam orestes gesserat qui vecelio lenoni bonorum
vibieni possessionem secundum tabulas testamenti non dedit quia vir nobilissimus et gravissimus fori ac lupanaris se-
parandam conditionem existimavit nec aut factum illius comprobare voluit qui fortunas suas in stabulum
contaminatum proiecerat aut huic tamquam integro civi iura reddere qui se ab omni honesto vite ge-
nere abruperat. Que testamenta rata manserunt cum causas haberent cur rescindi possent. ca. viii. 4a

His rescissorum testamentorum exemplis contentus attingam ea que rata manserunt cum causas haberent
propter quas rescindi possent. Summe et note insanie tuditanus utpote qui populo nummos sparsit
togamque velut tragicam vestem in foro trahens maximo cum hominum risu conspectus fuit ac multa his
consentanea fecerit. Testamento filium constituit heredem quod Tiberius longus sanguine ei proximus ha-
ste iudicio subvertere frustra conatus est. Magis enim centumviri quod scriptum erat in tabulis
quam quis eas scripsisset considerandum existimaverunt. Vita tuditani demens. Ebutie autem que
L. Menenii agrippe uxor fuerat tabule testamenti plene furoris. Nam cum haberet duas simillime pro-
bitatis filias pletoniam et afroniam animi sui potius inclinatione provecta quam ullis alterius iniuriis
aut officiis commota pletoniam tantummodo heredem instituit filiis etiam afronie ex admodum amplo pa-
trimonio viginti milia nummum legavit. Afronia tamen cum sorore sacramento contendere no-
luit testamentumque matris patientia honorare quam iudicio convellere satius esse duxit eo se ipsa
indigniorem iniuria ostendens quo eam equiore animo sustinebat. Minus mirandum errorem
muliebrem Q. metellus fecit. Is namque plurimis et celeberrimis eiusdem nominis viris in urbe nostra
vigentibus claudiorum et familia quam artissimo sanguinis vinculo contingebat florente carrina-
tem solum heredem reliquit nec hoc testamentum eius quisquam attemptavit. Iter pompeius reginus vir
transalpine regionis cum testamento fratris preteritus esset et ad coarguendam iniquitatem eius binas
tabulas testamentorum suorum in comitio incisas habita utriusque ordinis maxima frequentia
recitasset in quibus magna ex parte heres frater erat scriptus plegaturusque ei centies et quinquagies
sestertium multum ac diu inter assentientes indignationi sue amicos conquestus quod haste iudicium
attinuit cineres fratris quietos esse passus est. Et erant instituti ab eo heredes neque sanguine
pagano pares neque proximi sed alieni et humiles ut non solum flagitiosum silentium sed et platio
contumeliosa videretur. Eiusdem felicitatis impunitatis sed nescio an tectoris hec delicti testamenta.

Surdinus fuit patronus nevianii qui nevianus reliquit etiam sua bona que acquisiverat genucio sed dedit dec[…] ab[…] in quibus bonis ipse genucius possessor fuit auctoritate horestis pretoris. Surdinus patronus dicti nevianii testamentum reclamavit sic ad mamercum consulem allegans quod nevianus sibi patrono nil reliquerat in testamento suo dicens nullam mentionem fecerat. Quibus auditis mamercus cassavit decretum pretoris qui iusserat dictum genucium debere possidere bona neviani.

reliquerat viri lenoni

testamenta de quibus dicit fuere eque felicis impunitatis quia non fuerunt rescissa, sed nescio an hec testamenta fuere tectoris delicti suspicionis an ex […]

Qui adu(er)s(us) opiniões ho(m)i(n)u(m) heredes h(ab)uer(un)t ca. ix(m). R(ubric)a.

q(ui) adu(er)s(us) opiniões ho(m)i(n)u(m) h(e)r(e)des h(ab)uer(un)t ca. viiij. r(ubric)a

Quibus ... cecilius

Q. Celius . L. lucull(i) promptissimo studio, maximaq(ue) lib(er)alitate et honestu(m) dignitatis grad(u)(m) (et) amplissimu(m) patrimoniu(m) consecut(us), cu(m) p(rae) se semp(er) tulisset unu(m) illu(m) sibi esse herede(m), moriens et anulos ei suos tradidisset, pomponiu(m) acticu(m) testamento adoptauit . om(n)iu(m)q(ue) bonoru(m) he-de(m) reliquit . S(ed) fallacis (et) insidiosi cadauer p(o)p(ulu)s roman(us) ceruicib(us) recte circumdatu(m) p(er) plateas trax(it). Itaq(ue) nefarius ho(mo) filiu(m) quide(m) (et) herede(m) habuit que(m) uoluit. funus au(tem) (et) exequias q(ua)les meruit;

Nec alijs dign(us) fuit T. Marc(ius) urinas, qui ab infimo militie loco beneficijs diui augusti imp(er)atoris ad sum(m)os castrenses honores p(ro)duct(us), coru(m)q(ue) uberrimis questib(us) locuples fact(us), no(n) solu(m) ceteris uite t(em)p(or)ib(us), ei se fortunas suas relinquere a quo acceperat p(re)dicauit, sed (et) p(r)idie q(uam) expiraret, ide(m) istud ipsi augusto dixit. Cu(m) intere(a) ne nom(en) quid(em) ei(us) tabulis testi(menti) adiec(it);

L. aut(em) valerius cui cognom(en) eptacordo fuit, togatu(m) hoste(m) corneliu(m) balbu(m) exp(er)t(us) utpo-te ope ei(us) (et) consilio complurib(us) priuatis litib(us) uexat(us), ad ultimu(m)q(ue) subiecto accusatore capitali crimi(n)e accusat(us), preteritis aduocatis (et) patronis suis, solu(m) herede(m) reliquit. Ani-mi(us) consternatio que a(n)i(mu)m ei(us) transuersu(m) egit . Amauit enim sordes suas (et) dilexit pi-cula (et) damnatione(m) uotis expetiuit, auctore(m) haru(m) reru(m) beniuolentia (com)pulsatore(m) odio (con)secut(us);

Et t(itus) barrul(us) lentulo spinteri, c(uius) amantissimu(m) a(n)i(mu)m liberalissimaq(ue) amicitia(m) sen-s(er)at, decedens anulos suos p(er)inde atq(ue) unico heredi tradidit, que(m) nulla ex p(ar)te here-de(m) relinquebat. Quatu(m) illo mom(en)to t(em)p(or)is conscia, si modo uires quas h(ab)ere creditur po-ssidet a teterrimo ho(m)i(n)e suppliciu(m) exegit. Inter ip(su)m enim fallacis (et) ingrate ani-m(us) cogitatione(m) spiritu(m) posuit, quasi tortore aliquo mente(m) ei(us) int(us) cruciante q(uod) ... e(t) uita ad morte(m) transitu(m) suu(m) et sup(er)is dijs inuisu(m) e(ss)e (et) inferis detestabile(m) futuru(m);

M. uero pili(us) senatorij ordinis, opp(iu)m gallu(m) ab ineunte etate familiarissimu(m) sibi mo-riens, pro uetusto iure amicitie (et) uultu benigno aspexit (et) uerbis magnu(m) p(er) se amore(m) ferentib(us) prosecut(us) est. Unu(m) et ex multis qui assidebant ultimo complexu et osculo di-gnu(m) iudicauit, sup(er)q(ue) anulos q(uo)q(ue) suos ei tradidit, uidelicet nequid ex ea hereditate qua(m) no(n) erat aditur(us) amitteret . Quos oc(u)lis uir diligens sed moriendo ami(ci), plenu(m) contume-lie ludibriu(m) in locellu(m) repositos, (et) a p(rese)ntib(us) assignatos diligentissime heredib(us) illi(us) ex-heres ip(s)e reddidit. Quid hoc loco inhonesti(us) aut quid intempesti(us)? Senator p(opuli) ro(mani) curia ex-cessus, homo uite fructib(us) continuo cariturus, sanctissima iura familiaritatis morte p(re)ssis oc(u)lis (et) sp(irit)u supremo anhelitu reddens, sanctum lusu sugillanda(m) sibi desumpsit;

Vallerij maximi liber vij(us). explicit . Incipit viij(us). Cap(itul)a octaui.

Infames rei quib(us) d(e) causis absoluti ut damnati s(un)t. ca. i(m)
De priuatis Judicijs insignib(us). ca. ij(m)
Que mulieres ap(u)d magist(ra)t(us) pro se aut alijs ca(usa)s eger(un)t. ca. iij(m)
De questionib(us). ca. iiij(m)
De testib(us). ca. v(m)
Que qui i(n) alijs uindicarat ip(s)i com(m)iserunt. ca. vi(m)
De studio (et) industria. ca. vij(m)
De otio. ca. viij(m)
Q(uan)ta uis eloq(ue)ntie (sit). ca. ix(m)
Q(ua)ntu(m) mom(en)tu(m) sit i(n) pronu(n)ciatione. ca. x(m)
Q(uo)s magni effect(us) arciu(m) sint. ca. xi(m)
Q(uod) unu(m)q(ue)m(que) de sua arte effica(cius) posse. ca. xij(m)
Que cuiusq(ue) artis optimu(m) (et) auctore(m) disputatore(m). ca. xiij(m)
De senectute. ca. xiiij(m)
De cupiditate glorie. ca. xv(m)
Que cui(us)q(ue) magnifica merito contigeri(n)t. ca. xvi(m)

certe co(n)sternatio i(d est) dem(en)tia m(en)tis egit a(n)i(mu)m ei(us) t(ra)nsuersu(m) q(ui)a amau(it) sordes suas (et) dilexit picula sue ui-te (et) expetiuit damnat(ionem) su(am) uotis. i(d est) tu(m) uotis ip(s)e eptacordo dicto (con)secut(us) actore(m) s(cilicet) corneliu(m) ... ...

Infames rei quibus de causis damnati aut absoluti sint. ca. i.

Nunc quo ut equiore animo ancipites iudiciorum motus tolerentur recordemur invidia laborantes quibus de causis aut absoluti sunt aut damnati.

Marcus Horatius interfecte sororis crimine a Tullo rege damnatus ad populum provocato iudicio absolutus est. Quorum alterum atrocitas necis movit, alterum causa flexit, quia immaturum illum virginis amorem severe magis quam impie punitum existimabat. Itaque forti punitione liberata fratris dextera tam consanguineo cruore quam hostili cruore gloriam haurire potuit. Acrem se tunc pudicitie custodem populus romanus, postea plus iusto placidum iudicem prestitit. Cum a L. Libone tribuno plebis Servius Galba pro rostris vehementer increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide pretor in Hispania interemisset, actionique tribunitie M. Cato ultime senectutis oratione sua quam in origine rettulit subscriberet, reus pro se iam nihil recusans parvulos liberos suos et Galli sanguine sibi coniunctum filium flens commendare cepit. Eoque facto mitigata contione qui omnium consensu periturus erat pene nullum triste suffragium habuit. Misericordia igitur illam questionem non equitas rexit, quoniam que innocentie tribui nequierat absolutio respectui puerorum data est.

Consentaneum quod sequitur. Aulus Gabinius in maximo infamie sue ardore suffragiis populi C. Memmio accusatore subiectus abrupte esse spei videbatur, quoniam et accusatio partes suas plene exhibebat et defensionis presidia invalida fide nitebantur, et qui iudicabant ira pariter penam hominis cupide expetebant. Igitur victor et carcer ante oculos obversabantur. Cum interim omnia ista propitie fortune interventu dispulsa sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmii supplex prostravit, inde aliquod fomentum procelle petens unde totus impetus tempestatis erupat. Quem truci vultu a se victor insolens repulsum excusso e manu anulo humi iacere aliquamdiu passus est. Quod spectaculum fecit ut Lelius tribunus plebis approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet, ac documentum daretur neque secundarum rerum proventu insolenter abuti neque adversis propere debilitari oportere. Id quod proximo exemplo eque patet.

Appii Claudii nescio religionis maior an patrie iniuria. Siquidem ille vetustissimum morem neglexit, hic pulcherrimam classem amisit. Infesto populo obiectus cum effugere debitam penam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit damnatione. Discussa enim questione aliam velut diis interpellantibus de integro instaurari non placuit. Ita cui maritima tempestas cause dictionem contraxerat celestis salutem attulit.

Eodem auxilii genere Tuccie virginis vestalis incesti criminis rea castitas infamie nube obscurata emersit. Que conscientia certe sinceritatis sue certa spe salutis ancipiti argumento ausa est petere. Arrepto enim cribro: Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper admovi manus, effice ut hanc hauriam e Tibri aquam et in edem tuam perferam. Audaciter et temere iactis votis sacerdotis rerum ipsa natura cessit.

Item L. Piso a L. Claudio Pulcro accusatus quod graves et intolerabiles iniurias sociis intulisset haud dubie ruine metum fortuito auxilio vitavit. Nam per id ipsum tempus quo triste de eo sententie ferebantur repentina vis nimbi incidit. Cumque prostratus humi pedes iudicum oscularetur, os suum ceno replevit. Quod conspectum totam questionem a severitate ad clementiam et mansuetudinem transtulit, quia satis iam graves eum penas sociis dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis ut abicere se tam suppliciter aut attollere tam deformiter cogeretur.

Subnectam duos accusatorum suorum culpa absolutos. Q. Flavius a C. Valerio edili apud populum reus actus, cum quattuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit se innocentem opprimi. Cui Valerius eque clara voce respondit nihil sua interesse nocens an innocens moreretur, dummodo periret. Qua violentia dictorum reliquas tribus adversario donavit. Abiecerat inimicum, eundem dum pro certo prostratum credidit erexit, victoriamque in ipsa victoria perdidit.

Gaius etiam Cosconius Servilia lege reus propter plurima et evidentissima facinora sine ulla dubitatione nocens, Valerii Valentini accusatoris eius recitato in iudicio carmine, quo puerum pretextatum et ingenuam virginem a se corruptam poetico ioco significaverat, erectus est. Siquidem iudices iniquum rati sunt eum victorem dimittere qui palmam non ex alio ferre sed de se dare merebatur. Magis vero Valerius in Cosconii absolutione damnatus quam Cosconius sua causa liberatus est.

Ex xxxv. tribubus erant xiiii. que Flavium respuerant, xxi. fuerunt in suo favore, in quo Valerius dicens se appetere mortem Flavii.

Iste Valerius Valentinus accusaverat Cosconium, de quo vidisset sine [illegible] damnatus fuisset nisi [illegible] id tempus quo debebat ferre sententia contra Cosconium ipse Valerius recitasset [illegible] quod [illegible] fingebat se ipsum [illegible] puerum pretextatum et ingenuam virginem; tale carmen vituperosum absolvit ipsum Cosconium et dampnavit se ipsum Valerium.

Attingat eos q̄ quor͞ salus propriis obruta criminibus proximor͞ claritati donata ē. Aulum Attilium calatinum Soranor͞ oppidi proditōe reum / admodum infamem / imminentis damnatōis periclo pauca uerba .e. marci scauri subtraxerunt / quibus affirmauit si in eo crimine sontem illum esse compisset dixerptum se fuisse affirmare. Continuo ē ip̄e pene iam exploratam sententiam suam omni iudicio concessit. indignum tamen eius testimonio nō credere / cui difficillius rei. p̄ tēpibus / bn̄ se erat credidisse meminerat.

Marcus emilius scaurus repetundar͞ reus / adeo perditam & comploratam defensionem in iudicium contulit / ut cum accusator diceret lege sibi centum atque uiginti hominibus denuntiare testimonium licere / seque nō recusare quominus absolueretur si totidem nominasset / quibus in prouincia nichil abstulisset tam bona condicione uti nō potuerit tamen propter uetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est. Sed quadmodum splendor amplissimor͞ uiror͞ in protegendis reis plurimum ualuit ita in opprimendis nō sane multum potuit. quinim̄ euidenter noxiis dum eos acrius impugnat profuit;

P. scipio emilianus cottam apud populum accusauit cuius causa quamquam grauissimis criminibus erat confossa septies ampliata / & ad ultimum octauo iudicio absoluta ē. quia homines uerebant ne precipue accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Quos hec secum locutos crediderim. Nolumus caput alterius petentem in iudicium triumphos & trophea / spolia quoque & deuictarum nauium rostra deferre. terribilis sit is aduersus hostem / ciuis uero salutem tanto fragore glorie subnixus ne insequatur. Tam uehementes iudices aduersus excellentissimum accusatorem quam mites in longe inferioris fortune reo;

Callidius bononiensis in cubiculo mariti noctu deprehensus cum ob id causam adulterii diceret / inter maximos & grauissimos infamie fluctus emersit / tamquam fragmentum naufragii / leue admodum genus defensionis amplexus. Affirmauit nam se ob amorem pueri serui eo esse perductum. Suspectus erat locus. suspectum tempus. suspecta matrisfamilie persona. suspecta et adolescentia ipsius. Sed crimen libidinis / confessio intemperantie liberauit.

Remissioris hoc. illud aliquanto grauioris materie exemplum. Cum parricidii causam / fratres clelii dicerent splendido tarracine loco nati / quor͞ pater .T. clelius in cubiculo quiescens / filiis altero cubantibus lecto / erat interemptus / neque aut seruus quisquam aut liber inueniretur / ad quem suspitio cedis pertineret / hoc uno nomine absoluti sunt quia iudicibus planum est factum illos aperto hostio inuentos esse dormientes. Somnus innoxie securitatis certissimus index miseris opem tulit. Iudicatum est enim / rerum naturam nō recipere / ut occiso patre / super uulnera & cruorem eius quietem capere potuerint;

Percurram nunc eos / quibus in causa dicenda / magis quam extra questionem erant nocuerit / quam sua innocentia opem tulit.

L. Scipio post speciosissimum triumphum de rege Anthiocho ductum / perinde ac pecuniam ab eo accepisset damnatus ē. Nō puto quod precio corruptus fuerat ut illum totius asie dominum etiam europe uictrices manus iniacientem ultra taurum montem summoueret. Sed alioquin uir sincerissime uite / & ab hac suspitione procul remotus / inuidie que tunc in duor͞ fratrum inclitis cognominibus habitabat / resistere non potuit;

Ac scipioni quidem maximus fortune fulgor. C. at deciano spectate integritatis uiro uox sua exitium attulit. Nam cum p. furium inquinatissime uite pro rostris accusaret. quia quadam in parte actionis de morte .L. saturnini queri ausus fuerat nec reum damnauit. Et insuper ei penas addicit rependit;

Sextum quoque titium similis casus prostrauit. Erat innocens erat agraria lege lata gratiosus apud populum tamen quod saturnini imaginem domi habuerat suffragiis eum tota contio oppressit;

Adiciatur his claudia quam insontem crimine quo accusabatur / uotum impium subuertit quia cum a ludis domum rediens turba eliderer / optauit ut frater suus maritimar͞ uirium nostrarum precipua iactura reuiuisceret. Sepiusque consul factus infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret;

Possumus et ad illos brevi diverticulo transgredi quos leves ob causas damna-
tionis incursus arripuit. M. Mulvius. Cn. Lollius. L. Sextilius triumviri quod ad incen-
dium in sacra via ortum extinguendum tardius venerant a tribunis plebis die dicta ad populum damnati sunt.
Item P. Villius triumvir nocturnus a P. Aquilio tribuno plebis accusatus populi iudicio concidit quia
vigilias negligentius circuierat; iudicium cum M. Emilium Porcinam a L. Crasso accu-
Admodum severe note et illud populi satum crimine nimis sublime extructe ville in
Alsiensi agro gravi multa affecit; pueruli sui nimio amore corrup-
Non supprimenda illius quoque damnatio qui tus rogatus ab eo ruri ut omasum in
cenam fieri iuberet cum bubule carnis in propinquo emende nulla facultas esset domito
bove occiso desiderium eius explevit. Eoque nomine publica questione afflictus est inno-
cens nisi tam prisco seculo natus esset; men capitis adducti nec damnati neque
Atque ut eos quoque referam qui in discri- absoluti sunt. Apud M. Popilium Lenatem
pretorem quedam quod matrem fuste percussam interemerat, causam dixit de qua neutram in partem late
sententie sunt quia abunde constabat eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam quos
avia filie infensa sustulerat. parricidium ultam esse parricidio. quorum alterum ultione
alterum absolutione non dignum iudicatum est; imperio Asiam obtinentis animus flu-
Eadem hesitatione P. Dolabelle proconsulari ctuatus est. Materfamilias Smir-
nea virum et filium interemit cum ab his optime indolis iuvenem quem ex priore viro
enixa fuerat occisum comperisset. Quam rem Dolobella ad se delatam Athenas ad Ariopa-
gi cognitionem relegavit quia ipse nec liberare duabus cedibus contaminatam nec punire tam
iusto dolore impulsam sustinebat. Considerantur et mansuete populi Romani magistratus sed
Ariopagite quoque non minus sapienter qui inspecta causa et accusatorem et ream post centum annos
ad se reverti iusserunt. Eodem affectu moti quo Dolabella. Sed ille transferendo questionem hii
differendo damnandi atque absolvendi inexplicabilem cunctationem mutabant;

De privatis iudiciis insignibus ca. ii.

Publicis iudiciis adiciam privata quorum magis equitas questionum delectare quam immoda-
ta turba offendere lectorem poterit;
Claudius Centumalus ab auguribus iussus altitudinem domus sue quam in Celio monte habebat
summittere quia is augurium ex arce capientibus officiebat vendidit eam Calphurnio Lana-
rio nec indicavit quod imperatum collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum
coactus M. Porcium Catonem incliti Catonis patrem arbitrum cum Claudio adduxit et formulas
quicquid sibi facere oporteret ex fide bona. Cato ut est edoctus de industria Claudium
edictum sacerdotum suppressisse continuo illum Calpurnio damnavit. Summa quidem cum
equitate quia bone fidei venditorem nec commodorum spem augere nec incommodorum cognitionem
obscurare oportet; tibi iudicium commemoravi. Sed ne quod relaturus sum quidem oblite-
Notum suis temporibus randum silentio. C. Visellius Varro gravi morbo correptus trecenta
milia nummum ab Otacilia Laterensi cum qua commercium libidinis habuerat expensa sibi fer-
ri passus est eo consilio ut si decessisset ab heredibus eam summam peteret. Quam legatum ge-
nere voluit libidinosam liberalitatem debiti nomine colorandam; evasit deinde ex illa tempesta-
te adversus vota Otacilie. que offensa quod spem prede sue morte non maturasset ex amica ob

sequenti subito destrictam feneratricem agere cepit, nummos petendo quos ut fraude
ut verecundi ita inani stipulatione captaverat. De qua re C. Aquilius vir magne
auctoritatis et scientia iuris civilis excellens iudex adductus adhibitis in consilium
principibus civitatis prudentia et religione sua mulierem repulit. Quod si eadem for
mula Varro et damnari et adversaria absolvi potuisset, eius non dubito quin et turpem
et inconcessum errorem libenter castigaturus fuit. Nunc private actionis calumpniam
ipse compescuit, adulterii crimen publice questioni vindicandum reliquit.

Multo animosius et ut militari spiritu dignum erat se in consimili genere iudicii C. Marius
gessit. Nam cum C. Titinius Minturnensis Fanniam uxorem quam impudicam de industria
duxerat eo crimine repudiatam dote spoliare conaretur, sumptus inter eos iudex in consp
icuo habita questione Titinium monuit ut incepto desisteret ac mulieri dotem redderet. Quod cum
sepius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronuntiare mulierem impudicitie sestertio
nummo, Titinium summa totius dotis damnavit. Prefatus idcirco se hunc iudicandi modum
secutum, cum liqueret sibi Titinium patrocinio Fannie insidias struentem impudice
coniugium expetisse. Fannia autem hec est que postea Marium hostem a senatu iudicatum ce
noque paludis qua extractus erat oblitum et in domum suam custodiendum Minturnis deductum
ope quantacumque potuit adiuvit, memor quod impudica iudicata esset suis moribus, quod do
tem servasset illius religioni acceptum ferri debere.

Multus sermo eo etiam iudicio manavit in quo quidam furti damnatus est, qui equo cuius usus
illi Ariciam commodatus fuerat ulteriore eius municipii clivo vectus esset. Quid aliud hoc
loci quam verecundiam illius seculi laudemus, in quo tam minuta a pudore excessa puniebantur.

De mulieribus pro se vel aliis causas apud magistratus agentibus ca. iii

Ne de iis quidem feminis tacendum est quas condicio nature et verecundie stola ut
in foro et iudiciis tacerent cohibere non valuit.

Amesia Sentia rea causam suam L. Titio pretore iudicium cogente maximo populi con
cursu egit, modosque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter sed etiam fortiter execu
ta et prima actione et pene cunctis sententiis liberata est. Quam quia sub specie femine virilem
animum gerebat Androgynem appellabant.

C. Affrania vero Licinii Buctionis senatoris uxor prompta ad lites contrahendas pro
se semper apud pretorem verba fecit, non quod advocatis deficiebat sed quod impudentia abundabat.
Itaque inusitatis foro latratibus assidue tribunalia exercendo muliebris calumpnie notissi
mum exemplum evasit, adeo ut pro crimine improbis feminarum moribus C. Affranie nomen
obiciatur. Prorogavit autem spiritum suum ad C. Cesarem iterum et P. Servilium consules. Tale
enim monstrum magis quo tempore extinctum quam quo sit ortum memorie tradendum est.

Hortensia vero Q. Hortensii filia cum ordo matronarum gravi tributo a triumviris esset
oneratum nec quisquam virorum patrocinium eis accomodare auderet, causam feminarum apud triumviros
et constanter et feliciter egit. Representata enim patris facundia impetravit ut maior pars
imperate pecunie his remitteretur. Revixit tum muliebri stirpe Q. Hortensius verbisque
filie aspiravit. Cuius si virilis sexus posteri vim sequi voluissent, Hortensiane eloquentie
tanta hereditas una femine actione abscisa non esset.

Ista mulier vixit longo tempore ... tantum quod fuit ... et ideo dicit tale monstrum magis est tradendum memorie quo tempore sit extinctum quam quo tempore sit ortum.

Non iterum Servilium ... usque ad Servilium cum fuit consul ... latinitas antiqua qua utebatur ... quarto iterum.

de questionibus ca. iiii.

Nunc ut omnis iudiciorum numeros exequamur, questiones quibus aut creditum non est aut te-
mere habita fides est referamus. ... seruum occidisse insimulatus est, eoque no-
Magrij argentarij seruus alexandrum fannij ... mine tortus a domino, admisisse id facinus
constantissime asseuerauit. Itaque fannio deditus supplicio affectus est. Paruulo deinde tempore
interiecto ille de cuius nece creditum erat domum rediit. ... que reum occisi uenisse sep-
Contra fannij seruus alexander cum in hac suspitionem G. fl. ... ter tortus, pernegauit eius se
culpe affinem fuisse. Sed postmodum atque confessus, et a iudicibus damnatus, et a L. calphurnio
triumuiro in crucem actus est. ... cente philippus seruus eius in quo tota questio nitebatur,
Item fuluio flacco causam dicente ... octies tortus nullum omnino uerbum, quo dominus perstringeretur,
emisit. Et tamen reus damnatus est, cum certius argumentum innocentie unus octies tortus exhiberet
quam octo semel torti probauissent.

de testibus ca. v.

Sequitur ut ad testes pertinentia commemorem. Cn. et Q. Seruilij cepionibus
ysdem parentibus natis et per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem ... Ego id supprimendo non pu-
taui. Iudices reum uix auditis ceteris testibus damnauit. Valuit enim apud eos tum am-
plitudo uiri, cum grauis neglecte dignitatis et indignatio eius qui uenerari principes ne-
sciret in quodlibet facinus procursum crederet. ... prouectis, item fratribus Metellis Q. et L. con-
sulibus et censorijs, altero et triumphali, Q. pompeium auli filium repetundarum reum accerri-
me dicentibus testimonijs, non abrogata fides absoluto pompeio. Sed ne potentia inimicum op-
pressisse uideretur ... accusatus est ... princeps senatus ... G. memmium repetundarum reum, destricto testi-
monio insecutus est. Item C. flauium eadem lege accusatum testis et ...
Metiam emili scaurum ...
scidit. Iam C. norbanum maiestatis crimine publice questioni subiectum ex professo opprimere co-
natus est. Nec tamen aut auctoritate qua plurimum pollebat, aut religione de qua nemo dubitabat,
quemquam eorum affligere potuit ... quam apud patres conscriptos emilius scaurus. Namque eorum
L. Crassus tantum apud iudices ... suffragia robustissimis et felicissimis eloquentie stipendijs
... testimonijs fulm-
regebat ... fori, ut ille curie princeps. Cum uehementissimum testimonijs ...
... exitu uanum apparuit.
M. Marcellum reum ... impetu grauis ... Metelli Pius, L. Marcus Lucullus, C. hortensius, M. lepidus, C. cornelij maie-
Ac Q. metellus pius, L. Marcus lucullus, C. hortensius, M. lepidus ... non solum incolumi statu
status rei quam non onerauerunt tantum testes salutem, sed etiam negantes illo incolumi stare
rem publicam posse deposcerent. Tunc decora ciuitatis prudentiam referre umbone iudiciali repulsa sunt.
Quid M. accio forensi militia summos honores amplissimumque dignitatis locum adeptus?
nonne ipsis eloquentie sue castris testis abiectus est, dum P. clodium rome apud se fuisse
... siquidem iudices clau-
dium incesti crimine quam actorem infamia liberare maluerunt. Tot eleuatis testi-
bus unum et noua ratione iudicium ingressam auctoritatem confirmata est ... refere-
... consularis censorius triumphalis, qui maiorum suorum titulis ysauricam cognomen adiecit ...
P. Seruilius consularis censorius triumphalis ... loco testis constitit ac per summam iter patronorum
cum forte preteriens testes et reum dari ... quis sit aut-
... et accusatorum admirationem sic orsus est: Hunc ego iudices qui causam dicit quis sit aut
quam uitam egerit ... accusetur ignoro. Illud tamen scio cum occurrisset michi
laurentina uia iter facienti admodum angusto loco, equo descendere noluisse. ... an aliquid
ad religionem uestram pertineat, ipsi estimabitis. Ego id supprimendum non putaui. Iudices reum uix
auditis ceteris testibus damnauit. Valuit enim apud eos tum amplitudo uiri, tum grauis
neglecte dignitatis et indignatio, cum eum qui uenerari principes nesciret in quodlibet facinus procursum crederet.

re mediatum est quod non est dam-
natus hic solum potentia et non
... absoluit ...

Que qui in alys iudicaverat ipsi commisseret. ca. 6m

NE illos quidem latere patiamur qui que in alys iudicaverant ipsi commiserunt. C. licinius cognomine olpomachus a pretore postulavit ut patri suo bonis tamquam ea dissipanti interdiceret. et quidem quod petierat impetravit. sed ipse paulo post tempore mortuo sene ampla ab eo relicta latifundia quam festinanter consumpsit. dignus hac animadversione pene fuit quoniam hereditatem absumere quam heredem maluit tollere;

G. autem marius cum magnum et salutarem rei publice civem C. l. Sextum oppido capuit. a quo primo vexillum pileum servitutis ad arma capienda ostentatum erat. l. Silla cum exercitu in urbem irrumpente ad auxilium servorum pileo sublato confugit. Itaque dum facinus quod puniri erat imitatur alterum marium a quo affligeretur invenit;

G. licinius stolo cuius beneficio plebis petendi consulatum potestas facta est. cum lege sanxisset nequis amplius quingenta agri iugera possideret ipse comparavit. Simulandi que emittis gratia dimidiam partem filio emancipavit. quam ob causam a M. popilio lenate accusatus primus sua lege cecidit. ac docuit nichil aliud precipi debere nisi quod prius sibi quisque imperavit;

G. autem varius propter obscurum ius civitatis hybrida cognominatus tribunus plebis legem adversus intercessionem collegarum prorogavit. que iubebat querere quorum dolo malo socij ad arma ire coacti essent magna cum clade rei publice. Sotiale enim prius deinde bellum civile excitavit. sed dum ante pestiferum tribunus plebis quam certum civem agit sua lex cum domesticis laqueis constrictum absumpsit:

De studio et industria ca. 7m primum

Quid cesso vires industrie commemorare cuius alacri spiritu militie stipendia roborantur. forensis gloria accenditur. fido sinu cuncta studia nutriuntur quicquid animo quicquid manu quicquid lingua admirabile est ad cumulum laudis perducitur. Que cum sit perfectissima virtus duramento sui confirmatur. Cato sextum et octogesimum agens annum dum in re publica tuenda iuvenili animo perstat ab inimicis capitali crimine accusatus causam suam egit. Neque aut memoriam eius quisquam tardiorem aut firmitatem lateris ulla ex parte quassatam aut os hesitatione impeditum animadvertit. quia omnia ista in suo statu equali ac perpetua industria continebat. Quin etiam in ipso diutissime acte vite fine disertissimi oratoris Galbe accusatori defensione sua hyspania opposuit

Idem grecis litteris erudiri concupivit. quam sero inde estimemus quia et latinas pene iam senex didicit. Cumque eloquentia magnam gloriam partam haberet id egit ut iuris civilis quoque esset peritissimus. Cuius mirifica proles propior etati nostre Cato ita doctrine cupiditate flagravit ut ne in curia quidem dum senatus cogitur temperaret sibi quominus grecos libros lectitaret. Qua quidem industria ostendit alys tempus deesse alios superesse temporibus.

Terentius autem varro humane vite exemplo spatio non annis quibus seculi tempus equavit quam stilo vivacior fuit. In eodem enim lectulo et spiritus eius et egregiorum operum cursus extinctus est;

Consimilis perseverantie livius drusus qui etatis viribus et acie oculorum defectus ius civile populo benignissime interpretatus est. utilissima que discere id cupientibus monumenta composuit. Nam ut senem illum natura cecum fortuna facere potuit ita neutra inspectare valuit ne non animo et videret et vigeret. Q. marius suis temporibus celebres causarum auctores lumbi capud Publius senator et lupus ponti eques romanus eadem industria forensia stipendia exercuerunt. Itaque frequenti etiam audiebantur occurrentibus alys. quia ingenio delectabantur alys quia constantiam admirabantur. Nam alij quemadmodum paulsi secessum petunt. duplicant tenebras fortunis voluntaria adiunctis

Iam p. crassus cum in asiam ad aristonicum regem debellandum consul venisset tanta cura grece lingue notitiam animo comprehendit ut eam in quinque divisam genera per omnes partes ac numeros penitus cognosceret. Que res maximum ei sotiorum amorem conciliavit. qua quis eorum lingua apud tribunal illius postulaverat eadem decreta reddendi;

Ne Roscius quidem subtrahatur, scenice industrie notissimum exemplum, qui nullum umquam spectanti populo
gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed
Roscius ludicram artem commendavit. Nec vulgi tantum favorem, verum etiam principum familiaritates
amplexus est. Hec sunt attenti et anxii et numquam cessantis studii premia. Propter que tantorum virorum lau-
dibus non impudenter se propria hystrionis insuit. Quem meretur fructum, latina lingua reci-
Greca quoque industria, quoniam nostre multum profuit, quem meretur piat. Demosthenes, cuius comme-
rato nomine maxime eloquentie consummatio audientis animo oboritur, cum inter initia iuventutis artis quam
affectabat primam litteram dicere non posset, oris sui vitium tanto studio expugnavit, ut ea a nullo ex-
pressius referretur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem suam exercitatione continua ad
maturum et gratum auribus sonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus vires ne-
gabat, a labore mutuatus est. Multos enim versus uno impetu spiritus complectebatur, eosque adversa loca
celeri gradu scandens pronuntiabat. Ac vadosis litoribus insistens declamationes fluctuum fragoribus
obluctationibus edebat, ut ad fremitus concitatarum contionum patientia duratis actionibus uteretur. Fertur
quoque ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promptius esset et solutius. Prelia-
tus est cum rerum natura, et quidem victor abiit, malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando. Itaque al-
terum Demosthenem mater, alterum industria enixa est. Ac Pittagoras perfectissimum
Atque ut ad vetustiorem industrie actum transgrediar, opus sapientie a iuventa petit, et
omnis honestatis percipiende cupiditatem ingressus, nichil enim quod ad ultimum sui perventurum est fi-
nem non et mature et celeriter incipit, Egiptum petiit. Ubi litteris gentis eius assuefactus, preteriti evi
sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium seculorum observationes cognovit. Inde ad Persas profectus,
magorum exactissime prudentie se formandum tradidit, a quibus siderum motus cursusque stellarum et uniuscuiusque
vim, proprietatem et effectum benignissime demonstratum docili animo scripsit. Cretam deinde et Lacedemo-
nam petivit, quarum legibus ac moribus inspectis ad Olimpicum certamen descendit. Cumque multiplicis scientie
maximam inter Grecie cives specimen exhibuisset, quo cognomine censeretur interrogatus, non se sapientem,
iam enim illud septem excellentes viri occupaverant, sed amatorem sapientie, id est grece philosophon,
edidit. In Italie etiam partem, que tunc maior Grecia appellabatur, perrexit, in qua plurimis et opulentissimis
urbibus effectus studiorum suorum approbavit. Cuius ardentem rogum plenis venerationis oculis Metapon-
tum aspexit, oppidum Pittagore quam suorum cinerum nobilius clariusque monumentum.

Plato autem patriam Athenas, preceptorem Socratem sortitus et locum et hominem doctrine fertilissi-
mum, ingenii quoque divina instructus abundantia, cum omnium iam mortalium sapientissimus haberetur,
eo quidem usque ut si ipse Iupiter celo descendisset, nec elegantiore nec beatiore facundia usurus videretur,
Egiptum peragravit, dum a sacerdotibus eius gentis geometrie multiplices numeros celestium observa-
tionem libros perciperet. Quoque tempore a studiosis iuvenibus certatim Athene Platonem doctorem querentibus
petebantur, ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas vastissimosque campos effusam barbariem
et flexuosos fossarum ambitus Egiptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror
in Italiam transgressum, ut ab Archita Tarentino et Arione et Cetis Locris Pithagore
precepta et instituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia litterarum undique colligenda erat,
ut invicem per totum terrarum orbem dispergi et dilatari posset. Altero etiam et octogesimo anno
decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur. Sic ne extrema quidem eius hora agi-
tatione studii vacua fuit. Similiter Democritus, cum divitiis censeri posset, que tante ei fuerunt ut
pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit, quo magis vacuo animo studiis
esset operatus, parva admodum summa retenta patrimonium suum patrie donavit. Athenis autem compluri-
bus annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam et exercendam doctrinam conferens, ignotus illi urbi

observatione celestium numerorum… geometrie… ut perciperet… cogitatione astrologie.

Archita Tarentinus et Arion Pitagore discipuli.

uixit, quod ipse quodam uolumine testatur. Stupet mens admiratione tante doctrine et iam transit alio.

Carneades laboriosus et diuturnus sapientie miles, siquidem XC expletis annis idem illi uiuendi ac philosophandi finis fuit, ita se mirificum doctrine operibus addixerat ut cum cibi capiendi causa recubuisset cogitationibus inherens manum ad mensam porrigere obliuisceretur. Sed ei Melissa, quam loco uxoris habebat, temperato inter studia non interpellandi et inedie succurrendi officio, dextera sua necessariis usibus aptabat. Animo ergo tantummodo uita fruebatur, corpore uero quasi alieno et superuacuo circumdabatur. Idem cum Crisippo disputaturus elleboro se ante purgabat ad exprimendum ingenium suum attentius et illius refellendum acrius. Quas potiones industria solide laudis cupidis appetendas effecit.

Quali porro studio Anaxagoram flagrasse credimus? Qui cum e diutina peregrinatione patriam repetisset possessionesque desertas uidisset, non essem ego, inquit, saluus nisi iste perissent. Vocem petite sapientie compotem. Nam si prediorum potius quam ingenii culture uacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset, sed non tantus Anaxagoras ad eos redisset.

Archimenidis quoque fructuosam industriam dicerem, nisi eadem illi et dedisset et abstulisset. Captis enim Siracusis Marcellus machinationibus eius diu ac multum uictoriam suam inhibitam senserat. Eximia tamen hominis prudentia delectatus ut capiti illius parceretur edixit, pene tantum glorie in Archimede seruato quantum in oppressis Siracusis reponens. At is dum oculis et animo in terram defixis formas describit, militi qui predandi gratia domum irrupat strictoque super caput gladio quisnam esset interrogabat, propter cupiditatem inuestigandi uere quod requirebat nomen suum indicare non potuit, sed protracto manibus puluere, noli, inquit, obsecro istum disturbare. Ac perinde quasi negligens imperii uictoris obtruncatus sanguine suo artis sue lineamenta confudit. Quo accidit ut propter istud idem studium modo donaretur uita, modo spoliaretur.

Socratem et constat etate prouectum fidibus tractandis operam dare cepisse, satius iudicantem eius artis usum sero quam numquam percipere. Et quantula Socrati accessio scientie futura erat. Sed peruicax hominis industria tantis doctrine sue diuitiis etiam musice rationis uilissimum elementum accedere uoluit. Dum ergo ad discendum se pauperem credidit, ad docendum fecit locupletissimum.

At ut longe et felicis industrie quasi in unum aceruum exempla redigamus, Isocrates nobilissimum librum qui ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟC inscribitur quartum et nonagesimum annum agens ut ipse significat composuit, opus ardentis spiritus plenum. Ex quo apparet senescentibus membris eruditorum intus animos industrie beneficio florere. Neque a stilo uite sue terminum clausit, nam admirationis eius fructum quinquennio percepit.

Citerioris etatis metas, sed non parui tamen spatii cursum Crisippi uiuacitas flexit. Nam

lxxx anno ceptum unde xl logicon exactissime subtilitatis volumen reliquit. Cuius diu tradendis ingenii sui monumentis tanto opere laboribusque sustinuit ut ad ea que scripsit penitus cognoscenda longa vita sit opus.

Te quoque Cleanthe tam laboriose haurientem et tam pertinaciter tradentem sapientiam numen ipsius industrie suspexit cum adolescentem questu extrahende aque nocturno tempore inopiam tuam sustentantem diurno Crisippi preceptis percipiendis vacantem eundemque ad undecentesimum annum attenta cura auditores suos erudientem videret. duplici enim labore unius seculi spatium occupasti incertum reddendo discipulusne an preceptor esses laudabilior.

Sophocles quoque cum rerum natura gloriosum certamen habuit tam benignus ille opera sua mirifica exhibendo quam illa operibus eius tempora liberaliter subministrando. prope enim centesimum annum attigit sub ipsum transitum ad mortem Edipode epi Colono scripto. qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum preripere gloriam potuit. idque ignotum esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit sepulcro eius que retuli inscribendo.

Symonides vero poeta lxxx anno et docuisse se carmina et in eorum certamina descendisse gloriatur. nec fuit iniquum voluptatem ex ingenio suo diu percipere cum eam omni tempore fruendam traditurus esset.

Iam Solon quanta industria flagravit et versibus complexus est quibus significat quotidie se aliquid addiscentem senescere. et supremo die confirmavit. quod assidentibus amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus fatis iam pressum caput erexit. Interrogatusque quapropter id fecisset respondit ut cum istud quicquid est de quo disputatis percepero moriar. Migrasset profecto ex hominibus inertia si eo animo vitam ingrederentur quo eam Solon egressus est.

Aliud porro industrius Themistocles qui maximarum rerum cura districtus omnium civium suorum nomina memoria comprehendit. post summam iniquitatem patria pulsus et ad Xersem quem paulo ante devicerat fugere coactus prius quam in conspectum eius veniret Persico sermoni se assuefecit ut labore parta commendatione regiis auribus familiarem et assuetum sonum vocis adhiberet.

Cuius utriusque industrie laudem duo inter se reges partiti sunt. Cirus omnium militum suorum nomina Mitridates duarum et viginti gentium que sub regno eius erant linguas ediscendo. ille ut sine monitore exercitum salutaret. hic ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

De otio ca. 8m

Otium quod industrie et studio maxime contrarium videtur precipue subnecti debet. non quo evanescit virtus sed quo recreatur. alterum enim etiam inertibus vitandum alterum strenuis quoque interdum appetendum est. illis ne totam vitam enervem exigant. his ut tempestiva laboris remissione ad laborandum fiant vegetiores.

Par vere amicitie clarissimum Scipio, Lelius cum amoris vinculo cum omnium virtutum inter se iuncti societate, ut actuose vite iter equali gradu exequebantur, ita animi quoque remissionis communi acquiescebant. Constat namque eos Caiete et Laurenti vagos litoribus conchas lectitasse. Id quod se P. Crassus ex socero suo Q. Scevola qui gener Lelii fuit audisse sepenumero predicavit.

Scevola autem quietis et remissionis eorum certissimus testis optime pila lusisse traditur, quia videlicet ad hoc diverticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum transferre solebat. Alea quoque et calculis interdum vacasse dicitur cum bene ac diu iura civium et cerimonias deorum ordinasset. Ut enim in rebus seriis Scevolam, ita in scenis lusibus hominem agebat, quem rerum natura patientem continui laboris esse non sinit.

Idque vidit cui nulla pars sapientie obscura fuit Socrates. Ideoque non erubuit interposita arundine cruribus suis cum parvulis filiolis ludens ab Alcibiade risus esse.

Homerus quoque ingenii celestis vates non aliud sensit vehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando, ut harum militare robur leni pacis studio relaxaret.

Potentiam vero eloquentie, etsi plurimum valere animadvertimus, tamen sub propriis exemplis quo scilicet vires eius attestationes suas recognosci convenit.

Regibus exactis plebs dissidens a patribus iuxta ripam fluminis Anienis in colle qui Sacer appellatur armata consedit, eratque non solum deformis sed miserrimus rei publice status a capite eius cetera corporis parte pestifera seditione divisa. Ac ni Valerii subvenisset eloquentia spes tanti imperii in ipso pene ortu suo corruisset. Is namque populum nova et insolita libertate temere gaudentem oratione ad meliora et saniora consilia revocatum senatui subiecit, id est urbem urbi iunxit. Verbis ergo facundis ira consternata arma cessit. Que etiam Marianos Cinnanosque mucrones civilis profundendi sanguinis cupiditate furentes inhibuerunt.

Missi enim a sevissimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum sermone eius obstupefacti destrictos iam et vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Quibus digressis P. Antonius (is enim solus in ambitu expers Antoniane vocis steterat) crudele imperium truculento ministerio peregit. Quam disertum igitur eum fuisse putemus, cuius nemo hostium quem quisquam occidere sustinuit, qui modo vocem eius ad aures suas admittere noluit.

Divus quoque Iulius quam celestis numinis tam etiam humani ingenii perfectissimum culmen, vim facundie proprie expressit dicendo in accusatione Cn. Dolabelle, quem reum egit, extorqui sibi causam optimam L. Cotte patrocinio illius sed mito quam domestica

nullum mai

nullum maius adiecerit exemplum peregrinandum est. Externa.

Pisistratus dicendo tantum valuisse traditur est, ut ei athenienses regium imperium oratione capti permitterent, cum presertim e contraria parte amantissimus patrie Solon niteretur. sed alterius salubriores erant contiones, alterius disertiores. quo evenit ut alioquin prudentissima civitas libertati servitutem preferret.

Pericles autem felicissimis nature incrementis sub anaxagora preceptore summo studio perpolitus et instructus liberis atheniensium cervicibus iugum servitutis imposuit. Egit enim ille urbem et versavit arbitrio suo. cumque adversus voluntatem populi loqueretur, iocunda nichilominus et popularis ei vox erat. Itaque veteris comedie maledica lingua quamvis potentiam viri perstringere cupiebat, tamen in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare. inque animis eorum qui illum audierant quasi aculeos quosdam relinqui predicabat.

Fertur quidam iam admodum senex primae contioni periclis adolescentuli interesset, idemque iuvenis pisistratum decrepitum iam contionantem audisset, non temperasse sibi quominus exclamaret cavere illum civem oportere, quod pisistrati orationi simillima eius esset oratio. Nec hominem aut extimatio eloquii aut morum augurium fefellit. Quid enim inter pisistratum et periclem interfuit, nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit.

Quantum eloquentia valuisse egesiam cyrenaicum philosophum arbitramur, qui sic mala vite representabat, ut eorum miseranda ymagine audientium pectoribus insita multis voluntarie mortis oppetende cupiditatem ingeneraret. ideoque a rege ptolomeo ulterius hac de re disserere prohibitus est.

Quantum momentum sit in pronuntiatione. capitulum X.

Eloquentie autem ornamenta in pronuntiatione apta et convenienti motu corporis consistunt, quibus cum se instruxit, tribus modis homines aggreditur: animos eorum ipsa invadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo. Sed ut propositi fides in personis illustribus exhibeatur, C. gracchus eloquentie quam propositi felicioris adolescens, quo flagrantissimo ingenio cum optime rem publicam tueri posset, perturbare impie maluit, quotiens apud populum contionatus est, servum post se musice artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula pronuntiationis eius modos formabat, aut nimis remissos excitando, aut plus iusto concitatos revocando, quia ipsum calor atque impetus actionis attentum huius temperamenti estimatorem esse non patiebatur.

Quīt'

Q. aūt hortēsius plimū in corporis decoro motu repositū credens
pene pl' studij ī eodē laborādo q̄ ī ipā eloq̄ntia affectāda impēdit.
Itaq; nescires utrū cupidi' ad audiēdū eū an ad spectādū cōcurrēt.
Sic uerb' oratoris aspect' & rurs' aspectui uerba seruiebant. Cōstat
Ludicra a. cū. esopū rosciūq; ludicre artis peritissimos illo (hortensio) cās agente ī corona fre
q̄nter astitisse ut foro petitos gestus ī scenā referrent.

Iā M. cicero q̄ntū in utraq; re d' qua loquimur momēti sit orōe
quā pro gallo hūit significauit. M. calidio accusatori exprobrā
do qd' p̄paratū sibi a reo uenenū testib; cyrographis q̄stionib;
probaturū affirmās remisso uultu & lāguida uoce & soluto gnē orōis
us' eēt. pariterq; & oratoris uitiū detexit & cause periclitātis argumē
tū adiecit. totū hūc locū ita claudēdo. tu istud M. calidi nisi fi
geres sic ^nō ageres.

Consentaneū huic demostenis iudiciū qui cū interrogaret' q̄d n̄a
(q. d. si nichil dixis / nisi optime factū.)
esset ī dicēdo efficacissimū respondit. ΥΠΟΚΡΙC. Iterū deīn & tertio
interpellat' idē dixit pene totū se illi debere cōfitēdo. Recte itaq;
eschines cū ꝓꝑ iudicialē ignominiā relictis athenis rhodū petisset
atq; ibi rogatu ciuitatis suā prius (contra) in thesiphōtē deīn demostenis
pro eodē orōnē clarissīa & suauissīa uoce recitasset admirātib; cūctis ut
usq; uoluminis eloquentiā sed aliq̄nto mag' demosthenis quid si inquit
ipm audissetis. Tant' orator & modo tā infest' aduersarij sic inimici
(s. orationes)
uī ardoremq; dicendi suspexit ut se scriptorē ei' parū idoneū lectorē
esse p̄diceret expt' acerrimū uigorē oculoꝝ terribile uultus pond' accō
modatū singlis uerb' sonū ^uocis efficacissimos corporis mot'. Ergo & si opi illi'
(s. eloquentie & pnūciatiōis)
adijci nichil pt. tn̄ in demostene mag' pars demostenis abē qd' legit' poci'
q̄ audiat'.

Q̄ magni effectus sunt actuum

(al' uoluptatis & mel')
Affect' etiā actuū recognosci posse aliqd afferre utilitatis p̄misq;
& q̄litaliter excogitate sint patebit. et memoratu digne res luci
(delectamē)
eo ut loco reponet' & labor in hijs edendis suo fructu nō carebit:
Sulpitij galli maximū in oīm gnē līaꝝ recipiēdo studiū plimū rei pū

profuit. Naz cū L. pauli bellū adūs pseū regē psen gereret legat' eet
ac serena nocte subito lum defecisset/ eoq; uelut quodā dio mosto ptit'
exercit' nec man' e hoste consendi fiduciā amisisset d' celi roe - sidez nā piti
ssime disputād alacre cū i acies misit. Itaq; illi pauliane uictorie
libales artes galli aditū dedit/ qz nec ille metū militū nd'4 uicisset/ imp
ator hostes uicte nō potuisset.

Spurine q' in consiciendis deoz monit' efficacior sciā appuit q' urbs ro
uoluit. pdixerat. G. cesari ut primos xxx. dies q' fatales caueret/ quoz ul
tim' eet yd' marty. Eo cū forte mane uterq; domū caluitij domitij ad offm
conuenissent/ cesar spurine q' ydus marcias iā uenisse. et is quid sās
illas iam pterisse. abiecerat alt' timorem tanq; exacto tpe suspecto. alt' ne ex
traneaz quidē ei ptem piculo carere arbitrat' ē. Et ut' p aruspice augurii/
q' pre penitū securitas fefellisset.

Sed ut alienigena pcurrimus cū obscurato repente sole inopinatis psusi
tenebris athene solitudine agerent. interitū sibi celesti denuntiatione portendi cre
tes. pericles processit in mediū. & q' a preceptore suo anaxagora pcepat de sol
& lune cursu acceperat disseruit. nec ulti' trepidare ciues suos uano metu passus est.

Quantum porro dignitatis a rege alex tributū arti existimam' qui se
pingi ab uno apelle & fingi a phisippo tm uoluit. Tenet et insederes athenas vul
can alchimenis manib' fabricat' pt cetā ei pfectissime artis i eo peritia
indita. et illud mirant' q' stans sb ueste leuiter dissimulate claudicatois uesti
gium repitat. ut nō exprobatū tanq; uiciū. ita tanq; ptāz q' dei notam decor sig
Cō coniugē praxiten i marmore q' spirate i templo cnidiorū collocauit pp
pulcritudinē corporis a libidinoso cuidā amplexu pur tutā. Quo excusabilior
est error eq' qui uisa pictura equā hinnitū ede coact' ē. Et canū latrat'
aspectu picti canis incitat'. Taurūq; ad amorē & cocubitū enee uacce
siracusis nimie solicitudis irritamto compulsū. Quid ē uacua rōis aīa
lia arte decepta miremur. cū hōis sacrilegā cupiditatē mutis lapidis
liniamentis excitatā uideam'.

Etiā quedā nulla arte effici posse
Ceterū nā quēadmo' sepenuo emulā uiciū suaz ee arte putat. ita

xij dei athenis celebrat.
- Jupiter.
- Neptun(us)
- Mercuri(us).
- Juno.
- Pallas.
- Sol.
- Luna.
- Ven(us)
- Diana.
- Vesta.
- Mars.
- Ceres.

altri ueritatem fesso labore dimittit. Quid summi artificis Eufranoris mani(bus) sen
sunt. Nam cum atheniis xij. deos pingeret. neptuni ymaginem quam potuit ex
cellentissimis maiestatis coloribus complexus est. pri(us) iouis et aliquanto
augustiorem repsentaturus. sed omni impetu cogitationis in superiori opere assump
to. posteriores eius conatus assurgere quo tendebant nequiuerunt.

Quid ille alter eque nobilis pictor luctuosum immolate effigiem sacrifi
cium referens. cum calcantem tristem mestum ulixem aiacem clamantem menelaum
circa aras statuisset. caput agamenonis inuoluendo nonne summi meroris acerbi
tatem arte non posse exprimi confessus est. Itaque pictura eius aruspicis et fibus ai
a et fibus lacrimis manantibus prius spirantis fleti et affectus extimandum relinquit.

Atque ut eiusdem studij adiciam exemplum perpulcre artis pictor equum ab exercita
tione uenientem modo ut uiuum labore industrie sue comprehendat. equi naribus
spumas adicere cupiens. tantus artifex in tanta puilla materia multum diu ac
frustra tenebatur. Indignatione deinde accensus spongiam omnibus imbutam coloribus forte
iuxta se positam apprehendit. et ueluti corruptum opus suum tabule illisit. Quam
fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coegit exemplar.

Itaque quod ars adumbrare non ualuit casus imitatus est.

Suae quemcumque artis optimum et auctorem et disputatorem esse

Sed aut artis uniuscuiusque et auctorem et disputatorem optimum esse non du
bitem paucis exemplis admoueamur. Q. Scevola legum clarissimus interpres et cla
rissimus uates quotiensque de iure consulebatur. ad furium et cascellium qui huic
scientie dediti erant consultores reiciebat. Quo quidem facto moderationem magis suam
commendabat quam auctoritatem minuebat. ab hijs id negotium aptius explicari posse
confidendo qui cotidiano eius usu callebant. Sapientissime igitur artis sue
professores sunt a quibus et propria studia uerecundie et aliena calide extimantur.

Platonisque eruditissimum pectus hec cogitatio attigit. qui conductores sacre
are de modo et forma eius secum sermonem conferre conatos ad Euclidem geo
metrum ire iussit scientie eius cedens immo professioni.

Gloriantur athene armamentario suo. Nec sine causa. Est enim illud opus et impen
sa et elegantia uisendum. Cuius architectum philonem ita facunde rationem institutionis
sue in theatro reddidisse constat. ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentie eius
quam arti tribueret

Mirifice et ille artifex qui in opere suo moneri se a sutore de crepida et ansula passus arguere et disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.

De senectute

Senectus quoque ad ultimum finem sui provecta in hoc eodem opere inter exempla industrie in aliquot clarissimis viris conspecta est. Separatum tamen et proprium titulum habeat, ne cui deorum immortalium precipua indulgentia affuit nostra mentione defuisse existimetur. Et simul spes diuturnioris vite quasi amicta quedam dentur, quibus insistens alacriorem se respectu vetuste felicitatis facere possit, tranquillitatemque seculi nostri qua nulla umquam beatior fuit, sollicitum fiducia confirmet salutaris principis incolumitatem ad longissimos humane conditionis terminos prorogandi.

M. Valerius Corvinus centesimum annum complevit, cuius inter primum et sextum consulatum xl et sex anni intercesserunt. Sufficitque integris viribus corporis non solum speciosissimis rei publice ministeriis, sed exactissime agrorum suorum culture, et civis et patrisfamilias optabile exemplum.

Cuius vite spatium equavit Metellus, quartoque anno post consularia imperia senex admodum pontifex maximus creatus tutelam cerimoniarum per duos et xx annos neque ore in votis nuncupandis hesitante neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit.

Q. autem Fabius Maximus duobus et lx annis augurale sacerdotium sustinuit, robusta iam in etate adeptus. Que utraque tempora si in unum conferantur, facile seculi modum expleverint.

Iam de M. Perpenna quid loquar? qui omnibus quos consul in senatum convocaverat superstes fuit, septemque tantummodo quos censor collega L. Philippi legerat e patribus conscriptis reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior.

Appii vero cuius clade metirer, qui infinitum numerum annorum luminibus orbatus egit, nisi iiii filios, quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc casu gravatus fortissime rexisset. Quin etiam fessus iam vivendo lectica se in curiam deferre iussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cecum aliquis nominet, a quo patria quod honestum erat per se parum cernens coacta est pervidere?

Mulierum etiam vite spatium in compluribus nominum longius apparuit. Quarum aliquarum mentionem strictim retulisse satis erit. Nam et Livia Rutilii septimum et nonagesimum, et Terrentia Ciceronis tertium et centesimum, et Clodia Aufilii filiis autem dissis xv et centesimum explevit annum.

Unde Tullius de senectute: Mens est et ratio et consilium in senibus est. Qui si nulli fuissent, nulla civitas omnino fuisset.

Iungam his duos reges quorum diuturnitas populo romano utilissima fuit. Sicilie
rector Hiero ad lxxx [xx^m] peruenit annum. Masinissa numidie rex hunc modum exce
ssit regni spatium lx. annis complexus, ante omnes homines senectute robore admirabilis.
Constat enim (quemadmodum Cicero refert libro quem de Senectute scripsit) nullo
umquam imbri, nullo frigore ut caput suum ueste tegeret, adduci potuisse.
Eundem ferunt in eodem uestigio aliquot horis perstare solitum, non ante moto
pede quam in consimili labore iuuenes fatigasset. At siquid agere assidentem oporteret
toto die sepenumero nullam in partem conuerso corpore in solio durasse. Ille uero equo
insidens noctem diei plerumque iungendo duxit, nichilque ex his operibus que adole
scens assueuerat, cum senectutem ageret omisit. Veneris etiam usu ita semper
uiguit, ut post sextum et octuagesimum annum filium generaret, cui nomen Methimno
fuit. Terram quoque quam uastatam et desertam acceperat perpetuo culture studio fru
giferam reliquit.

Gorgias etiam leontinus Socratis et complurium magni ingenii uirorum preceptor sua
sententia [fuit] felicissimus. Nam cum centesimum septimum ageret annum interrogatus quapropter
diu uiuere uellet, quia nichil inquit habeo quod senectutem meam accusem. Quid isto
tractu etatis aut longius aut beatius? Iam alterum [secundum] seculum ingressus, neque in hoc
querelam ullam inuenit neque in illo reliquit.

Biennio minor Xenophilus calchidensis pittagoricus, sed felicitate non inferior.
Siquidem ut ait aristoxenus musicus omnis humani incommodi expers in summo perfectissime
doctrine splendore extinctus est.

Arganthonius autem Gaditanus tam diu regnauit, quam diu etiam ad satietatem uixisse
abunde foret. lxxx. annis patriam suam rexit, cum ad imperium xl. annos natus
accessisset. Cuius rei certi sunt auctores. Asinius etiam pollio non minima pars romani stili
in iii historiarum suarum libro C. xxx [centum]. annos illum explesse commemorat. Et ipse
non parui uiuacitatis non paruum exemplum.

Huius regis consumationem annorum minus admirabilem faciunt ethiopes, quos
[auctor] herodotus scribit centesimum et uicesimum annum transgredi. Et Indi de quibus Ctesias
quod tradit, et Epimenides gnosius quem theopompus dicit vii et quinquaginta et
centum annos uixisse. Hellanicus uero ait quosdam ex gente epiorum que pars etho
lie est ducentos complere annos, cui quoque subscribit demostenes, hoc amplius affir
mans Litorium quendam ex his maximarum uirium staturaeque precipue trecentesimum
cumulasse annum. Alexander uero in eo uolumine quod de Illirico tractu composuit
affirmat Dandonem quendam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte senescentem

pervenisse. Sed multo liberior Xenophon cuius de periploc legitur. Is sule est latinorum regem octingentis vite annis donavit. Ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, eius quoque sexcentos assignavit annos. De cupiditate glorie cap. xv

Gloria vero aut unde oriatur, aut cuius habitus sit aut qua ratione debeat comparari, an melius a virtute velut non necessaria negligatur, viderint hi quorum in contemplandis eiusmodi rebus cura teritur, quibusque que prudenter animadverterint facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores et auctoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas eius esse soleat, propriis exemplis demonstrare conabor.

Superior Affricanus Ennii poete effigiem in monumentis Cornelie gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera sua illustrata iudicabat, non quidem ignarus quamdiu romanum imperium floreret, et Affrica Ytalie pedibus summissa, columen arx capitolina possideret, eorum extingui memoriam non posse, si tamen litterarum quoque illis lumen accessisset magni extimans. Vir homerico quam rudi atque impolito preconio dignior.

Similiter honoratus animus erga poetam Actium D. Bruti suis temporibus clari ducis extitit. Cuius et familiari cultu et prompta laudatione delectatus, eius versibus aditus templorum que ex manubiis consecraverat adornavit.

Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc affectu glorie aversus, qui Theophanem Mitilenum scriptorem rerum suarum in contione militum civitate donavit, beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. Quo effectum est ut nullus dubitaret quin referret potius gratiam quam inchoaret.

L. autem Silla, etsi ad neminem scriptorem animum direxit, tamen de Iugurta a Boccho rege ad Marium perducto totam sibi laudem cupide asseruit, ut anulo quo signatorio utebatur insculptam illam traditionem haberet. Et quantus postea, ne minimum quidem vestigium glorie contempsit.

Atque ut imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam, Scipio cum militaria dona hys qui strenuam operam ediderant divideret, T. Labienum ut forti equiti armillas aureas tribueret admonuit. Eoque se negante id facturum ne castrensis honos in eo qui paulo ante servisset violaretur, ipse ex preda gallica aurum equiti largitus est. Nec Scipio id tacite tulit ; nam equiti habebis inquit donum divitis viri. Quod ille ut accepit, proiecto ante pedes Labieni auro vultum dimisit. Idem ut audivit Scipionem dicentem imperator te argenteis armillis donat, alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas que dulcedine glorie non tangatur. Illa vero a claris viris interdum ex humillimis rebus petita est.

Nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus civis, qui cum in ede salutis quam
C. Iunius Bubulcus dedicaverat parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id
enim demum ornamenti familie consulatibus et sacerdotiis et triumphis celeberrime
deerat. Ceterum sordido studio deditum ingenium qualemcumque illum laborem suum
silentio oblitterari noluit, videlicet Phidie secutus exemplum, qui clipeo Minerve
effigiem suam inclusit, qua convulsa tota operis colligatio solveretur.

Sed melius aliquanto si alienam imitatione cepisset Themistoclis ardorem esse
emulatum, quem ferunt stimulis virtutum agitatum et ob id noctes inquietas exi-
gentem querentibus quid ita eo tempore in publico versaretur respondisse: quia me tropea
Miltiadis de somno excitant. Marathon enim animum eius et Artemisium
et Salamina navalis glorie fertilia nomina illustranda (?) stimulabant.

Idem theatrum petens cum interrogaretur cuius vox auditu illi futura esset gratissima,
dixit eius a quo artes mee optime canentur. Dulcedinem glorie gloriosis adiciendam. Alexandri
vero pectus insatiabile laudis accepit, qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate
Democriti preceptoris innumerabiles mundos esse referenti: heu me inquit
miserum, quod ne uno quidem adhuc sum potitus. Angusta homini possessio glorie
fuit, que deorum omnium domicilio sufficit.

Regis et iuvenis flagrantissime cupiditati similem Aristotelis in capessenda
laude sitim senectutis. Is namque Theodecti discipulo oratorie artis libros
quos ediderat donaverat, molesteque postea ferens titulum eorum sic alii ce-
ssisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens planius sibi de his in Theodectis
libris dictum esse adiecit. Nisi me tanti et tam late patentis scientie veneratio teneret
dicerem dignum philosophum cui stabiliendi mores altiores a philosopho traderentur.

Ceterum gloria ne ab iis quidem qui contemptum eius introducere conantur negli-
gitur, quoniam ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiciunt, ut quod professione
elevant, usurpatione memorie assequantur. Sed qualiscumque horum dissi-
mulatio proposito illorum longe tolerabilior, qui dum eternam memoriam assequ-
erentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt. Quorum e numero nescio an in pri-
mis Pausanias debeat referri. Nam cum Hermoclen percontatus esset quo-
nam modo subito clarus posset evadere, atque is respondisset si aliquem illu-
strem virum occidisset, futurum ut gloria eius ad ipsum redundaret, continuo
Philippum interemit. Et quidem quod petierat assecutus est: tam enim se parrici-
dio quam Philippus virtute notum posteris reddidit.

Illa vero glorie cupiditas sacrilega: inventus est enim qui Diane Ephesie tem-
plum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto nomen eius per totum terrarum

orbem dissiparet, que quidem mentis furorem eculeo impositus detexit. Ac
bene consuluerant Ephesii decreto memoriam teterrimi hominis abolendo,
nisi Theopompi magne facundie ingenium hystoriis eum suis comprehendisset.

Que cuique magnifica merito contigerunt ca. xvj

Candidis autem animis voluptatem prebuerit in conspicuo posita que
cuique magnifica merito contigerunt, quia eque premiorum virtutes atque
honorum contemplatio iudicanda est, ipsa natura nobis alacritatem suministrante cum
honorem industrie appetiti persolui gratie videmus. Verum etsi mens
hoc loco protinus ad augustam domum beneficentissimum et honoratissimum
templum omni impetu fertur, melius cohibebitur, quoniam cui ascensus in celum patet,
quamvis maxima, debito tamen minora sunt, que in terris tribuuntur.

Superiori Affricano honor legitimo tempore datus est. Quod fieri oportere ex-
ercitus senatum litteris admonuit. Ita nescias utrum illi plus decoris patrum conscrip-
torum auctoritas an militum consilium adiecerit. Toga enim Scipionem ducem
adversus Penos creavit, arma poposcerunt. Cuique in vita precipua assigna-
ta sunt, et longum est referre quia multa, et non necessarium quia maiore ex parte iam re-
lata sunt. Itaque quod hodie eximium capit adipiscatur. Ymaginem in cella Io-
vis maximi optimi positam habet, que quotienscumque funus aliquod Cornelie gentis ce-
lebrandum est, inde petitur, unique illi instar atrii capitolium est.

Tam grate quoque curia superioris Catonis effigies illi ad eius genus officia
exprimunt gratum ordinem, qui utilissimum rei publice senatorem tantum non sp-
ernit habitare voluit omnibus nimis virtutibus divitem, magisque suo merito quam
fortune beneficio magnum, cuius consilio quam Scipionis imperio deleta
Kartago est.

Rara quoque species honoris a Scipione Nasica oborta. Cuius namque ma-
nibus et penatibus nondum questoris senatus Phitii Apollinis monitu Pessinunte
accersitam deam excipi voluit, quia eodem oraculo preceptum erat, ut hec ministe-
ria matri deum a sanctissimo viro prestarentur. Explica totos fastos, con-
stitue omnes currus triumphales, nichil tamen morum principatu speciosius reperies.

Tradunt se inde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. Emilia-
num enim populus ex candidato edilitatis consulem fecit.

Quem idem cum questoriis comitiis suffragator Q. Fabii Maximi fratris filii
in campum descendisset, consulem iterum reduxit.

Eidem senatus bis sine sorte provinciam, prius Affricam, deinde Hyspaniam dedit.

atque hec ne cui ut ambitioso senatori quemadmodum non solum uite eius seuerissimus cursus sed etiam mors clandestinis illata insidiis declarauit.

M. Valerium duabus rebus insignibus dii pariter atque ciues speciosum reddiderunt. Illi cum quodam gallo comminus pugnanti coruum pugnatorem subicientes, hi in tertium et uicesimum annum ingresso consulatum largiti. Quarum altera decus uetuste originis optimi hominis gens coruina appellatione cognomen usurpat, altera summo subiungitur ornamento tam celeritate quam principio consulatus gloriando.

Ac ne Q. quidem Sceuola qui L. Crasso in consulatu collega fuit gloria parum illustris, qui Asiam tam sancte et tam fortiter obtinuit, ut senatus deinceps in eam prouinciam ituris magistratibus exemplum atque formam officii Sceuolam decreto suo proponeret. Inheret illi uoci posterioris Affricani sepe C. Marii consulis ac duo amplissimi triumphi qui cum apud Numantiam sub eo duce equestria stipendia mereret, et forte post cenam quidam Scipionem interrogasset, siquid illi accidisset, quemnam res publica eque magnum habitura esset imperatorem, respiciens se super ipsum cubantem, uel hunc dixit. Quo augurio perfectissima uirtus maximam orientem uirtutem iudicit, nec certi accidit, perpendi uix potest. Illa nimirum cena militaris speciosissimas tantas in urbe Mario futuras cenas ominata est. Postquam cimbros ab eo deletos initio noctis nuntiatum percepit, nemo fuit qui non illi tamquam diis inmortalibus apud sacra mense sue libauit.

Namque in Cn. Pompeium et ampla et noua congesta sunt. Hinc assensione fauoris, illinc fremitu inuidie, litterarum monumentis obstrepit.

Eques Romanus proconsul in Hyspania aduersus Sertorium pari imperio cum Pio Metello principe ciuitatis missus est. Nondum ullum honorem auspicatus bis triumphauit. Initia magistratuum a summo imperio cepit. Tertium consulatum decreto senatus solus gessit. De Mitridate et Tigrane, de multis preterea regibus plurimisque ciuitatibus et gentibus et predonibus unum duxit triumphum.

Q. et Catulum populus Romanus uoce sua ad sidera usque euexit. Nam cum ab eo pro rostris interrogaret si in uno Pompeio magno omnia reponeret perseuerasset, absumpto illo subito casu in quem spem esset habiturus, summo consensu acclamauit in te. Vir honorati iudicii! admirabilem siquidem magnum Pompeium cum omnibus ornamentis que retuli, duarum sillabarum spatio inclusum catulo equauit.

Potest et M. catonis ex cipro cū regia pecuīa reūtentis appulsꝰ ad ripā tiberis memorabilis uideri: cui nauē egredienti cōsules 7 ceteri magr̃atꝰ et uniuersꝰ senatꝰ pp̃lsq; romanꝰ officij gr̃a p̃sto fuit nō qꝛ magnū pondꝰ auri 7 argenti · sed qꝛ M. catonē classis illa incolumē aduexerat letatꝰ.

Sed nescio an papirij L. mari illustrati decoris 7 extra quē equite rō duo erāt P. 7 Gn. scipionū interitu uictoria ꝙ hanibal lacerati duce legerit · quo tēpe salꝰ eorū ī ultimas angustias deducta · nullū ambitiōi locū relinquebant :

Merito uirorū cōmemorationi sulpitia serui paterculi filia Q. fuluij flacci uxor adiciat̃ · que cū senatꝰ libris sibillinis p decē uiros inspectis censuisset ut ueneris uerticordie simulacrū cōsecraret̃ quo facilꝰ uirginū mulierūq; mēs a libidine ad pudicitiā cōuerteret̃ · et ex oībꝰ matronis centū ex centū decē sorte ducte de scīssima femina iudiciū facerēt cunctis castitate prelata est ·

Cetera q̄ sine ulla diminutiōe romane maiestatis externa ꝙ insignita respici possit ad ea transgrediamur. Pitagore tanta ueneratiō ab auditoribꝰ tributa ē ut que ab eo acceꝑat ī disputatiōꝫ deducē nefas existimarent · quēt interpellati ad reddendā causā: hoc solū respondebāt ipm̄ dixisse. Magnꝰ honos · sed scolaꝛ ille urbiū suffragijs tributa. Enixo crotoniate studio ab eo petierūt ut senatū ipoꝝ qui mille homines nūo cōstabat cōsilijs suis uti pateret̃ · opulentissima ꝗ ciuitas tā frequenter uenerati post mortē domū eius sacrariū fecerūt · qua quā illa urbs uiguit : 7 dea ī hoīs memoriā et ho ī dee religiōe culte ē.

Gorgie uero leontino studijs litteraꝝ etatis sue cunctos p̃stanti adeo ut p̄mꝰ ī cōuentu posceret qua de re quisq; audire uellꝫ ausꝰ sit uniusa grecia ī teplo delphici apollis statuā solido ex auro posuit. cū ceteroꝝ ad id tempꝰ auratas collocasset.

Eadē gēs sūmo cōsensu ad amphiarau decorādū tribuit · locū quo humatꝰ ē ī forma conditionēq; tēpli redigendo · atq; īde oracla capi instituendo. Cuiꝰ cineres eū honoris possident : qꝫ pithicie cortine qꝫ athene dodone · qꝫ hamonis fonti dat.

Berenices ꝙ nō uulgaris honos : cui soli oīū feiaꝝ gimnico spectaclo intesse p̃missū ē · cū ad olipia filiū eudea certamī ingressu adduxisset · olipionico patre genita fratribꝫ eadē palmā assecutis latera eiꝰ

angentibꝫ

Incipiunt capitula Noni libri feliciter

De luxuria et libidine ca. 1m

De crudelitate ca. 2m

De ira et odio. ca. 3m

De avaritia. ca. 4m

De superbia et impotentia. ca. 5m

De perfidia ca. 6m

De vi et seditione ca. 7m

De temeritate ca. 8m

De errore ca. 9m

De ultione ca. xm

Dicta improba uel facta scelerata. ca. 11m

De mortibus non vulgaribus ca. 12m

De cupiditate vite ca. 13m

De exquisita usque ad se custodia qui suspecti domesticis fuerunt. ca. 14m

De similitudine forme ca. 15m

De hiis qui infimo loco nati mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt

Valerii maximi pompeii militaris liber 9us et ultimus incipit. De luxuria et libidine

Blandum etiam malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius
est quam vitare, operi nostro inseratur. Non quidem ut ullum ho-
norem recipiat, sed ut se ipsa recognoscens ad penitentiam
impelli possit. Iungatur illi libido, quoniam ex eisdem viciorum principiis ori-
tur. Neque aut reprehensione aut ab emendatione separetur, genere mentis erroris connexe.
Sergius orator pensilia balnea facere primus instituit. Que impensa le-
vibus initiis cepta ad suspensa calide aque tantum non equora penetravit. Idem videlicet
ne gulam neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaria sibi maria ex-
cogitavit, claustris intercipiendo fluctus. Pisciumque diversos greges
separatis molibus includendo, ut nulla tam seva tempestas incideret, qua non
Oratae mense varietate ferculorum abundaret. Edificiis et spatiosis
et excelsis deserta ad id ora lucrini lacus pressit, ut usu recentiori conchiliorum
frueretur. Ubi dum se publice aque cupidius immergit, cum Considio publicano
iudicium nactus est. In quo L. Crassus adversus illum causam agens errare amicum
suum Considium dixit, quod putaret Oratam remotum a lacu cariturum ostre-
is. Namque eas si inde petere non licuisset in tegulis reperturum.
Huic nimirum magis Esopus tragicus in adoptionem dare filium suum quam bonorum
suorum heredem relinquere debuit, non solum perdite sed et furiose luxurie

iuvenem. Quem constat cantu commendabiles aviculas in manibus emptas pretiis pro ficedulis ponere. aceto quod liquatas magne summe uniones potionibus aspergere solitum, amplissimum patrimonium tamquam amaram aliquam sarcinam quam celerrime abicere cupientem. Quorum alterius senis, alterius iuvenis sectam secuti plurimi longas manus porrexerunt. Nec est ullum vitium fit ubi oritur. dein ab oceani littoribus attracti pisces, in infusa culinis arte exercitibus quod edendi et bibendi voluptas recepta.

Urbi autem nostre secundi belli punici finis, et philippus macedonie rex devictus licentioris vite fiduciam dedit. Quo tempore matrone domum brutorum ause sunt obsidere, qui abrogationi legis oppie intercedere parati erant, quam femine tolli cupiebant, quia his nec veste vari coloris uti, nec auri plus semunciam habere, nec iuncto vehiculo propius urbem mille passus nisi sacrificii gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt ut ius per xx. annos servatum aboleretur. Non enim providerunt seculi illius viri ad quem cultum tenderet insolite rei pertinax studium, aut quousque se effusura esset legum victrix audacia. Quod si animus muliebris apparatus intueri potuisset, quibus cotidie aliquid novitatis sumptuosius adiectum est, in ipso introitu ruenti luxurie obstitisset.

Sed quid ego de feminis ulterius loquor, quas et imbecillitas mentis et graviorum operum negata affectatio omne studium ad studiosiorem sui cultum hortatur conferre, cum temporum superiorum et nominis et animi excellentes viros in hoc prisce continentie ignotum diverticulum prolapsos videam. id quod iurgio ipsorum pateat. Gn. domitius l. crasso collega suo altercatione orta obiecit quod columnas ymettias in porticu domus haberet. Quem cum continuo crassus quanti ipse domum suam existimaret interrogaret, atque ut respondit sexagies sestertio. Quanto ergo eam minoris fore existimas si decem arbusculas inde succidero. ter decies sestertio domitius ait. Tunc crassus. uter igitur luxuriosior est, egone qui decem columnas centum milibus nummum emi, an tu qui decem arbuscularum umbram ad tricies sestertium summam compensas. sermonem oblitum pirrhi, immemorem hanibalis, iam transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem. et tamen insequentium seculorum edificiis et nemoribus angustiorem quam introductam atque inchoatam a se lautitiam posteris relinquere, quam a maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

Quid est sibi voluit princeps suorum temporum Metellus pius tunc cum adventus suos in hyspania ab hospitibus aris et thure excipi patiebatur, cum in manibus attalicis aulaeis contectos parietes leto animo intuebatur.

epulis apparatissimos interponi ludos sinebat, demissasque lacunaribus aureas coronas velut celesti capite recipiebat. Et ubi ista? non in Asia nec in Grecia, quarum luxuria severitas ipsa corrumpi poterat, sed in horrida et bellicosa provincia, cum presertim acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercituum oculos Lusitanis tela praestringeret. Adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. Patet igitur quam celeri transitu luxuria affluxerit. Nam cuius adolescentia priscos mores vidit, senectus nova orsa est.

Consilius comutatus in domo Curionum extitit. Siquidem forum nostrum et patris gravissimum supercilium et filii sexcenties sestertium eris alieni aspexit, contractum famosa iniuria nobilium iuvenum. Itaque eodem tempore et in eisdem penatibus diversa secula abierunt, alterum frugalissimum, alterum nequissimum.

Publii autem Clodii iudicium quanta luxuria et libidine abundavit. In quo ut evidenter incesti criminis nocens reus absolveretur, noctes matronarum et nobilium adolescentium magna summa empte mercedis loco iudicibus erogate sunt. Quo in flagitio tam tetro tamque multiplici nescias quem primum detestere, an qui istud corruptele genus excogitavit, an qui pudicitiam suam sequestrem periurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutaverunt.

Eque flagitiosum illud convivium quod G. Metellus tribunus viator ingenui sanguinis, sed officii intra servile habitum deformis, Metello Scipioni consulibus et tribunis plebis magno cum rubore civitatis comparavit. Lupanari enim domi sue constituto Muciam et Fulviam tum a patre tum a viro utramque deductam et nobilem puerum Saturninum in eo prostituit, probrosa corpora ludibrio temulente libidini futura. Epulas consulibus et tribunis non celebrandas, sed vindicandas.

Precipue vero Catiline libido scelesta. Nam vesano amore Aurelie Orestille correptus, cum unum impedimentum videret quominus nuptiis eius iungeretur, filium suum quem et solum et etate iam puberem habebat veneno sustulit, protinusque ex rogo eius maritalem facem accendit, ac novo marito orbitatem suam loco muneris erogavit. Eodem deinde animo quo gerens quo patrem egerat, filii pie manibus et nepharie attentate patrie penas dedit.

At Campana luxuria perquam utilis nostre civitati fuit. Invictum enim Hanibalem armis illecebris suis complexa vincendum Romano militi tradidit. Illa ducem vigilantissimum, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, veneris usu lasciviore ad somnum et delitias devocavit. At tum demum fracta

Sertorius Lusitanorum dux

pater de Catilina de quo Salustius [illegible] libido fuit scelesta [illegible] raptus [illegible] amore Aurelie Orestille [illegible] filium [illegible] veneno [illegible] rogo [illegible] Salustius

At Campana [illegible]

et Tusca pudica severitas est. cum Seplasia et Albana castra esse cepit. Cui
id hoc gravius fedius quod et damnosius quibus velut attriverat victorie
reliquias exhausit sopita gloria in infamiam convertit. atque pariter et corporis vires
expugnavit. adeo ut nescias ab hostibus ne an ab illecebris capi perniciosius
sibi habendum sit.

Que et Volsiniensium [una] urbem gravibus et erubescendis cladibus implicaverunt.
Erat opulenta erat moribus et legibus ordinata Etrurie caput habebatur. Sed
postquam luxuria prolapsa est in profundum iniuriarum et turpitudinis decidit, ut servorum
se insolentissime dominationi subiceret. Cum primum admodum pauci senatorium
ordinem intrare ausi: mox universam rem publicam [eam] occupaverunt. Testamenta ad ar-
bitrium suum scribi iubebant. [convivia coetusque ingenuorum fieri vetabant] filias dominorum in matrimonium ducebant. postre-
mo lege sanxerunt ut stupra sua in nuptis [equitatis] pariter et viduis impunita essent,
ac ne qua virgo ingenuo nuberet cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

Age Xerses opum regiarum ostentatione eximia eo usque [Itaque] luxuria gaudens ut edic-
to ei premium [pretium] poneret qui novum voluptatis genus repperisset. Quanta dum deliciis ni-
mis capitur amplissimi imperii ruina evasit.

a Anthiochus quoque Sirie rex nichil continentioris [moderatus] exempli, cuius exercitus amentem luxuriam regis
imitatus magna ex parte aureos [talaribus] clavos crepidis subiectos habuit. argenteaque
vasa ad usum culine [coquine] comparavit. et tabernacula textilibus sigillis adornata statuit.
auro potius hosti preda optabilis quam ulla ad vincendum strenuo mora. Unde pulcre
Hanibal ad Anthiocum exulans ipsi interroganti an hic exercitus sufficere posset
Romanis. dixit puto etsi avarissimi sint. nichil dicatum. Interrogaverat rex de victoria.
respondit ille de preda.

Nam Ptolomeus rex accessio vitiorum suorum vixit [propter plus unget toto ... fuit]. Ideoque Phiton appellatus est.
Quo regina quid nequius. Sororem [Cleopatram] natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere
coegit. postea filiam eius per vim stupratam ipsam dimisit ut vacuum locum nup-
tiis puelle faceret.

Consentaneus igitur regibus suis gentis egyptie populus [fuit] qui ductu Archelai adver-
sus Aulum Gabinium [romanum] menibus urbis egressus, cum castra vallo atque fossa cingere
iuberentur. universus succlamavit ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter
deliciis tam enervati animi spiritus [egyptiorum] eorum erant nec sustinere non potuerunt.

Sed tamen efficacior multitudo Cipriorum qui reginas suas mulierum corporibus
velut gradibus constructis quo mollius vestigia pedum ponerent currus

conscendere equo aīs sustinebūt. viris ē si m̄ iuvei erit vita carē / quam tam
delicato ipso obrepare satis fuit. Hec societas vitiorum lasciuis vultus
et nove cupiditati intentum oculorum ac delicato cultu affluentes per quas va
rios illecebrarum mores voluptates ai

De crudelitate

Crudelitatis vero horridus sit, truculenta pectus mole eius specus non terri
bilis, et omnia ramis, et cunctis impiis referta. Cui silentium dura
re / ciemitum est adiicere. Et est que modum sibi ipsa statuet sine sigillatione
quidem fieri fuit revocata ad summam tamen penes illam sit tum. penes nos fodisse

Silla quem nec laudare nec vituperare quisque satis dignus potest / quia dum quærit
victorias Scipiones populo romano dum exercet Hanibalem imitat. Egregie namque aucto
ritate nobilitatis defensa crudeliter totam urbem et omnes ytalie partes civilibus flu
minibus sanguinis inundavit. Quatuor legiones contrarie partis fidem suam secutas
in publica villa que in martio campo erat / nequicquam fallacis dextere misericordiam implorantes
obtruncari iussit. Quarum lamentabiles questus trepide civitatis aures rece
perunt laceratá ferro corpora tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis est ve
here coactus. Quinque milia prenestinorum spe salutis per Cethegum data extra menia
municipii evocata cum projectis armis humi corpora prostravissent / interficienda proti
nusque per agros dispergenda curavit. Quatuormilia et septingentos dire proscriptionis edic
to iugulatos in tabulas publicas retulit. videlicet ne memoria preclare rei dilueretur. Nec
contentus in eos sevire qui armis a se dissentiebant et quieti animi cives propter pecunie ma
gnitudinem per nomenclatorem conquisitos proscriptorum numero adiecit. Adversus mulie
res quoque gladios destrinxit quasi parum cedibus satiaretur virorum. Id quoque inexplebilis
feritatis indicium est. abscissa miserorum capita modo non vultum ac spiritum retinentia
in conspectum suum afferri voluit ut illa oculis quia ore nephas erat mandaret. Quam porro
crudeliter se in M. Mario pretore gessit. quem per ora vulgi ad sepulcrum lutatie
gentis pertractum non prius vita privavit quam oculos infelices erueret et singulas cor
poris partes confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor.

Et ille et M. pletorium quod ad eius supplicium exanimis ceciderat continuo ibi mac
tavit. Novus misericordie punitor apud quem inique animo scelus intueri scelus
admittere fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit? Minime. Nam C. Marii cuius
postea hostis extitit tamen aliquando fuerat questor cineres in anienis alveum sparsit. En
quibus actibus felicitatis nomen putavit assequendum.

Cui tamen ceu.

Verius tamen crudelitatis C. Mari invidiam levat. Nam ille nimia cupiditate
persequendi inimicos iram suam nefarie destrinxit. C. Cesaris consularis et
censorii nobilissimum corpus ignobili sevitia trucidando et quidem a seditiosissimo
et abiectissimi hominis busto. Id est malorum miserrime tunc rei publice decerat ut
Varro Cesar piaculo caderet. Pene tanti victorie eius fuerunt quarum oblitus plus
criminis domi quam laudis in militia meruit. Idem caput M. Antonii abscissum
letus manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquamdiu tenuit. Clarissimique civis oratoris sanguine contaminari mense sacra passus. P. Annium qui
id attulerat in sinum suum recentis cedis vestigiis aspersum recepit.

Damasippus nichil laudis habuit quod corrumperet. Itaque memoria eius liberiore acta
satire perstringitur. Eius iussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permixta sunt.
Carbonisque Arvine truncum corpus patibulo affixum gestatum est. Adeo ut flagitiosissimi hominis plurimum militum ac maiestas rei publice nichil potuit.

Munatius et Flaccus Pompeiani nominis acrior quam probabilior defensor, cum ab ipso
Cesare in Hyspania Ateguae menibus attingentium obsideretur effrenatam crudelitatem
suam truculentissimo vesanie genere exercuit. Nam omnes oppidi cives quos studiosiores Cesaris sensit iugulatos muris precipitavit. Feminas quoque citatis nominibus illorum
qui in contrariis castris erant ut cedes coniugum suarum cernerent, et matribus gremius suppositos liberos trucidavit. Infantesque alios conspectu parentum humo
inflixit, alios supiectatos pilis excepit. Que auditu etiam intolerabilia
eius iussu Lusitanis manibus administrata sunt. Obsidio gentis Flaccus vallatus
dubiis opibus vecordi pertinacia perstitebat. Externa exempla

Transgrediamur ad illa quibus ut par dolor ita nullus nostre civitatis rubor
inest. Kartaginienses Atilium Regulum palpebris resectis machine
in qua undique preacuti stimuli eminebant inclusum vigilantia pariter et continuo tractu
doloris necaverunt, tormenti genus indignum passo, actoribus dignissimum. Eadem usi
crudelitate in milites nostros maritimo certamine in suam potestatem redactos navibus
substraverunt ut eorum carinis ac pondere elisi inusitata ratione mortis barbaram feritatem
satiarent tetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

Horum autem dux Hanibal cuius ex maiore parte virtus constabat in flumine
Gallico corporibus ponte facto exercitum traduxit ut eque celestium terrestrium Kartaginiensium copiarum egressum terra quam maritimarum neptunum experiret. Idem captivos
nostros oneribus et itinere fessos in prima parte pedum succisa relinquebat. Quos
vero ut in castra perduxerat paria fratrum et propinquorum corpora iungebat ferro decernere

cogebat. nec ante sanguine expleretur quam ad unum uictorem omnem redegisset. iu-
sto quo illum odio uerum tamen tardo supplicio senatus prusie regis factum suppli-
cem ad uoluntariam mortem coegit.

Iam exitiale quod mitridates rex qui una epistola lxxx ciuium romanorum in asia
per urbes negociandi gratia dispersa interemit. tamquam prouincie hospitales deos
iniusto sed non multo cruore respersit. qui maximo cruciatu ueneno repu-
gnante spiritum suum tandem succumbere coegit. simul quoque piacula cruciabus illis dedit quibus
illos amicos suos auctore gauro spadone libidinosi obsequio sce-
lesti impio affecerat.

Nec minus diogredis filie regis tracie crudelitate sed minus admirabilem
gentis ipsius feritas narranti fecerit. tamen rabies cum nec uiuos homines me-
dios secare nec parentes liberorum uesci carnibus nephas fuit.

Iterum ptolomeus phiscon cognomine paulo ante libidinose amentie detrimentum expertus
inter precipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculen-
tius. filium suum nomine Menephitem quem ex cleopatra eadem sorore et uxore sub-
stulerat. liberalis forme et optime spei puerum in conspectu suo occidi iussit. pro-
nusque caput eius ac pedes prescissos et manus in cista clamide operta pro munere
natalicio matri misit. perinde quasi ipse cladis quam illi inferebat expers ac non infe-
licior quam in communi orbitate cleopatram miserabilem se ciuibus inuisum reddidit. adeo
ceco furore summa quaeque efferuescit crudelitas. tamen munimentum ex se ipsa
repetit. Nam cum animaduerteret quanto suo odio patria teneretur timori remedium sce-
lere petiuit. Quoque tutius trucidata plebe regnaret frequens iuuentute gignasi-
um armis et igni circumdedit. omnesque qui in eo erant partim ferro partim flamma necauit.

Ochus autem qui postea darius est appellatus sanctissimo a persis iuramento obstrictus ne
quem ex coniuratione qua septem magos cum eo oppresserat aut ueneno aut
ferro aut ulla ui aut inopia alimentorum necaret crudeliorem mortis
excogitauit rationem qua onerosos sibi non perrupto uinculo tolleret. Septum enim al-
tis parietibus locum cinere compleuit. suppositoque tigno prominente benigne
potos et cibo exceptos in eo collocabat e quo somno sopiti in illam insidio-
sam congeriem recidebant.

Apertior et tetrior alterius ochi cognomine artaxerxis crudelitas qui othi
sororem et eandem socerum uiuam capite defodit. et patruum cum centum amplius filiis ac
nepotibus uacua area destitutum iaculis confixit. nulla iniuria lacessitus sed
quia in his maximam apud persas probitatis et fortitudinis laudem consistere uidebat.

Consilii generis emulationis instincta civitas Atheniensium indigna gloria sua de-
creto Eginensium iuventuti pollices abscidit, ut classe potens populus in certamen
maritimarum virium principatu descendere nequiret. Non agnosco Athenas a crudelitate
timori remedium mutuantes.

Sit vivus et ille enei tauri inventor, quo inclusi subditis ignibus longo et abdi-
to cruciatu mugitus resonantis spiritum edere cogebantur, ne ululatus eorum hu-
mano sono vocis expresso Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent.
Quam quia calamitosis deesse voluit, teterrimum artis sue opus primus inclusus
merito auspicatus est.

At ne Etrusci quidem parum feroces in pena extiterunt, qui vivorum corpora
cadaveribus adversa adversis alligata et constricta, ita ut singule membrorum partes
singulis essent accomodate, tabescere simul patiebantur, amari vite et mortis tortores.

Sicut et illi barbari quos ferunt mactatarum pecudum intestinis et vi-
sceribus egestis homines inserere ita ut capitibus tantummodo eminerent. Quoque ut
diutius pene sufficerent cibo et potione infelicem spiritum prorogare donec intus putrefacti
laniatui essent animalibus que in tabidis corporibus nasci solent. Queramur nunc
cum rerum natura quod nos multis et asperis adverse valitudinis incommodis obnoxios
esse voluerit. hominumque celestis roboris humane conditioni negatum moleste
feramus cum tot cruciatus in semet ipsa mortalitas impulsu crudelitatis excogitavit.

Explicit capitulum de crudelitate. Incipit de ira et odio capitulum 3m.

Ira quoque et odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant, procursu cele-
rior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Uterque consternationis plenus affectus
ac numquam sine tormento sui violentus, quia dolorem cum infert vult pati, amara so-
licitudine ne non contingat ultio anxius. Sed proprietatis eorum certissime sunt imagines
quas ipsi in claris personis aut deos aliquid aut secundo vehementiori conspici voluerunt.

Nam adversus Hasdrubalem Livius Salinator bellum gesturus urbe egrederetur,
monente Fabio Maximo ne ante descenderet in aciem quam hostium vires atque animos
cognovisset, primam occasionem pugnandi non omissurum respondit. Interrogatusque
ab eodem quid ita tam festinanter manum conserere vellet: "ut quam celerrime"
inquit "aut gloriam ex hostibus victis aut ex civibus prostratis gaudium capiam."
Ita tunc atque ut sermonem ei mens divisset, illa iniuste damnationis memor,
hec triumphi glorie intenta. Sed nescio an eidem sic vicerit fuit, et hoc dicere
ardentis spiritus virum, et bellicis operibus assuetum hic iracundie stimuli egerit.

Gaium Figulum mansuetissimum pacato iuris civilis iudicio celeberrimum

prudentie consiliique immemorem redderet. Consulatus est repulse dolore accensus, eo quod magis quam cum bis pre[ture] solatium meminerat / cum ad eum postero comitiorum die multi consolandi causa venissent omnes dimisit prefatus omnes consules factos consulem facere nescientes. dictum hoc contumax et nimio. Sed tamen aliquanto melius non dictum. Nam quis vero sapienter irasci potest:

Itaque ne illi quidem predandi corpus factum eorum nobilitatis splendore protectum sit. Cum quod Gn. Flavius humillime quidem sortis preturam adeptus erat offensi anulos aureos sibimet phaleras equos suos detractas abicerent. doloris impotentiam tamquam luctu professo testati. Talis ire motus aut singulorum aut paucorum adversus populi universi multitudinis erga principes ac duces eidem.

Manlio Torquato amplissimam et gloriosissimam a Latinis et Campanis victoriam in urbem referenti. cum seniores omnes letitia ovantes occurrerent, iuniorum nemo obviam processit quod filium adolescentem fortissime adversus imperium suum proeliatum securi percussum occidisset. misericordes equales nimis aspere puniti. Nec factum eorum defendo sed ire vim indico que unius civitatis etates et affectu dividere valuit. Eadem quidem tantum valuit ut universi populi romani equitatum a Fabio consule ad hostium copias persequendas missum cum et tuto et facile eas liceret delere legis agrarie ab eo impedite memorem immobilem retineret

Illa etiam Appio duci cum pater dum pro senatus amplitudine nimis tenaciter commoda plebis acerrime impugnaret / infensum exercitum faciendo voluntaria fuga terga hosti ne triumphum imperatori quereret dare coegit. Quotiens victorie victorem cum gratulatione eius in Torquato spernendam in Fabio pulcherrimam partem omittendam in Appio totam fuge postponendam reddidit.

Nec se continuolenter se in pectore universi populi romani ingessit eo tempore quo suffragiis eius dedicatoris edis Marcii M. Porcio primipili centurioni data est preteriis consulibus Appio quod obstitisset quominus ex alieno suo fungeretur. Servilio quod susceptam causam suam languido patrocinio protexisset. Negat efficacem esse iram et hortatum miles summo imperio plaut est. Que quid non paulo conatu tactum ipsa sed et gessit impotenter.

Namque Metellus cum utriusque Hyspaniam consul prius deinde proconsul bello totam subegisset postquam cognovit Q. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti omnes qui in militiam suam voluere firmiter dimisit. Commeatum petentibus nec causis exquisitis nec constituto tempore dedit. Horrea custodibus amotis oportuna rapine prebuit. Arcus sagittasque cretensium frangi atque in amnem abici iussit. Elephantis

cibaria dari vetuit. Quibus factis ut cupiditati sue indulsit ita magnifice gestarum rerum gloriam corrupit, meritumque honorem triumphi hostium quam ire fortior victor amisit.

Quid Silla dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno sanguine profuso ad ultimum et suum erogavit? Puteolis enim ardens indignatione quod Granius princeps eius colonie pecuniam a decurionibus ad refectionem capitolii promissam cunctantius daret, animi concitatione nimia atque immoderato vocis impetu convulso pectore spiritum cruore ac minis mixtum evomuit. Nec senio iam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum, sed alita miseriis rei publice impotentia furens. Igitur in dubio est Silla ne prior an iracundia Sille sit extincta.

Non est ab ignotis exempla petere, quia maximis viris exprobrare vitia sua verecundie est. Ceterum cum propositi fides excellentissima queque complecti moneat, voluntas operi cedit, dum preclara libertate prodi et necessaria narrandi constantia non deest.

Alexandrum iracundia sua prope celo deripuit. Nam quid obstitit quominus illuc assurgeret, nisi Lisimachus leoni abiectus et Clitus hasta traiectus et Calistenes mori iussus? quia tres maximas victorias totidem amicorum iniustis cedibus victor dedit.

Quam vehemens autem adversus populum romanum Amilcaris odium! Quatuor enim puerilis etatis filios intuens eiusdem animi catulos leoninos in perniciem imperii nostri alere se predicabat. Digna nutrimenta que in exitium patrie sue ut evenit consurgerent.

Ex quibus Hanibal maturo adeo patrium vestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hyspaniam traiecturo et ob id sacrificante novem annorum natu altaria tenens iuraret se, cum primum per etatem potuisset, acerrimum hostem populi romani futurum, pertinacissimisque precibus instantis belli commilitium exprimeret.

Idem significare cupiens quanto inter se odio Kartago et Roma dissiderent, inflicto in terram pede suscitatoque pulvere tunc inter eas finem belli dixit, cum alterutra urbs in habitum pulveris esset redacta. In puerili pectore tantum vis odii potuit.

Sed muliebris quoque eque multum valuit. Semiramis enim Assiriorum regina cum ei circa cultum capitis sui occupate nuntiatum esset Babiloniam defecisse, altera parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem quam tantam urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua eius Babilone posita est in illo habitu quo ad ultionem exigendam celeritate precipiti tetendit.

De avaritia capitulum iiii

De auaritia

Protrahat~ et auaritia latētiū indagatrix lucroꝝ / maifeste pde
auidissima vorago nec hēndi fructu felix / ⁊ cupiditate q̄rē
di miserima / Cū admod~ locupleti · l · Minutio basilio falsū testa
mētū quidā ī grā sbicassꝫ · eiusq; cōfirmādi grā potentissimos ciui
nre uiros M · crassū · ⁊ q · hortēsiū / quibꝫ Minuti~ igt~ fuiat tabulis
hēdes īsuissꝫ / q̄q̄ euidēs fraus erat · tn̄ uterq; pecuīe cupid~ facino
ris alieni mun~ nō repudiauit · Quātā cl'pā / quā leuit~ rettuli /
lumina curie / ornamēta fori / qd~ scel~ uindicare debeāt / inhoesti lucri
captura īuitati auctoritatibꝫ suis texerūt /

Nec~ aliqnto maiores uires ī q · cassio exhibuit / cum ī hyspania si
lliū ⁊ calphurniū occidēdi sui grā cū pugnonibꝫ dephēsos / quīquagies s
tertiū ab illo / ab hoc sexagies / pact~ dimisit · At huc dubites si alteꝝ
tm̄ daret / uiglm q̄q; suū equo aīo ill~ fuisse prebituruꝫ /

Ceteꝝ auaritia añ oēs · l · Septimij p̄cordia possed~t / q ē c · grachi fa
miliaris fuissꝫ / cap~ ei~ abscīdē / ⁊ ferre p urbē pilo fixū sustinuit /
q2 opimi~ ꝯsul auro ipī rependiꝝ edixat / St qui ē dicāt liquato plū
bo cū cauatā pte capitis quo pōdosi~ eēt explesse / Fuerit ille se
ditios~ bono pierit ex · clies tn̄ scelesta fames ī has usq; iacētis
iniurias exurire nō debuit /

Odiū mīta Septimuli auaritia / ptolomei aut~ regis cipꝛoꝝ risu
p̄sequenda · nā cū ārcys sordibꝫ magnās opes corripuissꝫ / pp q2 eas pi
tur~ se uidēt / ⁊ id oī pecunia imposita nauibꝫ ī altū pcessissꝫ ut cla
sse pforata suo arbitrio piret / ⁊ hostes p̄da carēt · Nō sustinuit m
ḡe auꝝ ⁊ argētū / ſꝫ futurꝝ necis sue p̄miū / domū reuexit · proculdu
bio hic nō possedit diuitias / ſꝫ a diuitijs possessꝰ ē titulo rex insule
aīo pecūie aīo pecūie / miserabile mācipiū /

De Superbia

Atq; ut superbia quoq; ⁊ impotentia ī cōspicuo ponatur / M · fului~ fla
cc~ cōsul M · plautij hypsei collega / cū pnīciosissimas rei pu~ leges
introducēt / d~ ciuitate dāda ⁊ d~ puocatōe ad ppl'ꝫ eoꝝ qui ciuitatē muta
re noluissēt · egre cōpulsꝰ ē / ut ī curiā ueniret / deīn pti monēti
pariter orāti senatui / ut īcepto desisteret / r̄nsū nō ded~ · Tirānici sp̄s
ꝯsul hēt / ſi aduſꝰ unū senatorē hoc m~ se gessissꝫ · quo flacc~ ī tot~

amplissimi ordinis contemnendi maiestate usus est.

Ordo a M. quidem Druso tribuno plebis pro summa contumelia vexata est. parum enim habuit L. Philippum consulem quia se interfari contionem ausus fuerat obtorta gula et quidem non per viatorem sed per clientem suum adeo violenter in carcerem precipitem egisse, ut multus e naribus eius cruor profunderetur. verum etiam cum senatus ad eum misisset, ut in curiam veniret. quare non potius inquit ipse in Hostiliam curiam propinquam rostris, id est ad me venit. piget adicere quod sequitur. Tribuni senatus imperium despexit. Senatus tribuni verbis paruit.

Cn. autem Pompei quam insolens qui balneo egressus ante pedes suos prostratum Hypseum ambitus reum, et nobilem virum, et sibi amicum iacentem reliquit contumeliosa voce proculcatum. nichil esse cum aliud agere. ut convivium suum moraretur respondit. et hoc dicto animo consciencia securo animo cenare potuit.

Ille vero etiam in foro non erubuit publium Scipionem socerum suum legibus noxium quas ille tulerat. in maxima quidem reorum et illustrium ruina muneris loco a iudicibus deposcere, maritalis lecto blanditiis statum rei publice temptando. (et legibus pro suo velle dimittendo) (scilicet exitiorum)

Ceterum facto petulancie dicendus M. Antonii convivium. Nam cum ad eum triumvirum Cesetii Rufi senatoris caput allatum esset, aversantibus (id est nolentibus) id ceteris propius admoveri iussit. ac diu diligenterque consideravit. cunctis deinde expectantibus quidnam esset dicturus, hoc ego inquit notum non habui. superba de senatore impotens de occiso confessio.

Satis de nostris aliena nunc adiciantur. Alexandri regis et virtus ac felicitas tribus insolentie evidentissimis gradibus exultavit. Fastidio enim Philippi Iovem Hammonem patrem (vocavit) ascivit. Tedio morum et cultus macedonici veste et instituta persica assumpsit, spreto mortali habitu divinum emulatus est. nec fuit ei pudori filium civem homines dissimulare. (negare patrem Philippum fuisse)

Iam Xerxes cuius in nomine superbia et impotentia habitat suo iure tam insolenter usus est quod Grecie indicturus bellum adhibitis Asie principibus ne viderer inquit meo tantummodo usus consilio vos contraxi. Ceterum mementote parendum (decendum) magis vobis esse quam suadendum. arrogantius etiam si victori repetere ei regna contigisset. Tam deformi vero nescias utrum insolentius dictum an impudentius.

Hanibal autem Cannensis pugne successu elatus nec admisit quemquam civium suorum in castris nec responsum ulli nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem prospexisse se quonam modo paucis diebus Rome in Capitolio

cenaret assignatum est adeo felicitatis et moderationis diu diu contextum est.
Insolentie vero inter Karthaginensium et Campanum senatum quasi emulatio
fuit. Ille enim separato a plebe balneo lavabatur, hic diverso foro utebatur.
Cuius moris Capue aliquandiu retentum C. quoque Gracchi oratione in Plautium
scripta patuit.

De perfidia

Occultum et insidiosum malum perfidia latebris suis extrahatur. Cuius effi
cacissime vires sunt mentiri ac fallere, fructus in aliquo admisso
scelere consistit, tum certus cum crudelitatem nefariis vinculis circumdedit, tan
tum in incommodo humano generi afferens quantum salutis bona fides prestat.
Habeat igitur non minus reprehensionis quam illa laudis consequitur.

Romulo regnante Spurius Tarpeius arci preerat, cuius filiam virginem aquam
petitura sacris petitum extra menia egressam Tatius ut armatos Sabinos secum in arcem re
ciperet corrupit, mercedis nomine pactam que sinistris manibus gerebant.
Erant autem his armille et anuli magno ex pondere auri. Loco potitum agmen
Sabinorum puellam premium flagitantem armis obrutam necavit, perinde quasi
promissum quod ea quoque levis gestaverant solverit. Absit reprehensio, quia impia
proditio celeri pena vindicata est.

Servius quoque Galba summe perfidie, trium enim Lusitanie civitatum convoca
to populo tamquam de commodis eius acturus, octo milia, quibus flos iuventutis con
sistebat, electa et exuta armis partim trucidavit, partim vendidit. Quo faci
nore maximas clades barbarorum magnitudine criminis antecessit.

Cn. autem Domitium summi generis et magni animi virum nimie glorie cupidi
tas perfidum existere coegit. Iratus namque Bituito regi Arvernorum quod suam et Allo
brogum gentem se etiam tum in provincia morante ad Q. Fabii successoris sui dexteram
confugere hortatus esset, per colloquii simulationem accersitum hospitioque exceptum
vinxit ac Romam nave deportandum curavit. Cuius factum senatus neque probare
potuit neque rescindere voluit, ne remissus in patriam Bituitus bellum renovaret. Igitur
eum Albam custodie causa relegavit.

Viriathi etiam cedes duplicem perfidie accusationem recepit, in amicis quod eorum manibus in
teremptus est, in Q. Servilio Sepione consule quia is sceleris huius auctor impunita
te promissa fuit, victoriamque non meruit sed emit.

Verum ut ipsum fontem perfidie contemplemur, Karthaginienses Xantippum lace-
demonium, cuius optima opera primo punico bello usi fuerant et quo iuvante Atilium
Regulum ceperant, simulantes domum se revehere, in altum merserunt. Quid tanto
facinore petentes? An ne victorie eorum socius superesset? Exstat nichilominus,
et cum opprobrio, quem sine ulla glorie iactura inviolatum reliquissent.

Hanibal porro Nucerinos hortatu suo cum binis vestimentis urbe inexpu-
gnabilibus muris cinctam egressos vapore et fumo balnearum strangulando,
et Acerranorum senatum eadem ratione extra menia evocatum in profundum puteorum abicien-
do, nonne bellum adversus populum romanum et Italiam professus adversus ipsam fidem acrius
gessit, mendaciis et fallaciis quasi preclaris artibus gaudens? Quo evenit ut alioquin
insignem nominis sui memoriam relinqueret, in dubio maior an peior vir
haberi deberet ponens.

DE SEDITIONE

Sed ut violente seditionis tam togate quam etiam armate facta referantur. L.
Equitium, qui se Tiberii Gracchi filium simulabat tribunatumque
adversus leges cum L. Saturnino petebat, a C. Mario quintum consulatum gerente
in publicam custodiam ductum, populus claustris carceris convulsis raptum humeris suis
per summam animorum alacritatem portavit.

Idem Q. Metellum censorem, quod ab eo tamquam Gracchi filio censum recipere nolebat,
lapidibus prosternere conatus est, affirmantem tres tantum filios Tiberio Graccho fuisse,
e quibus unum in Sardinia stipendia merentem, alterum infantem Preneste, tertium post
patris mortem natum Rome decessisse, neque oportere clarissime familie ignotas
sordes inseri. Cum interim improvida concitate multitudinis temeritas pro impudentia
et audacia adversus consulatum et censuram tetendit principesque suos omni petulantie
genere vexavit.

principes a populo multum et diu fuerunt vexati ut reciperent favorabiliter Equitium ut filium Gracchi.

Vesana hec tantum, illa etiam cruenta seditio: populus enim romanus Nunnium compe-
titorem Saturnini, novem iam creatis tribunis unoque loco duobus candidatis
restante, vi in publicum extractum interemit, ut aditus
integerrimo civi facilitas adipiscende potestatis teterrimo civi daretur.

Creditorum quoque consternatio adversus Sempronii Asellionis pretoris urbani caput
intolerabili modo exarsit. Quem, quia causam debitorum susceperat, concitati a L.
Cassio tribuno plebis pro ede Concordie sacrificium facientem ab ipsis altaribus fugere

cum forum coactum, inque tabernacula latitantem pretextatum discerpserunt. detestanda fori conditio, si si castra respiciamus, cum magna oritur indignatio.

Cum C. Mario lege Sulpicia provincia Asie ut adversus Mitridatem bellum gereret, privato decreta esset, missum ab eo Gratidium legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt, procul dubio indignati quod a summo imperio ad eum qui nullo in honore versaretur transire cogerentur. Sed quis ferat militem sancta plebis scito legati corrigentem. In consule istud tam violentus exercitus, illud adversus consulem.

Pompeium Sulle collegam senatus iussu ad exercitum Cn. Pompei quem aliquamdiu invita civitate obtinebat contendere ausum ambitiosi ducis illecebris corrupti milites sacrificare incipientem adorti, in modum hostie mactaverunt, tantique sceleris curia castris cedere se confessa inultum habuit.

Ille quoque exercitus nepharie violentus, qui Cn. Carbonem fratrem Carbonis ter consulis, quia per bella civilia dissolutam disciplinam militarem severius et rigidius astringere conatum privavit vita. Satiusque duxit maximo scelere coinquinari quam pravos ac tetros mores mutare.

DE TEMERITATE. De temeritate

Temeritas est quedam presumptio fatua et audacia sine consilio.

Temeritatis etiam subiti et vehementes sunt impulsus, quorum ictibus humanas mentes consternatas nec sua pericula despicere nec aliena facta iusta existimatione prosequi valent.

Quam temere se Africanus superior ex Hyspania duabus quinqueremibus ad Syphacem traiecit, in unius Numide infidis penetralibus suam pariter et patrie salutem depositurus. Itaque exiguo momento maxime rei casus fluctuatus est, utrum interfector an captivus Scipio Syphacis fieret.

Nam C. Cesaris anceps conatus etsi celestium cura protectus est, vix tamen sine horrore animi referri potest. Siquidem impatiens legionum tardioris a Brundisio Apolloniam traiectus, per simulationem adverse valitudinis convivio egressus, maiestate sua servili veste occulta naviculam conscendit et fluminis ac maris Adriatici seva tempestate fauces petit, protinusque in altum dirigi iusso navigio multum ac diu contrariis iactatus fluctibus tandem necessitati cessit.

Age illa quam execrabilis militum temeritas. fecit enim ut A. Albinum nobilitate moribus honorum omnium consummatione civis eximius per falsas et inanes suspitiones

i castris ab exercitu lapidibus obruitur. Cui quia accessionem indignationis non re-
cepit orationem atque obsecrationem duci a militibus cause dicende potestas negata esset.

Itaque minus mirum apud Etruscum et punicum ducem Hanibal defensionis locum inno-
cente gubernatori non fuisse. quem a petelia classem africam repetens freto appul-
sus, dum tam parvo spatio ytaliam Siciliamque inter se divisas non credit, velut insidioso
cursu rectorem interemit. postea quam diligentius inspecta veritate tum absolvit. cum
cuius innocentie nichil ultra sepulcri honorem dari potuit. Igitur angusti atque estuosi
maris, alto e tumulo speculatrix statua eius memorie oculis collocatum idi- tur.

Ferox Atheniensium civitas ad vesaniam usque temeraria quae decem universos ymper-
atores suos, equidem a pulcherrima victoria venientes, capitali iudicio excep-
tos necavit. quod militum corpora sevitia maris inpellante sepulture mandare
non potuissent. necessitatem puniens cum honorare virtutem deberet.

DE ERRORE

Temeritati proximus est error. quemadmodum ad ledendum par, ita cui facilius gno-
scitur, quia non sua sponte, sed vanis cogitationibus ymaginibus culpe se inplicat. Cui
quam late in pectoribus hominum pateat, si complecti coner, iniquo dicti loco sim obnoxi-
us. paucos igitur eius lapsus referamus.

Helvius Cinna tribunus plebis ex funere G. Cesaris domum suam petens, populi manibus discerptus est
pro cornelio Cinna in quem sevire se existimabat, iratus ei quod cum affinis esset Cesaris
adversus eum nephariam rapturam impiam pro rostris orationem habuisset. Eoque errore propulsus est ut
caput eius pro inde atque Cornelii circa rogum Cesaris fixum iaculo ferret. officii sui alieni
erroris piaculum miserabile.

Nam G. Cassium error a semetipso penas exigere coegit. Inter illum enim pugne quatu-
or exercituum apud philippos varium ipsisque ducibus ignotum eventum missum ab eo titinie-
um centurionem nocturno tempore, ut specularetur quonam in statu res M. bruti esset,
dum crebros excessus vie petit, et tenebrarum obscuritas hostes ne an commili-
tones occurrerent dinoscere non sinebat, tardius ad Cassium redyt. quem ille exceptum
tum ab hostibus omniaque in eorum potestatem recidisse existimans finire vitam properavit, cum et
castra hostium incolumia capta et bruti copie magna ex parte incolumes essent.

Titinii vero non oblitterando silentio virtus, qui oculis paulisper hesit inopinato iacen-
tis ducis spectaculo attonitus, deinde profusus in lacrimas. et si inprudens inquit
imperator causa tibi mortis fui, tamen ne id ipsum inpunitum sit, accipe me fati tui co-
mitem. supraque exanime corpus eius iugulo suo gladium capulo tenus demisit. ac

permixto utriusque sanguine duplex victima iacuit. Pietas hec, error illa.

Ceterum falsa opinatio nescio an precipuam iniuriam Lartis Tolumni Veientum regis penatibus intulit. Nam cum in tesseris prospero iactu usus ad collusorem suum ioco dixisset "occide", forte Romanorum legatis intervenientibus, satellites eius errore vocis impulsi interficiendo legatos lusum ad imperium transtulerunt.

DE ULTIONE

Ultionis autem quemadmodum acres ita iusti aculei sunt, qui lacessiti concitantur acceptum dolorem pensare cupientes. Quos late complecti non attinet. Tribunus plebis M. Fulvius ad populum de Tusculanis rettulit, quod eorum consilio Veliternos Privernatesque rebellaturos diceret. Qui cum coniugibus ac liberis squalore obsiti supplices Romam venissent, accidit ut reliquis tribubus salutarem sententiam secundum eos ferentibus sola Pollia iudicaret oportere puberes verberatos securi percuti, imbellem multitudinem sub corona venire. Quam ob causam Papiria tribus, in qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem umquam candidatum Pollie tribus fecit magistratum, ne ad eam ullus honor suffragiis perveniret, que illis vitam ac libertatem quantum in ipsa fuit ademerat.

Illam vero ultionem et senatus consensus omnium approbavit. Cum enim Adrianus cives Romanos qui Utice consistebant sordido imperio vexasset, idcircoque ab hiis vivus esset exustus, nec questio ulla in urbe hac de re habita nec querela usurpata est.

Clare ultionis utraque regina et Tamiris, que caput Cyri abscisum in utrem humano sanguine repletum demitti iussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim, simulque penas occisi ab eo filii sui exigens, et Beronice, que Laodicen insidiis interceptam sibi filium suum ferens armata currum conscendit. Persecutaque satellitem regium crudelis operis ministrum nomine Ceneum, quem hasta nequicquam petierat, saxo ictum prostravit, ac super eius corpus actis equis inter infesta contrarie partis agmina ad domum in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur pervenit.

Iasonem Thessalum Persarum regi bellum inferre parantem an satis iusta ultio assumpserit ambigue existimationis est. Taxillo enim gymnasiarcho a quibusdam iuvenibus pulsari se questo permisit ut aut tricenas ab hiis dragmas exigeret aut denas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta usus, qui vapulaverant Iasonem interfecerunt, animi non corporis dolore pene modum extimantes. Ceterum pravo irritamento ingenui pudoris maxime rei expectatio subruta est. Quam opinione Grecie tantum in spe Iasonis, quantum in effectu Alexandri reponitur.

DICTA IMPROBA VEL FACTA SCELERATA

Nunc quatenus vite humane tum bona tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus
persequimur, dicta impia aut facta scelerata referantur.

Unde autem potius quam a Tullia ordiar, quia tempore vetustissimum, consilio nepharium, voce
monstri simile exemplum est. Cum carpento veheretur et is qui iumenta agebat succussis
frenis constitisset, repentine more causam requisivit. Et ut comperit corpus patris Servii Tullii
occisi ibi iacere, super id duci vehiculum iussit, quo celerius in complexum interfectoris eius
Tarquinii veniret. Qua tam impia tamque probrosa festinatione non solum se eterna infamia,
sed etiam ipsum vicum cognomine sceleris commaculavit.

Non tam atrox C. Fimbrie est factum et dictum, sed si per se extimetur, utrumque audacissi-
mum. Id egerat ut Scevola in funere C. Marii iugularetur; quem postquam ex vulnere
recreatum comperit, accusare apud populum instituit. Interrogatus deinde quid de eo secus dic-
turus esset, cui pro sanctitate morum satis digne laudato reddi non posset, respondit
obiecturum se illi quod parcius corpore telum recepisset. Licentiam furoris egre rei publice
gemitu prosequendam.

L. vero Catilina in senatu M. Cicerone incendium vel ab ipso excitatum dicente, Sen-
tio inquit, et quidem illud si aqua non potuero, ruina extinguam. Quem quid aliud extime-
mus quam conscientie stimulis actum a se cepti parricidii peregisse.

Consternatum et Magii Chilonis amentia pectus, qui M. Marcello datum a Cesare
spiritum sua manu eripuit. Vetus enim Pompeiane militie comes, indignatus aliquem sibi
amicorum ab eo preferri, urbem e Mitilenis quo se contulerat repetentem in Athe-
niensium portu pugione confodit, protinusque ad irritamenta vesanie sue trucidanda
tetendit: amicitie hostis, divini beneficii interceptor, publice religionis quoad sa-
lutem clarissimi civis recuperandam attinuit acerba clades.

Hanc crudelitatem, cui nichil adici posse videtur, C. Toranius atrocitate parricidii superavit.
Nam triumvirorum partes secutus, proscripti patris sui pretorii et ornati viri latebras, etatem
notasque corporis quibus agnosci posset centurionibus persequentibus edidit, qui eum persecuti sunt.
Senex de filii magis vita et incrementis quam de reliquo spiritu suo sollicitus an incolumis
esset et an imperatoribus satisfaceret interrogare eos cepit. E quibus unus ab illo in-
quit quem tantopere diligis demonstratus nostro ministerio filii indicio occideris. Protinusque
pectus eius gladio traiecit. Collapsus itaque est infelix, auctore cedis quam ipsa cede miserior.

Cui fati acerbitatem L. Tullius Annalis sortitus, cum in campum ad questoria comitia filii de-
scendens proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit. Sed ne fide eius tutus esse posset

scelere nephary uincitur effectus est. Siquidem prope uestigia prius militibus duc-
tis occidendum eum in conspectu suo obiecit his parricida consilio per iter spectaculo.
Ne Vetii quod Salassi proscriptus par amari exitus quem latentem uxor interfi-
ciendum tradidit an ipsa iugulauit. Quanto est leuius est scelus cum tamen manus abest.
Illud autem facinus quo extremum est tranquilliore affectu narrabitur.
Scipione affricano prius patrum memoriam gladiatorio munere Kartha-
gine noua celebrante duo regis filii nuper patre mortuo in arenam proce-
sserunt pollicitique sunt ibi se de regno pugnaturos quo spectaculo illud illustri sua pugna
facerent. Eos cum Scipio monuisset ut uerbis quam ferro dimicare mallent ut
regnare deberet ac iam maior natu consilio obtemperaret minor corporis
uiribus fretus in amentia perstitit. Initoque certamine pertinacior impietas fortune iudi-
cio morte multata est.
Mitridatis uero multo sceleratior qui non cum fratre de paterno regno sed cum ipso patre
bellum de dominatione gessit. In quo quibus aut homines ullos adiutores inuenit
aut deos inuocare ausus sit propter admirationem non diffinio.
Quamquam quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur. Cum Siluaster aduersus patrem
suum Tigranem Armenie regem ita cum amicis consensit ut omnes dextris ma-
nibus sanguinem mitterent atque eum inuicem sorberent. uix ferrem pro salute patris
tam cruenta conspiratione fedus facientem.
Sed quid ego ista consector aut quid his inmoror cum unius parricidii cogi-
tatione cuncta scelera superata cernam. Omni igitur impetu mentis omnibus indignationis uiribus ad
lacerandum pio magis quam ualido affectu rapior. Quis enim amicitie fide extincta
genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum profundo debite execrationis
satis efficacibus uerbis adegerit. Tu uidelicet efferate barbarie inmanitate truculen-
tior habenas imperii quas princeps parensque noster salutari dextera continet capere
potuisti aut te compote furoris mundus in suo statu mansisset. Urbem a Gallis captam
et trecentorum inclite gentis uirorum strage fedatam Aliensem diem et oppressos in Hyspania
Scipiones et Trasimenum lacum et Cannas bellorumque ciuilium domestico sanguine ma-
nantes furores amentibus propositis furoris tui representare et uincere uoluisti. Sed uigi-
lauerunt oculi deorum sidera suum uigorem obtinuerunt are puluinaria templa presenti
numine uallata sunt. Nichilque quod pro capite augusti ac patria excubare debuit torpo-
rem sibi permisit et in primis auctor ac tutela nostre incolumitatis ne ex-

celeberrima opera tua mixta sua totius orbis ruina collaberentur? Divino consilio prorupit. Itaque stat pax, valent leges, sincerus privati ac publici officii tenor servatur. Qui autem hec violare amicitie federibus temptavit subvertere, omni cum stirpe sua populi Romani viribus attritus, etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, que meretur supplicia pendit.

DE MORTIBUS NON VULGARIBUS C XII

Humane autem vite conditionem precipue primus et ultimus dies continet, quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, quo fine claudatur. Ideoque eum demum fuisse felicem iudicamus, cui et accipere lucem prospere et reddere placide contigit. Medii temporis cursus, prout fortuna gubernaculis regitur, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum et cupide votis extenditur et fere sine ratione consumitur. Nam etsi eo uti bene velis, etiam parvum amplissimum efficacem numerum annorum multitudine dierum opus superando. Alioquin quid attinet incerte mora gaudere, si magis exigis vitam quam approbas? Sed ne longius evagetur oratio, faciam quorum mentionem qui non vulgari genere mortis absumpti sunt.

Tullus Hostilius fulmine ictus cum tota domo conflagravit. Singularem fati sortem, qua accidit ut columen urbis in ipsa urbe raptum ne supremo quidem funeris honore a civibus decorari posset, celesti flamma in eam conditionem reductum ut eosdem penates et regiam et rogum et sepulcrum haberet.

Vix verisimile est in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse quod fulmen, et tamen idem valuit. Nuntiata enim clade que ad lacum Trasimenum inciderat, altera sospiti filio ad ipsam portam facta obvia in complexu eius expiravit, altera cum falso mortis filii nuntio mesta domi sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatum: quas dolor non extinxerat, letitia consumpsit.

Sed minus miror quod mulieres. M. Iuventius Talna consul, collega Tiberii Gracchi consulis iterum, cum in Corsica quam nuper subegerat sacrificaret, receptis litteris decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus, intente illas animo legens, caligine orta ante foculum collapsus mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus? En cui Numantia aut Carthago excidenda traderetur!

Maioris aliquanto spiritus dux Q. Catulus, Cimbrici triumphi C. Mario particeps a senatu datus, sed exitus indignationis. Namque ab hoc eodem Mario periculi causa aulicos dis-

sententiones mori iussit recenti calce illico multo que igni percalefacto cubiculo se inclusit peremitque. Cuius tam dira necessitas maximum Mariane glorie rubor extitit.

Quo tempore et P. Cornelius Merula consularis et flamen dialis ne ludibrio insolentissimis victoribus esset in Iovis sacrario venis incisis contumeliose mortis denuntiationem effugit scelestique suo sanguine vetustissimi foci maduerunt.

Acer etiam et animosus vite exitus Herennii Siculi quo C. Gracchus et aruspice et amico usus fuerat. Nam cum eo nomine in carcerem duceretur in poste eius illiso capite in ipso ignominie aditu concidit ac spiritum posuit uno gradu a publico supplicio et manu carnificis afuit.

Consilii impetu mortis C. Licinius Macer vir pretorius Calvi pater repetundarum reus dum sententie diriberentur in menianum conscendit. Siquidem cum M. Ciceronem qui id iudicium agebat pretextam ponentem vidisset misit ad eum qui diceret se reum non esse sed reum perisse nec sua bona haste subici. Ac protinus sudario quod forte in manu habebat ore et faucibus suis coartatis incluso spiritu penam morte precucurrit. Qua cognita re Cicero de eo nichil pronuntiavit. Igitur illustris ingenii orator et ab inopia rei familiaris et a crimine domestice damnationis inusitato perniciei fati genere vindicatus est.

Fortis hic mortis, hec ridicula. Cornelius enim Gallus pretorius et Titus Haterius eques Romanus inter usum puerilis veneris assumpti sunt. Quamquam quorsum attinet eorum cavillari facta quos non libido sua sed fragilitatis humane ratio abstulit. Fine namque vite nostre variis et occultis causis exposito interdum immerentia summi fati titulum occupant, cum magis in tempus mortis inciderint quam ipsam mortem accersierint.

Sunt et externe mortes digne annotatu, qualis in primis Come, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuisse. Is enim ad Rutilium consulem Hennam, quam predones tenuerant, in potestatem nostram redacta perductus, cum de viribus et conatibus fugitivorum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligendum caput operuit innixusque genibus compresso spiritu inter ipsas custodum manus in quieta summi imperii expectata securitate acquievit. Torqueant se miseri quibus extingui quam superesse utilius est, intrepido et anxio consilio querentes vite exitum; ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant, tamquam magno apparatu et exquisita molitione ut corporis atque animi infirmo vinculo coherens societas dirimatur. Nichil horum Coma, sed intra pectus inclusa anima finem sui repperit. Et sane non nimio studio retinendum bonum est, cuius caduca possessio tam levi afflatu violentie concussa dilabi potuit.

Eschili vero poete excessus quemadmodum non voluntarius, sic propter novitatem casus referen-
dus. In Sicilia menibus urbis in qua morabatur egressus, aprico in loco consedit; super quem
aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque
lapideo illisit, ut fracte carne vesceretur. Eoque ictu origo et principium fortioris trag-edie extinctum est.
Non vulgaris etiam mortis Homeri causa fertur, qui in insula quia questionem
a piscatoribus positam solvere non potuisset, dolore absumptus creditur.
Sed atroci aliquanto Euripides finitus est: ab Archelai enim regis cena in Macedonia
domum hospitalem repetens, canum morsibus laniatus obiit. Crudelitas fati tanto ingenio
non debita. Sic illi excessus illustrium poetarum et moribus et operibus indignissimi.
Sophocles ultime iam senectutis, cum in certamine tragediam dimisisset, ancipiti sententiarum
eventu diu sollicitatus, aliquando tamen una sententia victor causam mortis gaudium habuit.
Philomenem autem vis risus immoderati abstulit. Paratas ei ficus atque in conspectu po-
sitas asello consumente, puerum ut illum abigeret inclamavit. Cui cum iam comestis
omnibus supervenisset, quoniam inquit tam tardus fuisti, da merum asello. Ac protinus urbani-
tatem dicti crebro anhelitu trachinorum prosecutus senile guttur salebris spiritus gravavit.
At Pindarus cum in gignasio super gremium pueri quo unice delectabatur, capi-
te posito quieti se dedit, non prius decessisse cognitus est quam a gignasiarco claudere
iam cum locum volente nequiquam excitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate
deorum et tantum poetice facundie et tam placidum vite finem attributum.
Sicut Anacreonti quoque, quem humane vite modum supergressum dum passe uve suco
tenues et exiles virium reliquias fovet, unius grani pertinacior in aridis faucibus
humor absumpsit.
Iungam illos quorum et propositum et exitus pares fuerunt. Milo Crothoniates dum iter fa-
ciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset, fretus viribus accessit ad eam in-
sertisque manibus divellere conatus est, quam arbor excussis cuneis in suam naturam revocata
compressit, eumque cum tot gimnicis palmis lacerandum feris prebuit.
Item Polidamas athleta tempestate speluncam adire coactus est, qua nimio et subito
incursu aque labefacta et ruente ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit,
tamquam humeris suis totius ruine molem sustentaturus. Sed pondere omni corpore humano pote-
tiore pressus, imbris causa petitam latebram dementis facti sepulcrum habuit.
Possunt hii prebere documentum nimio robore membrorum vigorem mentis hebescere, quasi

abnuere natura utriusque boni largitatem. Ne super mortales sit felicitatem eundem et valentissimum esse et sapientissimum.

De cupiditate vite

Uerum quia excessus e vita et fortuitos et viriles quosdam et temerarios oratione attigimus, subiciam nunc extimatione enerves et effeminatos, ut ipsa comparatione pateat quanto non solum fortior sed etiam sapientior mortis interdum quam vite sit cupiditas.

Aquilius cum sibi gloriose mortem consciscere posset, Mitridati maluit turpiter servire. Quem aliquis merito dixerit pontico supplicio quam romano imperio digniorem, quia commisit ut opprobrium privatum publice rubor existeret.

Cn. vero Carbo magne verecundie est latinis annalibus. Tertio in consulatu suo iussu Pompeii in Sicilia ductus petiit a militibus demisse et flebiliter ut sibi alvum levare prius quam expiraret liceret, quo miserrime lucis usuram traheret, eo usque moram trahens donec caput eius sordido in loco sedentis abscideretur. Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur. Nec silentio apta quia occultari non meretur, nec relationi familiaria quia dictu fastidienda sunt.

Quid Brutus? exiguum et infelix momentum vite quanto dedecore emit? qui a Furio quem ad eum occidendum Antonius miserat comprehensus non solum cervicem gladio subtraxit, sed etiam constantius eam prebere admonitus ipsis his verbis iuravit: Ita vitam dabo. certatorque fati erumnosi. O iurandi solidam fidem! Sed hos tu furores inmodicata retinendi spiritus dulcedo subicis, sane rationis modum expugnando, que vitam diligere, mortem non timere precepit.

Eadem Xerxem regem, post totius Asie armata iuventute quam intra centum annos esse obituram profuderit lacrimas coegisti, qui in specie aliena revera suam conditionem deplorasse videtur, opum magnitudine quam altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem se natum fleverit?

De recepta custodia ... domestica fuit

Referam nunc eos quibus aliquos suspectos habentibus exquisitior sui custodia credita est. Nec a minimo sed ab eo qui inter paucos fuisse editum incipiam.

Masinissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens salutem suam custodia canum vallavit. Quo tam late patens imperium? quo tantum liberorum numerus? quid denique tam arta benivolentia constricta Romana amicitia, si ad hec tuenda nichil canino latratu ac morsu valentius duxit?

no filii philippi et antiochi regis Sirie . rex phereorum

Hec regi infeliciter alexandro et pro exordia hic amor hic metus torsit. Nam cum ipso ardenti coniugis thebes teneretur ad eam ex epulis in cubiculum veniens barbarum compunctum notis tracijs stricto gladio iubebat anteire. Nec prius se dilecte lecto committebat quam a satellite ab diligenter esset scrutatum. Supplicium irato deorum numine constitutum ne libidini ne timori posse impari. Et tempore eadem causa finis fuit. Alexandrum enim thebe pellicatus ira mota interemit.

Nec dionisius siracusanorum tyrannus hec tormenta quam longa fabula. qui duorum et quadraginta annorum dominationem in hunc modum peregit. Summotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines et a familiis locupletium delectos prevalidos servos quibus latera sua committeret substituit. Tonsorum quoque metu tondere filias docuit. Quarum ipsarum postquam adulte etati appropinquabant manibus ferrum non ausus committere instituit ut candentium iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Nec securiorem maritum egit quam patrem. Duarum enim eodem tempore Aristomaches siracusane et locrensis Doridis matrimoniis illigatus neutrius umquam nisi excusse complexum petiit. atque etiam cubicularem lectum perinde quasi castra lata fossa cinxit. in quem se ligneo ponte recipiebat cuius fores extrinsecus a custodibus opertas interiore claustro ipse diligenter obserabat. Que exquisita insit custodia. xiiij

De similitudine autem oris et totius corporis altiore doctrina preditis subtiliter disputatur. eorumque alii in ea sunt opinione ut existiment illam originis et contextus sanguinis respondere. non parvum argumentum ex ceteris animalibus trahunt que fere gignentibus similia nascuntur. Alii negant hanc esse certas nature leges. sed species mortalium prout fortuita sors conceptionis obtulit attribui. atque ideo plerumque ex speciosis deformes et ex robustis invalidos partus edi. Verum quoniam ista questio in ambiguo versatur pauca in alienos corporis similitudinis que referrem.

Magno pompeio vibius ingenue stirpis et publicius libertinus ita similes fuerunt ut permutato statu et pompeius in illius et illi in pompeio salutari possent. Certe quocumque aut vibius aut publicius accessit ora hominum in se convertebant. Unusquisque pompeius amplissimi civis in suo medio cubi annotare. Quod quidem fortuitum ludibrium quasi hereditarium ad eum pervenit. Nam pater quoque eius cum coquo suo Menogene tanta fuit similitudine ut vir et armis potens et ferox adeo sordidum eius nomen repellere a se non valuerit.

Iuvenis vero nobilitatis adolescens cornelius scipio cum plurimis et clarissimis familie sue cognominibus abundaret in servilem serapionis appellationem vulgi sermone tractus est quod huiusce nominis victimario simillimus erat. Neque illi aut morum probitas aut respectus tot imaginum quominus hac contumelia aspergeretur opitulata est.

Generosissimi consulatus collegium lentuli et metelli fuit. Cum ambo in scenam

propter similitudinem hystrionum cognomine [cognominum] spectati sunt. Sed alter ex quadam scenica [s. cautu] corporis
cognomen Spintheris traxit; alter nisi Nepotis admodum accepisset, Pamphili retinuisset, cui si-
millimus esse ferebatur habuisset.

Iam M. Messala consularis et censorius Menogenis, Curio omnibus honoribus abundans
Burbuleii: ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum utriusque scenici nomina coac-
tus est recipere. Abunde sint hec domestica, quoniam et personarum et excellentia et non ob-
scura notitia celebrantur.

Regi Anthioco unus ex [famulus dom.] equalibus et ipse regie stirpis nomine Arthemo persimilis
fuisse traditur, quem Laodice uxor Anthiochi interfecto uiro dissimulandi sceleris
gratia in lectulo decumbentem [al. pendentem] quasi ipsum regem egrum collocauit. Admissumque uniuersum populum et
sermone eius et uultus consimili fefellit. Credideruntque homines ab Anthioco moriente Lao-
dicen et natos eius sibi commendari.

Hybreas autem Milasenum copiose et concitate facundie oratorem Cumeorum [illorum sunt de cos.]
suo segmento [cretynas] gignasii collegerat, Cymaneum Sergium totam aspectu oculi assignauerat. Ita lini-
amentis oris et omnium membrorum compares erant.

Ille uero qui in Sicilia proconsuli Sure admodum similis fuisse constat [s. fuit], petulantie ani-
mi proconsule dicente mirari se quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam prouinciam numquam
accessisset, At meus inquit Romam accessit. Ioco namque lacessitam matris sue pudici-
tiam inuicem suspitione in matrem eius regesta [al. reiecta] audacius quam uirgis et securibus subiecto
conueniebat ultus [indicauit] est.   De hys qui infimo loco nati sunt mentiendo
clarissimis familiis inserere conati sunt

Sed tolerabilius hec, illud enim anceps temeritas. Quod sequitur impudentie genus
non ferendum [suf.] ullo modo periculis [al. ...] quoque multis priuatim tum et publice late patens. Nam ut eqtium
e Firmo Piceno monstrum ueniens relatum iam in tertio libri superiore parte prescriptum est capi-
ectendo Tiberio Graccho patre eundem mendacium turbulento uulgi errore amplissi-
ma tribunatus potestate uallatum est.

Herophilus equarius [s. equorum senescalus] medicus G. Marium septies consulem auum sibi uendicando ita se extulit,
ut colonie se ueteranorum complures et municipia splendida collegiaque fere omnia pa-
tronum adoptarent. Quin etiam cum G. Cesar Gn. Pompeio adolescente in Hyspania oppresso
populum in ortis suis admisisset [recepisset], proximo intercolumnio [inter quasdam columnas et columnas] pene pari studio frequentie salu-
tatus est. Quod nisi diuina Cesaris uirtus huic erubescende procelle obstitisset, simile
uulnus rei publice [scilicet] excepisset atque in Equitio [i. sicut] acceperat [al. ac]. Ceterum decreto eius [s. ce.] extra Italiam relegatus,
postquam ille [s. ce.] celo receptus est, in urbem rediit [nero] et consilium interficiendi senatus capere sustinuit.
Quo [ea] nomine iussu patrum necatus in carcere sceleratorum mentis ad omne scelus moliendum penas pe-
pendit [sustinuit].

Divi quidem augusti etiam nunc terras regentis excellentissimi numen ab hoc iniurie genere interpellatum extitit qui clarissime ac sanctissime sororis eius octavie utero se genitum fingere auderet. propter summam autem inbecillitatem corporis ab eo cui datus erat pro suo filio retentum subiecto in locum suum ipsius filio diceret videlicet ut eodem tempore et sacratissimi penates et veri sanguinis memoria spoliarentur et falsi sordida contagione inquinarentur. Sed cum plenis impudentie velis ad summum audacie gradum fertur imperio augusti remo publice triremis affixus est. Repertus est et qui se diceret Q. Sertorii filium quem ut uxor eius agnosceret nulla vi compelli potuit.

Quid trebellius [calca] quam asseveranter se clodium gerebat tulit et quidem de bonis eius in centumvirale iudicium adeo favorabilis descendit ut vix equis et quietis consternato populo eligeret locum. In illa tamen pugna nec calumnie petitoris nec violentie plebis iudicantium religio cessit.

Multo fortius ille qui cornelii sille dictatoris potentia in domum Cn. assiduis irrupit filiumque eius prius penatibus sepultum vocitando non illi se assimulationis reatum. verum postquam a sillana violentia cesariana equitas reduxit gubernacula rei publice iustiore principe obtinere in publica credulitate spiritum posuit.

Quod preside rei publice in consilii iudicio mulieris temeritas mediolani repressa est. Sicut cum se perturbatam ... ac filio credita esset iudicio presse nichil ad se pertinentibus bonis inferret nec ei aut splendidi testes aut cohortis auguste favor deessent propter pugnabilem et constantiam ... nephariam propositi abiit.

Ides barbarum quemdam propter eximiam similitudinem capadocie regnum affectante tamquam ariarathes esset quem a M. antonio interemptum luce claruit. quamquam pene toti orientis civitatum et gentium credula suffragatione fultum capud eius demptum ipsius iniurie iusto impendi supplicio coegit.

Valerii maximi pompeii militaris opus expletum et scriptum per me Jacobum de adria ... die mensis augusti favente michi altissimo cui sit laus et gloria in infinita secula seculorum amen. amen. deo gratias amen.

Liber dictorum ac factorum venerabilium.

CCl+tl

cc f+2

168

Marca

Debita Stram xxxiii

Mazowie xv marce

Slawoszewsky nonc iii ferto

Dns Silvester [illegible]

marca

Sprowsky xxv [illegible]

Hanek et Wossek [illegible]

Ferto

Lucawa, Swider et bramcza iii [illegible]

iii marce y marce lx vii marce

Thor zpadne [illegible]slowska

IHV XPE

Scotus

In nobilibus

Grossus

Sextam [illegible]

Sigillo modum

Sanguis alit corpus quondam

Quadran

Excellentissime domine [illegible] [illegible]

studio [illegible] [illegible]

[illegible]

Denarius

[illegible]

[illegible] domini Amen [illegible] anno domini [illegible]